IOANNIS CARAMVELIS PRIMVS

CALAMVS

SECVNDAM PARTEM METAMETRICAE EXHIBENS.

A P O L L O
C E N T R I C V S.

Ingredere audacter: Metametricus ostia Nilus
Octo aperit, latice & tuto naues excipit omnes;

CCC.



HVc pertinent carmina, quæ à centro, aut etiam in centrum procurrunt: & quia fabricari possumus, quæ per literas, syllabas, aut dictiones à centro legantur, debebo differere de singulis. Considera Tettagonum, quod Figura VIII. & XI. Tabulæ XX. proponit. In latrunculorum lusu sunt calculi, qui non nisi in planum & rectà mouentur: sunt & alij qui per angulos obliquè currunt: illos *Roques* Hispanos vocat; hos *Delphines*. Sunt & alij, qui vtroque modo currunt, quos *Damas* dicimus: quolibet modo ex istis poteris procedere, si ab Apolline Centrico conducaris. Figuram IX. & X. Tabulæ XX. debitâ attentione mediteris. Vt meliùs vtrumque motum intelligas, & nullum errorem in excursu committas adnotato in altero Diagrammate motu plano à centro haberi vocem IESVS: in altero motu, qui ex plano & obliquo compositus sit, à centro haberi vocem MARIA. Duo Diagrammata adhuc sunt iterum recognoscenda, videlicet illa, quæ Figura XIII. & IX. Tabulæ prædictæ præseferunt.

Si vtamur dictionibus vtrinque peruijs, omnia in melius vertent: tales sunt AMA FAMA: LVX EXVL: ATLAS AMAS ALTA: ALTA SIDIS ALTA; SINE LEGE LENIS. *&c.* [*Atlas* habet in vocatiuo *Atlas* more Latino, & *Atla* more Græco.]

MVSA I. SIMPLEX

CCCI.



PRIMVS procedendi & legendi modus, quem planum diximus, hodie communis est, & frequenter à Iunioribus Poetis exercetur. Reperimus etiam aliqua antiquorum Diagrammata, quæ non carent labore & ingenio. Interim, vt habeat Lector, quos imitetur, hoc propono.

```
s u d n a n a n d u s
u d n a n i n a n d u
d n a n i d i n a n d
n a n i d r d i n a n
a n i d r e r d i n a
n i d r e F e r d i n
a n i d r e r d i n a
n a n i d r d i n a n
d n a n i d i n a n d
u d n a n i n a n d u
s u d n a n a n d u s.
```

Nominis F medium, initium notat ominis: unde
Quatuor in partes fama canora fluit.

Sicut hoc nomen *Ferdinandus*, sic etiam alia quælibet laberynthæis ambagibus hæc Musa implicat: sic etiam interdum versus integros Hexametros, Pentrametos, Sapphicos. &c. quorum Author admirationem apud indoctos plurimam, non verò apud doctos magnam laudem lucrabitur.

Hic scribendi modus statim impingit in oculos, cùm prima linea sit aloga & ineffabilis: hanc ego ob rem, cùm eiusmodi carmina aut diagrammata volui condere, vsus sum vocibus recurrentibus; considera Diagramma subsequens. Exhibitum in fuit promotione cuiusdam amici, qui locum primum, quem calculo integerrimo Iudicum obtinuit, iure meruit.



j u r e m e r u i
u r e m e m e r u
r e m e r e m e r
e m e r u r e m e
m e r u I u r e m
e m e r u r e m e
r e m e r e m e r
u r e m e m e r u
j u r e m e r u i.

Hoc Paradigma multò eſt pulchrius antecedenti, quoniam non ſolùm à centro, ſed ab omnibus extremitatibus, currendo, recurrendo, aſcendendo, & deſcendendo legitur *Iure merui*.

MVSA II. INGENIOSIOR.

☞ CCCII.

SECVNDVS modus multò eſt nobilior primo, & poterit carminum intellecto proſluuio concatenari & elucidari. Ponamus aliquod exemplum. Eſt apud Pragam Albus Mons, in quo ille generalis conflictus inter Catholicos & Lutheranos habitus. Actum ibi de ſummâ rerum omnium: victoria obtenta: Hæretici deleti, trucidati, fugati. In quo belli loco, non Marti, ſed Chriſto, bellorum ſummo Deo, ſacellum erectum & dicatum: cui multas alij Inſcriptiones aptarunt, hanc Ego ſculpi volui: nimirum, AMA FAMA. eſt in manibus omnium, nec debuit ſecundò recudi; maximè, cùm libeat eius loco reponere Epicedium, quod Carolo Philippi I. II. & III. nepoti filio & fratri ſcripſi: quod quia nunquam impreſſum, huc adſcribo. [Vide T bulam XXIX.

Hoc Epicedium indigere aliquâ explicatione videbatur, & ideò potuiſſent in altero Vrnæ latere verſus ſequentes, illud exponentes, inſculpi.

Siſte gradum, quiſquis venias ad limina Templi,
Et Famæ CAROLVM, *dicito*, SEMPER AMA.
Hoc ipſum reſonant lapides, hoc ſculpta ſepulchro
Grammata: & hoc ipſum nobile marmor ait.
Angulus omnis AMA *reboat, centrumque viciſſim,*
Quocumque aduenias, FAMA *reclamat* AMA.
Interiecta etiam minor addit litera verſus,
Quos lachrymas inter pagina noſtra dabit.
Ante dieM cArolus (Ferat vndAs Mæſtus Amaro
Maximus oceAnus. Ferat, inFerat ArMa dolori.)
Mortuus ante diem Fuit infans cArolus: hũc Fors
Abſtulit è Mundo, quiA Fortè timebAt ouAntem.
FortunA carolus mAior Fuit, omniA MAgnos
proFundAnt elegos, proFundAt Mũdus AmarAs
pectore ab aFFlicto lAchryMAs. MonumẽtA Fatiſ-
Flẽt cArolum. MuſAe Flẽtet caroli Aurea Fata. (cũt
spes erAt Mundi hiſpAni, FrAterq; monArcha:
parcA illum FallAx rApuit Fælicibus Annis
Marti infenſA Fero: carolus nAmq; ipſe Fuiſſet
Ante dieM victor: turMAs eFFudiſſet iniquAs
HæreticuM, caſſoſque AniMos. dic ergo viator,
terrA leuis carolo; FrAtri ſit Maxima vitA.
Iſta tibi dicturus eram: nunc perge: remotis
Dicere, ſi libeat, gentibus iſta potes.

FLoret hodie, & inter ſublimia Ingenia Europæ non occupat ſecundum locum D. Petrus Franciſcus Paſſerinus, Vir doctiſſimus & eruditiſſimus, quem à Viris Magnis celebratum Tabula XVIII. Orbi literario commendat. Multa ſcripſit, in quibus artificioſæ ideæ relucent, ex quibus etiam hîc aliqua proprijs locis interſerentur. Interim, vt illa Lamina intelligatur, verſus inſculptos æri ſubtraho, & vt faciliùs legi poſſint exſcribo. Igitur

Eximium & Clariſſimum Dominum Magiſtrum noſtrum Petrum Franciſcum Paſſerinum.

AMA FAMA.

Aurea iaM redeunt sAturni tempora: Florent
itAlia Muſæ ecce plAcentiA MAgniFice reFertA eſt
Fauſtis AnthoruM numeris, vAriiſque cAMœnis.
At Flores inter dAt Fructum AcadeMicus Almũ
phœnix FrAnciſcus Laudenſis gloria gentis.
Fũdit ab ore Meles, nAm FloridA carMinA fũdit
Qualia fAtidicæ vates MirAntur amantque
cAſtaly Fontis fœcundæ numine muſæ. (*fert*
Hic linguA, hic calaMo chArites ſuper æthera pro-
Hoc florente Aulæ ExiMiæ dominAntur Athenæ:
Hicque FacultAtes Maiores Auſpice firmAs
Radices Mittunt, ſchola dAret FAMA peritA
plaude, faueque viro Angelico: facunda Magiſtri
cinge triumphAnti FelicitA teMporA lAuro.
FortunaM ſuperAt meritis; nam candida reFert
ExemplA ExiMiAe virtutis. cArMine digno
vt laudare queAt, Famam iuuat AlMA Minerua.

☞ CCCIII.

EIuſdem artificij eſt Tabella olim ad laudem Regis Hiſpani (noſtri Clementiſſimi Domi-

Domini) facta: cuius Clauim torquebant isti Versus.

Vndique Praco SVVS *Magni canit acta Philippi,*
Vt SVA LAVS *generosa quater sit nota per orbem.*
A centro SVA LAVS *educitur: atque vicissim*
In centrum SVA LAVS *resilit: namq; omnia Quarto*
Soli ceu Centro debentur serta Philippo.

In hoc igitur labyrintho, in quo lineæ exteriores dant vocem SVVS: à centro quocumque dirigantur oculi, legitur LAVS: & ab angulo quocumque ad oppositum inuenitur SVA LAVS. Cùm illum Regi adhuc puer consecraui, versus hos interserui.

Sacrabant Veteres Vertumno! AudiS(2)honores
Vt piA votA DeVs redderet (3) Vndipotens e-
rrabAnt; siquidē sAcra debVit(4)orbis Adorans
Laudibus hac quArtū(5)Vertere ad Austriacū.
Accipiet Versus (6) generosVm munus ab illo,
Vertumni siquidem nVmina Vincit ouanS.

Fuit Vertumnus Hetruriæ antiquissimus Rex (aut etiā Deus, iuxta Ethnicorum Theologiam.) Dictus à vertendo, quòd in omnes figuras commutaretur, vt Nymphæ Pomonæ placeret. Vide Ouidium *Transformationum lib.* 14. Horatium *libr.* 2. *serm.* Varronem *libr.* 4. *de lingua Lat.* & alios, qui de illo scripserunt. Tiberius Donatus vocari *Vertumnum* non putat, sed *Vertunum*: & probat, quia dicimus *Neptunum* & *Portunum*, non autem *Neptumnum* & *Portumnum*. Vocantur *Vndipotens*, quia supra omnem spem lacum Curtium aperuit, fecitque vt in Tiberim exoneraret: vt *Fastorum sexto* inquit Ouidius. Hinc putarunt nonnulli *Vertumnum* & *Neptunum* duo esse nomina, & vnam rem: imò & nonnulli esse vnicum nomen. & differentiam à Græcis characteribus ortam: nam υ Græcè est, hoc est *u*: & p. Græcè ρ, hoc est *r*. quam ob rem, ..., si prima proferatur vt υ erit *Vertunus*: & , si tertia proferatur vt *p*. erit *Neptunus*.

Rex esse debet, quidam Politicus Vertumnus; omnibus omnia: vt singulos in obedientiâ contineat. Debet gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: &c. At non est iste locus, vt conceptum hunc stylo vberiore exponamus.

☞ CCCIV.

EODEM Lemmate vsus fuit D. Claudius Clemens, nostri Emauntini Cœnobij Religiosus à nobis iussus Abbatem Altenburgensem celebrare. Vterque est iam (sic spero) Cœli incola; at illorum memoria perennat in Tabulâ XXIII. ex quâ Carmina sequentia describo.

Summa Viri magni lAus est, & gLoriA VirtuS
(2)QuA Velut Auricomus soL in te cLarA corVscat,
(3)QVā mea musA cupit ceLebrAre: sed ilLa fAte-
(4)hAnc Laudare sūtenuē superAre cothurnū(iVr
nam tuA te quanto virtus subLimAt honore,
(5) Aspicit, & veLuti stellAm fVlgere decorAm
pLaudAt(6)nūc LAetus, quisVis virtVtis amAtor
prasuLis vnius(7) cLArè sVb corde coru(S)cos
fVlgentis cernAt radios(8) Landemq; recLusAm,
prasVle prVdenti, quo nunc sAcer ordo refuLget;
cui doctrina(9)meL est, fauus & sApientia, virtVs
digna viris mAgnis, æterna Laude perennās(des:
(10)Et quAnta pietate vaLet, quAs cArmine Lau-
vt cAntare(11) qVeam digno, mea musA faueto.
hic vigilans, fidei custos, hic denique pAstor,
LaudAnda(12)Vita meritis, in eoqVe relucent
AngeLus mores, cui Laus, cui gloriA in aeVm (13)
ESt, qVod demōstrAris, vaLeAt quid vi Vida virtuS.

☞ CCCV.

EIVSDEM D. Glaudij est Labyrinthus, quem exhibet Tabula XXII. vnde numeros sequentes exscribimus.

Augustum cernEns vultum, maceRataquE mēbrA,
(2)Suspicor angElicum foRmatum ex aëRE corpus.
(3)ExploRo mElius, miroR similem esse columnaE
(4) Quā iussit Dominus pRaE castris israeL iRe.
(5)Recto hac cōducEt nos tr(A)mite in astra sEqua
(6)flectūt aRdEntEm miracula casaRis trā,(muR.
(7) Exilium iniustum Renuit cùm pEnna notaRE,
(8)Doctorū hic splEndoR, pateR eximiusquE magister
(9)Atque ascEtaRū phoEnix, laus, gloria, normA.

In voce *Israël*, iussit vltimam corripi, quod multi fecerunt & faciunt. Singulas Labyrinthi lineas singulis Hexametris concatenauit, quod in altero Labyrintho non fecerat. Discrimen ob oculos patet; nam vtrobique Arithmetici numeri lineas Labyrinthi distinguunt, & tamen tantùm in hoc vltimo in carminum initia incidunt.

☞ CCCVI.

SICVT ex quatuor angulis maiores literæ, sic & minores, quæ illas vinciunt, possent legi, si debito modo scribantur. Hanc ob rem Tabulam XXI. addidimus, in quâ nostri Monasterij Studiosi Reuerendissimi D. Iosephi Costaltæ optimi mei Domini & amici virtutes celebrant. Considera igitur qua arte & modo sequentia ibi Carmina concatenantur.

SuspiciVnt Vulgò (2) SVblimes, pVrior aVtem
(3) sedVctos gentVs iVdicat esse (4) Viros.
cVlmina(S) VccessV eximio linqVisqVe fVgisque
(5) QVos fortVna sVis, Vult tribVisse thronoS.

Hæc eadem, vt in Pegmate videris, Disticha, ex omnibus angulis, progrediendo, recurrendo, descendendo, & etiam adscendendo leguntur.

☞ CCCVII.

ARGVMENTI similitudo postulare videtur, vt hanc addam Tabellam tetragonicam, quam ante annos multos adhuc adolescens, scripsi, ad laudem Reuerendissimi D. Petri Solis y Coronel,

ronel, Sacræ Theologiæ Doctoris, in trium Studiolorum promotione, quos Academico ritu Doctorali Laureâ coronauit. Adludens ad promouentis nomen reduxi ad Labyrinthum Lemma, quod Tabulæ XX, figura XIV. repræsentat: quod ipsum legebam diuersimodè: hoc videlicet, aut illo modo, dictiones diuidendo aut dispungendo. Vnam aut alteram Lectionem scribo,

Soles(nom.) coronare mirè (Corona) *soles* (verb.)
Soles (nom.) *coronare mirè corona soles* (verb.)
Sol es: coronare: mirè corona: Sol es. &c.

Prima linea reddit hunc sensum. *Tu, qui es corona & honorificentia populi nostri soles (assoles) mirè (mirabiliter) coronare & laurea redimire eos, qui in* Orbe *literario sunt* Soles. Secunda parum differt à primâ; vocem enim *Corona*, quam illa in Vocatiuo voluit esse, vt ipsum Promouentem afficeret: hæc ad Ablatiuum reducit, vt instrumentum coronationis ostendat. An non omnes, qui coronantur, coronâ coronantur? minimè: nam multi carcere, multi compedibus, & multi laqueo coronantur. Tango conceptum curiosum, quem alibi vberius edissero, ostendens præmia omnia esse corona, & debere capitibus, hoc est, meritis proportionari corona, enim, si sit capite maior aut cadet ad humeros, & erit collo annulus, qui hominem ambitiosum strangulet: aut per humeros transiens descendet ad tibias, & compedum more hominem ambitiosum in captiuitatem & seruitutem reddet. Ergo præmium, vt corona sit, debet esse tantisper minus meritis. Et hunc conceptum paucis insinuasse sufficiat.

Tertia linea sic potest explicari. *Tu es Sol: coronator (nempe radys splendore, fama, opinione, authoritate) & postquam coronatus fueris alios mirè corona (nempe etiam fama & splendore) nemo enim, nisi qui lucet, potest illuminare. Ergo tu, vt hoc facias*, Sol es.

His ergo præmissis ipsummet Labyrinthum ponamus & dilucidemus.

SOL ES	Petra	CORO NA	*schola, quem dulcis he*	RE MIRE	replet Amor lauris, quemque	CORO NA	t Ho nos	O LES.
uper de	CORO NA	*tus celebra be*	RE MIRE	Docta	RE MIRE	sedes are	CORO NA	Iouis. Flore
CORO NA	*sti Musas Regalis he*	RE MI RE	mque	CORO NA	bus lucis honore, tuæ. Opta	RE MIRE	tuos (de	CORO NA
m lum ne fulgens. Opta	RE MIRE	tuos sacra	CORO NA	Lares. Vota	CORO NA	ssent Musæ, quæ pange.	RE MIRE	occisi que
RE MIRE	gia fata solent. Esto	CORO NA	ferunt	SO LES	tibi namque	CORO MA	s. Hes pere	RE MIRE
ruder: Phosphο	RE MIRE	nouas. Viue	CORO NA	poli, iuuenis doctos que	CORO NA	Cui in	RE MIRE	*gno multa*
CORO NA	*patet. Gaude*	RE MIRE	tibique pias offer re	CORO NA	s. Gaude	RE MIRE	*tuas docta*	CORO NA
scho las. salue: viue	CORO MA	*loci, laus dulcis he*	RE MIRE	gis Oli na;	RE MIRE	*gia Atlantis honos. Viue*	CORO NA	scholæ
SO LES	orna re	CORO NA	*Opta*	RE MIRE	*etiam summa*	CORO NA	::::::	SO LES.

Hoc modo placuit Labyrinthum disponere, ne Sculptori & Typographo molesti essemus: nam in Manuscripto singula curiosissimè repræsentantur: loco enim vocis SOLIS, duo Soles pinguntur: & loco vocis CORONA ponitur ipsamet Corona: & loco vocum RE MIRE, notæ Musicæ illis correspondentes.

Fortè non omnes scient hoc Pegma legere: Ergo maioris claritatis gratiâ, secundum summo calamum, & versus distinctiùs rescribo.

SOL ES, *tetre*, CORONA *schola, quem dulcis he*REMI
RE*plet Amor: lauris quemq;* CORONAT *honos*.
SOLE *super(2) de*CORONAT*us, celebrabe*RE MIRE,
Docta REMI RE*sides arce*, CORONA Iouis.

Flore

Flore (3) CORONA*sti Musas Regalis be*REMI.
REM*que* CORONA*bis lucis honore tuæ*.
*Opta*REM IRE *tuos* (*de*CORO NAM *lumine fulgent*)
(4) *Opta*REM IRE *tuos sacra* CORONA *Lares*.
Vota CORONA*ssent Musa,que pange*RE MIRE
Occiduque (5) REMI REG*ia fata solent*.
Esto CORONA: *feru*. T SOLES *tibi namq;* CORONAS
*Hespe*RE MIRE *rudes* (6) *Phosphe*RE MIRE *nouas*.
Viue CORONA *polis; iuuenes doctosque* CORONA,
Ecce REMI REG*no* (7) *multa* CORONA *patet*.
*Gaude*REM IRE, *tibique pias offerre* CORONAS;
*Gaude*REM IRE *tuas, docta* CORONA *scholas*.
Salue (8) *Viue* CORONA *loci: laus dulcis be*REMI,
REG*is Oliua*: REMI REG*ia*, *Atlantis honos*.
Viue CORONA: *scholæ* SOLES *ornare* CORONA
(*Opta*REM IRE *etiam*) *summa* CORONA SOLES.

Si non obscurus,& vario errori obnoxius, Labyrinthus non esset: hanc ob rem,nisi errare volueris, & nunquam ad lucem redire, filo indiges; quale Ariadna dedit Theseo: Ariadna, inquam,cui coronam nouem stellis formatam, quam à Venere Bacchus receperat, dono dedit. Hanc ob rem & Epistolam addo, quam tunc scripsi.

☞ CCCVIII.



TIBI Præsul Reuerendissime, salutem dico, Xenium mitto, & quia obscurum & obnoxium erroribus, consilij mei rationem addo. Est Labyrinthus locus obscurus ambagibus mæandris & erroribus plenus; in quo, qui Ariadnæ stellis coronatæ filo careat, periclitabitur, & inextricabilem errorem experietur. Tibi ergo, cui à Sole & à Coronâ nomen, Labyrinthum hunc consecro, vt tanquam Sol, illum radijs illumines, & vt Corona honores Dædalum, qui illum construxit. Ariadnen quæ filum inuenit,& Theseum, qui illo fuit vsus.

Sol es,Petre, Corona scholæ; quem dulcis heremi
Replet Amor, lauris quemque coronat Honos.

Et meritò te dico *Solem*: nam sicut ille in Orbe æthereo, sic tu in Orbe literario es solus. Iudithæ triumphanti acclamabant Hebræi, *Tu Corona Israël: tu honorificentia populi nostri*. & nos tibi post tot victas in arenâ scholasticâ difficultates, acclamamus. *Tu Corona scholæ, & honorificentia nostræ Vniuersitatis*. Quietis amore afficeris: &, vt tibi viuas, solitudinem amas, & ad heremi delitias & tranquillitatem anhelas. Sed frustrà. quoniam non tibi soli, sed toti Europæ natus, esse debes, qui tuæ scientiæ radijs vniuersam illustres. Alios lauro coronauerit Honos; te lauris: quoniam in Philosophiâ, in Theologiâ, & in Iure Canonico lauream indeptus, es nostræ ætatis Trismegistus, ter maximus.

Sole super decoro natus: celebrabere mirè
Docta Remi resides arce, Corona Iouis.

Fumosa alij ostendant suorum atauorum stemmata: tua fumo carent, luce exuberant, nam à Sole proueniunt. Familia enim *Solis*, è quâ tu es natus, *Solis* familia est; quot enim illa filios, tót Respublica Parhelios habuit. Celebrari mereris, at non vulgari labio: nam miræ & heroicæ virtutes tuæ, miram & peregrinam eloquentiam postulare videntur, vt dignè possint dilaudari. Iuppiter multas coronas habet: alias diuites, alias splendidas, alias doctas & eruditas. Ex harum censu es tu, qui doctis tuis speculationibus & obseruationibus Iouis Theoricam dilucidasti.

Sed,cur diceris in arce Remi residere? cur non potiùs in Romuli? Respondebo duos Iuristarum terminos tanquam duas Herculis columnas, nostro Labyrintho imponendo. *Ius in re*,& *Ius in rem*, sunt illi: Ergo *non plus vltra*, Iam meam mentem capis, & expositione vlteriore non indiges. At quia ista fortè epistola ad manus aliorum perueniet, patere, vt duas periodos etiam illis scribam, nam & ipsis sum debitor. Romulus Remusque ad coronam ius habent: ille in re, iste in rem. Ergo Principes sunt in solio Romuli: Doctores verò in solio Remi; coronas enim, quas sapientibus adsignauit Astræa, Fortuna consignauit diuitibus: quoniam, si afferente Platone, populus ille felix est, in quo aut philosophantur Reges, aut Philosophi regnant, Respublica, quæ habet ius, vt sit felix; habet ius, vt doctos ad coronam promoueat. Hanc ergo ob causam Tu

Flore coronasti Musas Regalis heremi,
Remque coronabis lucis honore tuæ.

in adolescentiâ enim, dum in monasterio tuo, quod sicut pleraque omnia nostri Ordinis, in deserto est erectum, priuatum ageres, vitam Sanctissimi Patris nostri Benedicti, floridissimis versibus edisseruisti, iam senior, regimini admotus, labio & calamo, non solùm Ordinem, sed etiam Hispaniam honoras.

Optarem ire tuos (decoro nam lumine fulgent)
Optarem ire tuos sacra Corona Lares.

Lauæ & Mercurij filij Lares esse antiquitatis monumenta me docent: quod hodie esse verum percipimus, cùm Angelus Manrique, Lara sit & Marcurius (illud familiæ, istud ingenij nomine) cuius discipuli sunt illi Collegij Salmanticensis Lares, ad quorum conditionem & consortium anhelo. Sed standum est auitis Ordinis institutis, qui Philosophicas sententias in alijs Collegijs à Iuuentute Monasticâ addiscendas disponit. Et quidem hæc mea

Vota coronassent Musæ, quæ pangere mirè
Occisique Remi Regia fata solent.

Et quidem Remi fata Regia sunt mira. Rex fuit creatus & coronatus post mortem: mortuusque æquè regnabat ac Romulus, qui viuus erat. Fratricidij enim scelus lues pestifera sequuta est, nec aliter sedari potuit, quam coronâ Manibus Remi dedicatâ: vnde Virgilius in Operis Diuini primo. *Remo cum fratre Quirinus Iura dabant*. Et hæc mira Remi fata manent vniuersos Doctores, qui libris clarent: quoniam in Tribunalibus ius dicunt populo, etiam mortui: Principes enim qui debent coronam Fortunæ, regnant dum viuunt: Periti, qui Lauream debent doctrinæ, regnant mortui; nam viri Principes ex Doctorum mortuorum consilio iura dabunt. Tu igitur, cui est Corona sapientia, Theologiæ Candidatis, quos promoues,

Esto Corona: ferunt Soles tibi namque Coronas,
Hespere mire rudes: Phosphore mire nouas.

Profectò mira est Stella, quam Veneri athereæ consecrauit antiquitas; quæ Solem antecedens mane, *Lucifer*, & sequens vespere, dicitur *Hesperugo*. quam hodie imitari vidêris; nam Theologicum diem aperis, claudisque: aperis enim claris & acutis ingenijs, obscuris & obtusis occludis. Ergo

Viue Corona Poli; iuuenes doctosque corona:
Ecce Remi regno multa corona patet.

verè in Remi regno: in Maiestate, quæ sapientiæ potiùs quàm Fortunæ debetur: nam Coronas tres possides, & in millenas alias habes ius: quod viuas, deuiuas, semper es habiturus. Sabæa Regina sapientiæ Salomonis optabat esse discipula & auditrix: & Ego illius exemplo, quia Te vt Literarij Orbis secundum Salomonem veneror,

Gauderem ire; tibique pias offerre coronas:
Gauderem ire tuas docta Chorona Scholas.

Scholas, inquam, non Scholam: tam enim vniuersale ingenium debes Deo, vt non vnâ scientiâ aut scholâ contentum totam artium & Facultatum Encyclopædiam sine vllâ confusione aut perturbatione complectatur. Ergo.

Salue. Viue Corona loci: laus dulcis heremi:
Regis Oliua: Remi Regia: Atlantis honos.

Alios honorat dignitas, tu semper locum & dignitatem, ad quæ promouêris, honoras. Heremi es laus & gloria: quoniam Deo & Tibi viuens, in foro es solus; & in Musæo multos cosque illustrissimos Comites habes, vt nunquam minùs solus sis, quàm cùm solus. Coronæ ex oleis Mineruæ; militibus, Idibus Iulij, & aliàs Ouantibus Principibus datæ: Regia Remi dignitas est posthuma: & Atlantis honos æthereus. Tu igitur es Oliua scientiarum Numini dedicata: quæ hodie milites veteranos ouantes & triumphantes laureâ Doctorali coronas; quos admones, vt respiciant Atlantem & Remum. Hunc, quia *esse beatus, ante obitum nemo supremaque funera debet*: illum, *quia vera beatitudo in cælis est*. ergo

Viue: Corona: Scholæ Soles ornare Corona
(Optarem ire etiam) summa Corona soles.

Scholæ dixi soles: nam te promouente nullus vnquam Laureâ coronatur indignus. Viue igitur: & illustrissima ingenia, quæ vt Soles in academiâ fulgent, honorare & lauru redimite perge: & diligere tuarum laudum præconem: &c.

MVSA III. LEXICA.

☞ CCCIX.

Literis hucusque sumus vsi, vt Diagrammata Centrica componeremus: Vnde Musam I. quam simplicem diximus, *Literariam* potuissemus vocare. Scholam ingeniosiorem adeo, & Musæ Lexicæ numine & influxu promotus, Carmina centrica subscribo.

Possem illa multis modis componere: at, quia mihi atrident disticha: aio ea futura esse pulchra, si ad istam ideam reducantur.

I II III IV
-◡ ◡-◡ ◡-|◡◡-|--◡,|◡-◡:
VII VI V IV

Habeatur ratio consonantium tanta, quantam recursus postulet, ne fortè aliqua vocalis per synalœpham importunè elidatur. His apicibus hæ voces poterunt adnumerari.

Innumerabilibus curis torquetur Achilles:
Vexatur morbis immedicabilibus.

quæ recurrunt à fine Pentametri, vt vides,

Immedicabilibus morbis vexatur Achilles:
Torquetur curis innumerabilibus.

Dictiones possunt esse compositæ, & omnes, quæ in vnam cellam cadunt, debebunt etiam simul legi. Laudemus ergo Sanctos Martyres,

qui

qui oderunt animas suas in hoc mundo, & gloriâ æternâ coronantur.

Arma virosq canit		numeris		Diuinus		Apollo
	metris		laudatus		Homerus	
modulis		discretus		Arator.		Parnassus
	facundus		Erasmus		Lucanus	
cœlestis		Amœnus		Solinus		cytharis
	Ianus		Crinitus		rhythmis	
Aplanes		Bettinus		fidibus		Sydera celsa Poli

Huic Labyrintho est similis, quem Tabula XIV. exhibet.

- ∪ ∪ - ∪ ∪ -	ϖ-	- - ∪	∪ - ϖ	- - ∪	ϖ-	- ∪ ∪ - ∪ ∪ -
Arma virosq; canit.	*numeris metris modulis*	*Diuinus laudatus discretus facundus cœlestis*	*Apollo Homerus Arator Erasmus Amœnus Ianus Aplanes*	*Parnassus Lucanus Solinus Crinitus Bettinus*	*cytharis rhythmis fidibus*	*Sydera celsa poli*

Oportet igitur, vt huius mensuræ - ∪ ∪ - ∪ ∪ - habeat dictiones duas: huius ϖ- sex: & huius - - ∪, decem: & tandem huius ∪ - ϖ septem.

Prima 1
Secunda 3
3
Tertia 5
15
Quarta 7
115
Quinta 5
575
Sexta 3
1725
Septima 1
1725

Hic posset aliquis inquirere, Quot carmina hoc Diagramma contineat? Cui respondendum mille illud septingenta & viginti quinque complecti: hæc enim dat exactè computus. Dictio enim prima (- ∪ ∪ - ∪ ∪ -) semel ponitur, & multiplicata per dictionem (ϖ-) quæ ponitur ter, dat tria: & hæc multiplicata per tertiam dictionem (- - ∪,) quæ quinquies ponitur, dabunt quindecim: Et hæc 15. ducta in dictionem quartam (∪ - ϖ) quæ septies reponitur, dabunt centum-quindecim: Et hæc ipsa 115. ducta in dictionem quintam (- - ∪,) quæ quincupla est, dabunt quingenta septuaginta quinque. Quæ ducta in sextam dictionem (ϖ-) quæ triplex est, dabunt mille septingenta & viginti-quinque carmina Disticha retrograda, vt dicebamus: vltima enim dictio, cùm semel tantùm ponatur, non auget numerum.

Hoc carmen centricum non est, sed angulare: quoniam ab angulo *Arma*. ad angulum *Sydera*, & contrà, procurrit per omnia media. Qui igitur eiusmodi Diagramma vult concedere primò componat vnum distichum iuxta ideam præmissam. quale est hoc:

[*Sãguine-stelligerum*] *Petrus mercator Olympum.*
Matthæus, passus [*Vulnera-multa, polum.*]

Deinde *Sanguine stelligerum* scribat in primo angulo: & *Vulnera multa polum* in vltimo. Posteà reliquas voces per cellas superioris lineæ & vltimæ columnæ alternatiuè, vt respicis: Vox *Olympum* cadet in angulum superiorem dexterum, & ab illo angulo ad angulum è diametro oppositum debebunt singulis cellis inscribi dictiones æquisyllabæ, huic quãtitati ∪ - - respondentes. His notatis facile erit per parallelas vias voces cæteras multiplicare. Et, vt maneamus in exemplo posito, vt Philomusus sciat, quot dictiones, & qualium singulas syllabarum debeat colligere, vt huiusmodi labyrinthum conformet, eumdem simpliciter rescribo.



HInc transeo ed Carmen Centricum, cuius gratiâ hæc sunt dicta. Considera igitur diagramma præcedens, quod *Carmen angulare* vocaui: & scias Carmen Centricum nihil esse aliud, quàm quoddam compositum ex quatuor Angularibus. Sumo igitur carmen liberum, & quintam-decimam ad Reuerendissimi & Illustrissimi D. D. Thomæ Sarriæ Archiepiscopi Tranensis & Salpensis, mei amici charissimi laudem delineo. Eam attentè considera.

Ecce Centricum paradigma è quatuor Angularibus conformatum. Hic curiositate arithmeticâ illectus interrogat Candidus Lector, Quot versus contineat hoc Diagramma? *Prima*

Re-

Responsio esset hæc. Præcedens (hoc est Angulare) complectebatur 1725. disticha retrograda: hoc est 3450. simplicia: & quia singula retrocurrentia binis æquiualent, complectetur 6900. Cùm autem hoc quadruplo numerosius sit, continebit versus viginti nouem mille sexcentos. Dices hunc numerum esse vero-similem: multæ enim voces in compositione coincidunt: carmen enim Angulare habet septem canones & septem columnas, & hoc Centricum non quatuor-

1725	
4	
6900	
4	
29600	

Prima	1		4480
Secunda	8	Quinta	20
	8		89600
Tertia	20	Sexta	22
	160		1 9200
Quarta	28		89600
	1280		10 5200
	320	Septima	4
	4480		4, 300, 800
			17, 203, 200

decim, sed tredecim canones & tredecim columnas tantùm, adeoque multò pauciores versus. Sit igitur *vera responsio*: primam dictionem (– ∪ ∪ – ∪ ∪ ·) in centro poni semel; secundam (∪∪ –) octies: tertiam (– – ∪,) vicies: quartam (∪ – ∪) vicies octies: quintam (– – ∪,) vicies: sextam (∪∪ –) duodecies: & septimam (– ∪ ∪ – ∪ ∪ –) quater: & facta successiua multiplicatione resultare 4; 300, 800. hoc est quatuor milliones trecenta millia & octingenta disticha retrograda. Et quia singula disticha retrograda quatuor carmina complectuntur, continebit hoc Centricum Diagramma versus 17, 203, 200. hoc est septemdecim milliones ducenties & ter mille & ducentos.

Modus vtendi hoc labyrintho, & legendi ista carmina est facilis & hoc sapphico expressus.

Angulo è quouis properante cursu,
Lector, ad centrum venias, vel ipsos
Præpes à centro repetas, notabis
Disticha multa.

Sensus est liber: multa enim in specie possent dici, sed tantum generalia tetigimus, vt facilitati carminis consuleremus. Sufficiat hoc exemplum posuisse; tu poteris alia meliora ad gloriam Cœlitum aut etiam Principum Politicorum conformare.

A P O L L O
MVLTIFORMIS.

——— Pictoribus atque Poëtis
Quaslibet ornandi in tabulis aut ære figuras,
Zoile crede mihi, semper fuit æqua potestas.

☞ CCCX.

VARIÆ, speciosæ, & pulchræ sunt figuræ, quas curiosus penicillus conformat. Omnes possumus transferre ad Metametricam, & omnibus varios versus aptare. Tabula prima, &c. ob oculos ponit nonnullas, quas volo breuiter dilucidare. Reperies in eâ Carmina Triangularia, Quadrangularia, Quinquangularia, Sexangularia, Septangularia, Octangularia, &c.

Licèt magna sit horum carminum, si lineas & picturam spectes, varietas; Idea est eadem, si metricè consideretur: omnia enim huic possunt respondere:

A	B	C	D
– ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪,	∪∪ ∪,	– – ∪,	∪ – ∪
Innumerabilibus	*numeris*	*laudetur*	*Homerus.*

& quia difficile est ideam: – ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪, in vnicâ voce reperire, possumus & solemus vti voce composita, quales sunt, [*Ætheris astra vide,*] *Militis acta cano*; [*Martyris exubias;*] &c.

MVSA

MVSA I. TRIANGVLARIS.

CCCXI.



Tabvlas, laminasque II. & III. ob oculos eruditorum pono: in quibus cellulæ A.B. C.D. C.B.A. complectuntur integrum distichum, iuxta valorem syllabarum, quem nuper dedimus. In figurâ secundâ cellulæ, quæ charactere C. notantur, communes sunt, cæteræ sunt speciales. Ne igitur Sculptorem nimio labore grauem, vnicam tantum delineationem pingo, quam cæteræ poterunt imitari. Sumo ergo stilum & Tabulam tertiamdecimam ad Ideam Tabulæ secundæ conformo: & in ipsâ hæc Carmina labyrinthica exhibeo.

A	B	C	D
Innumerabilibus	* * *	* * *	
	metris	*laudetur*	
Irreuocabilibus	*verbis*	*dicatur*	
	modulis	*cantetur*	
Ingenerabilibus	*palmis*	*donetur*	
	radijs	*ornetur*	
Innumerabilibus	*stellis*	*pingatur*	A--
	* * *	* * *	QVI-
Amplificabilibus	* * *	* * *	NAS,
	gazis	*ornetur*	
Condecorabilibus	*lauris*	*donetur*	
	gnomis	*cantetur*	
Insuperabilibus	*linguis*	*dicatur*	
	numeris	*laudetur*	
Amplificabilibus	*calamis*	*pingatur*	
	* * *	* * *	

Sunt disticha retrograda à fine Pentametri, & licèt hîc satis connexa & concatenata videatur, pulchriùs disponuntur in Tabulâ XIII. quam, vt hæc bene intelligas, ob oculos habere debes. Interim, quia sapientibus & insipientibus debitores sumus, maioris claritatis gratiâ eadem carmina ad longum rescribamus.

Innumerabilibus metris laudetur Aqvinas,
Dicatur verbis irreuocabilibus.
Irreuocabilibus modulis cantetur Aqvinas,
Donetur palmis ingenerabilibus.
Ingenerabilibus radijs ornetur Aqvinas,
Pingatur stellis innumeraailibut. &c.
Amplificabilibus gazis ornetur Aqvinas,
Donetur lauris condecorabilibus.
Condecorabilibus gnomis cantetur Aqvinas,
Dicatur linguis insuperabilibus.
Insuperabilibus numeris laudetur Aqvinas
Pingatur calamis amplificabilibus. &c.

Omnia Hexametra claudit hæc vox Aqvinas: possent aliæ, sed meam sum ego deuotionem sequutus: tu, si simile Diagramma condere placeat, pone, si volueris, diuersas. Ego vlteriùs progredior, & quia hæc Carmina sunt retrograda, ab vltimâ dictione initium sumens, per singulas recurro; & sic inquam.

Amplificabilibus calamis pingatur Aqvinas,
Laudetur numeris insuperabilibus.
Insuperabilibus linguis dicatur Aqvinas,
Cantetur gnomis condecorabilibus.
Condecorabilibus lauris donetur Aqvinas,
Ornetur gazis amplificabilibus. &c.
Innumerabilibus Stellis pingatur Aqvinas,
Ornetur radijs ingenerabilibus.
Ingenerabilibus palmis donetur Aqvinas,
Cantetur modulis irreuocabilibus.
Irreuocabilibus verbis dicatur Aqvinas,
Laudetur metris innumerabilibus. &c.

[De vocum significatione nihil occurrit, omnes enim sunt per viæ: & *Ingenerabile* in Peripateticorum schola, quam profitetur & promouet Doctor Angelicus, est *cæleste, perpetuum, & incorruptibile*, non enim Aristoteles admittit corruptiones aut generationes in cœlis.]

MVSA II. VARIA.

CCCXII.



Tabvla, XIII. quæ ad istam Musam pertinet, *Carmina Triangularia* proposuit: imò etiam Sexangularia: nam duo implexi Trianguli figuram componunt Hexagonam. Eâdem arte poterimus condere & formare metricas quatuor aut plurium angulorum figuras, quales Tabulæ quarta & quinta proponunt, quæ etiam Octangulares dici poterunt, ob repetitionem Quadranguli. Modus conficiendi hæc carmina, vt iam sæpe insinuaui, est facillimus. Debet

enim delineari charta, & postea in singulis cellulis inscribi dictio, qualem literæ inscriptæ postulant: sunt enim quatuor & respondent his numeris,

A.G. - ∪ ∪ - ∪ ∪ -	1 7	*Innumerabilibus*
B.F. ∪ -	2 6	*Stellis, vel faculis,*
C.E. - - ∪	3 5	*ornatur*
D.D. ∪ - -	4 4	*Olympus.*

& postquam inscriptæ dictiones conuenientes sint, relege vndique, vt sensus fluat; quem, si hiare repereris, poteris alicuius æquisyllabæ vocis substitutione reformare. Eâdem arte & ingenio quinque, septem, nouem aut plurium angulorum figuræ metricæ conformabuntur; retine & obserua præcedentes Regulas; & considera Figuras, quæ pertinent ad præsentem Apollinem.

CCCXIII.



Porrò carmina figurata antiquissima sunt. Symmias Rodius aliquas figuras carminibus suis delineauit: laudantur inter alias, *Ouum, Ara, Securis, Fistula*. Hanc Metrametricæ partem Ioannes Alstedius *Technopægnion* appellat, & Encyclopædiæ libr. 10. sect. 5. cap. 5. *Ara, Calicis, Centauri, Clepsydræ, Clypei, Cocleæ, Columnæ, Cordis, Crucis, Cubi, Fusi, Organi, Oui, Pileï, Poculi, Pyramidis, Quadrati, Rastri, Rotæ, Scalæ, Securis, Serpentis, Serræ, Talarium, Trigoni, Tripodis, Turris*, & aliarum imaginum, quas exprimunt carmina, meminit.

Samuel Pomarius carmina scripsit, quæ characterum varietate omnia Passionis instrumenta ob oculos ponerent. Illa omisit Alstedius; & addidisset suæ Poeticæ, si chalcographum idoneum fuisset nactus.

Balthasar Bonifacius imaginibus carminicis delectabatur. Ab eo compositam Amphoram ponit Alstedius vbi supra *pag.* 549. Aram. *pag.* 550. Calicem, Clepsydram, Clypeum *pag.* 551. Columnam Cubumque *pag.* 552. Fusum *pag.* 552. Adduntur Rabani Cruces *pag.* 553.

Ferdinandi III. Romanorum Imperatoris memoriæ æternæ Pyram Parnassus Viennensis consecrauit: illam P. Eugenius à S. Iosepho Carmelita excalceatus, Vir verè ingeniosus & doctus, composuit, & edidit Viennæ in Austria anno 1657.

Hispani etiam interdum ita versus scribunt, vt figuram aliquam repræsentent. Vnde Ioannes Diaz Rengifus Artis Poeticæ cap. 66. sic inquit. *Los Laberinthos de letras se componen, necessitandose el Poëta à meter en los versos las letras que quiere, y en los lugares que conuiene, segun la figura, qua à de llenar el laberintho: porque vnos se hazen en forma redonda, otros en quadrada, otros pintando vn aue, ò vn arbol, ò vna fuente, ò vna Cruz, ò una estrella, ò otras figuras de esta manera, proporcionando las coplas y las letras con aquella figura.*

Hæ imagines duplici possunt modo confici, nempe, vel Carmine communi, vel Centaurico. De hoc agit Alstedius *pag.* 551. & ait illud esse poëma, quod ex diuersis versuum generibus componitur: nam cùm alia breuiora sint, longiora alia, debent necessariò suâ inæqualitate conformare figuram. Vnde P. Eugenius à S Iosepho in Cæsareâ Pyramide incipiens à maioribus, supponit versus hoc ordine. Arbitrarium: Trochaicum tetrametrum: Iambicum tetrametrum: Spondaicum, Hexametrum, Scazontem: Iambicum Trimetrum: Sapphicum: Phaleucium: Asclepiadeum: Anapæsticum: Iambicum Anacreonticum: Iambicum Dimetrum catalecticum: Glyconium: Adonium: &c. Si aliam vellet confirmare figuram, aliter versuum ista genera coordinaret.

Hic modus tametsi admissus ab omnibus, mihi non placet propter duo: cum quia est molestum & difficile tam varia versuum genera conformare: tum quia dissonant inter se, & auri videntur ingrata: demus ergo secundum.

Scribantur carmina æqualia, & diuerso colore illæ literæ, quæ debent imaginem formare: aut saltem charactere cursiuo, vt in Pegmate sequenti videre est.



Æter

Æter	n o c	*s radio ſtant in te uam p*	i e u	*incta*
Ædes t	u r r	*ita ex hoc dudum eſt no*	n n e	*beata*
Machi	n a e	*t ipſa Dei ara & quius t*	t ſ u	*prima*
Lar ho	c n e	*ct & mira lucerna hoc*	o t i	*a tot*
Agni ho	c ſ t	*atuit ſignans queque ri*	t e v	*iandoa*

Vera ſ	a l u	s iſta	*quos verus*	fons b	o n i	tatis
Eſt be	ne d	ictio	*q; ſacrauit*	amor p	i e t	aſque
Sanct	a ſ a	lutis	*lux & uita*	redem	p t i	o vera

Inque do	m u p	*rinceps donum dat paci*	s i n	*erlem*
Inraque	a m i	*citiæ hinc firmanit d*	e p o	*ſuitque*
Aſſis	t a a	*ntiqui niſus quæ texit ie*	m s m	*orſum*
In lec	c b r	*i luſu circa ignem noxt*	a e n	*im ſic*
Pella	x d c	*ripit & ſocordem ubi t*	n q i	*etato*

Eſt Rabani, ex Benedictinâ religione ad Archiepiſcopatum Moguntinum aſſumpti, & adducitur a Ioanne Alſtedio, loco citato, *pag.* 551. Hoc exemplum iterum poſumus ſuperiùs, at hîc alio illud modo expreſſimus, vt ſciat Lector eiſdem carminibus diuerſas figuras & imagines, aut eaſdem diuerſo modo delineare. In ſtipite primæ Crucis legitur

Nūc canā, at exorās Ieſum abdere & uda piare.

& in brachio.

Vera ſalus iſta eſt, benedictio ſancta ſalutis.

in alterius Crucis trunco,

In toto ipſe manens, tenet, ipſoque viuit in omni.

in brachio autem.

Fons bonitatis, amor, pietaſque redemptio vera.

Nec eſt omninò neceſſarium, vt literæ quibus Crux conformatur, ſenſum ſeorſim ſumptæ conficiant, nam manebit figura, quæ quæritur, licet ſemper pulchrius & melius ſit, ſi illæ ſeorſim poſſint legi. Conſidera ſequentes numeros.

En eſte leño	por mis	*culpas veo*
La luz ſin	reſplandor,	*muerta la vida,*
Y que de aquel	coſtado	*fue la herida*
Puerta de la	heredad,	*que en Fee poſeo.*
Quien dirá, que ſu	afrenta	fuè tropheo,
Y venciendo la	muerte	fuè vencida,
Y que leuanta	al hombre	ſu cayda,
Y el Iuſto	pone en	libertad al reo?
Efectos tuyos ſon	Leño	*ſagrado.*
Reparador,	glorioſo	*de la offenſa*
De aquel primero,	en que	*nacsò el peccado.*
Ents el caſtigo ſe	voluiò	*defenſa*
Y del yerro en que	Adan	*viuiò culpado*
Con azero ſe	diò la	*recompenſa.*

Vide Tabulam XIX. quæ Euchariſticum Pegma exhibet, quod anno M. D. LXXX. VIII. Reuerendiſs. D. Georgius Lëmens, Abbas Vlirbacenſis, Ordinis S. P. N. Benedicti compoſuit, & ſculpi curauit Louanij anno M.DC. XXIII. quod nos tandem curauimus iterum ſculpi Pragæ anno MDCLIX. Iuſſimuſque noſtro optimo Domino & Amico Petro Franciſco Paſſerino dicari.


Vide etiam, ſi reperire poſſis, nam raræ ſunt, Rabani Mauri, etiam noſtri Ordinis Religioſi, & Moguntini Archiepiſcopi Pegmata, magno ſtudio & labore compoſita, in quibus varias figuras carminibus expreſſas inuenies.



APOLLO QVADRANGVLARIS.



Quadrandi versus methodum hanc contemnere noli:
Arte quadra versus vel meliore tuos.



CCCXIV.



CIRCVMFERTVR sigillum, quod videtur non omninò vanitate vacare (vanitatem à superstitione distinguo) accensere enim vim aliquam realem & physicam characteribus scriptis, sculptis-ue; sæpe superstitiosum, semper vanum & illicitum est. Sigilli igitur, cuius fit mentio, potentiam & vires omittamus, & literas consideremus:

S	A	T	O	R
A	R	E	P	O
T	E	N	E	T
O	P	E	R	A
R	O	T	A	S

Est mirabilis literarum concursus, cui similem vix alibi in aliquâ linguâ reperias; est enim figura quædam quadrangularis, quæ à quolibet angulo sursum deorsum directè & retrogradè poterit legi.

Et quid voces istæ significant? Sanè, si liceat barbaras voces conformare, facile erit eiusmodi multa & varia delineare sigilla, at, si debeamus vti vocibus purè latinis, expercemur summas difficultates. Ergo vt sententiam hanc mysteriosam exponam, cùm nobis non sufficiat Latina, ad alias linguas recurramus.

SATOR, Hebraicè מסתר, a radice סתר *satar*, quæ est *abscondi* deducitur: & quidem hoc esse nomen Dei constat ex Prophetæ illo, *Verè tu es Deus absconditus*.

AREPO, Hebraicè מרפא *Medicina*, à radice רפא *Rapha*: Deus autem nomen medici assumit: ait enim Matth. 9. 12. *Non est opus valentibus Medicus*. & Marc. 2. 17. *Non necesse habent sani Medico*. Nec hinc inferat Pelagianus, non indigere Deo valentes sanosque: quia Redemptor & Conseruator est, Redemptor, vt nos à corporis & mentis eruat conseruator, vt in gratiâ aut etiam corporis sanitate conseruet.

TENET, Latinum est, *sustinet, continet, sustentat, &c.*

OPERA, *actione, studio, auxilio*: & hoc contra Durandum qui concursum naturalem negauit, & Pelagium, quia supernaturalia auxilia non admisit.

ROTAS, *orbes, cælos*. iuxta illud Ciceronis in Arati Phænomenis, *Hunc tangit rota feruida Solis*.

Vnde sententia integra erit hæc, *Deus absconditus, salus & medicina potentissima, sustinet & conseruat auxilio & operatione sua cælos*. Cui respondebit istud Disticum:

Rex noster, Medicina, salus, abscondita Causa
Rerum, Cælorum sustinet ipse polos.

CCCXV.

DIXI eiusmodi tabulas esse difficiles, nec posse multis exemplis purè Latinis illustrari. Addo alterum,

Genuenere simul duo mundi lumina magna.
Virgilius fuerat primus, & alter Amor.
Limitibus progressa suis Vrbs inclyta Roma
Ad maris oppositi littora visit Oram.
Concursus siquidem rarus fuit, omnia pulchrè
Insculpta æterno nomina sunt lapidi.

A	M	O	R		E	R	A	M
M	A	R	O		R	O	M	A
O	R	A	M		A	M	O	R
R	O	M	A		M	A	R	E

Cætera nomina sunt nota: tertium explico. Hersilia Romuli Romæ conditoris aut instauratoris vxor fuit, & dicta *Hora*, vel *Ora*, ait enim Ennius,

Teq; Quirine pater veneror, Horamq; Quirini. &c.
inter Nymphas habita, nec Dearum censui adscripta ante Augustum. Ouidius Metamorph. 14.

Priscum pariter cum corpore nomen (rine est.
Mutat, Oramque vocat, quæ nunc Dea iuncta Qui-
nota illud *nunc*: non enim sic loqueretur Naso, si iam olim adnumerata Deabus fuisset. Credita est præsidere militiæ: quò fortè respe-

xit

xit Virgilius *Æneid. 9.* dicens,

Et mecum ingentes Oras euoluite belli.

Quintilianus *præfatione ad Triphonem* Oram Numinibus marinis adfingit, illamque in naufragijs imploratam à periclitantibus asserit, dicens, *Permittamus vela ventis, Oram soluentibus bene precemur.* vbi si *ora* nomine intelligere *littus* volueris, tecum non disputabo. Sed cur hæc Dea in obliquo, cùm alia nomina componuntur in recto? An hoc nomen potiùs est Africanæ vrbis, quam Arabicè אורם *Oram*, Latinè verò *Oramum* dicimus: quâ tandem furorem insultantis Agareni frænamus. Tu videris.

Hæ & aliæ voces, quæ à Româ oriuntur sequentibus versibus apud Ioannem Alstedium *lib.10.sect.4.cap.5. num.36.* dilucidantur.

ROMA *vocor, tanto me Romulus auxit honore,*
Nomine magnifico gaudeo sæpe meo:
Litera quæque licet fuerit transposita subinde,
Certa tamen remanent significata mihi.
Conueniunt septem voces, quas procreo ROMA,
Seu septem colles diligo sede mea.
Ad me qui veniunt tractare negotia summa.
His loquor, expecta, sit quoque parua MORA
Et MARO *perceleb:em Romanam reddidit* ORAM,
Post oram Troiæ sæpius ARMA *canens*
Flumina fluxerunt terra hac imitantia MORA
Ob varias cædes martyriumque sacrum,
Inque vno RAMO *virtus vitiumque virescit:*
Est in me fluxus deinde beatus AMOR.

Explicatio.

ROMA *est principium, sonat vltima dictio Roma,*
Si vertatur AMOR, *Roma triumphat amans.*
In reliquis lateo, me collige, ROMA *nitebit,*
Armo, Oram, Ramo, Mo a, Maro, Mora, Amor.
Res mira est dictus statuit vox vnica ROMA
Pe.. .. ..tum versum Lector amice vale.

In Anagrammate altero sunt duæ voces significatiuæ, *Mare* & *Eram*: quæ transpositæ variam pariunt significationem hoc modo.

Est MARE, *quod nauis penetrauit cursibus amplis,*
ERMA *nisi iussis non bene tuta volat.*
Orta maris spuma Venus Aphrodita putatur,
Fæmina MERA *ideo sacra parabit es.*
Quando pudicitiam spernens EMAR *vndiq; duxit?*
Æterna noctis quis negat esse REAM?
Haud Amor ipse mari, tu dicis rustice, at ARME
Arridens fructus RAME *tuosue tegam?*
Si modò semper AREM *terrã,* MERA *vina dabũtur*
Non quod ERAM, *videam si* MARE *semper ero.*
Ergo petat quicunque cupit maris horrida regna,
Sui RAMO *potiùs tale ergo carmen amo.*
Rame, arem, eram, ream, amer, mera, mera, mare,
erma, emar, arme,
Quid sibi versiculus signat habere cupis?
Quæ præcesserunt ex hoc desumta fuere.
Vnica vox peperit bis MARE *quinque sonos.*

☞ CCCXVI.

De Syllabis.

SICVT tabellæ istæ procedebant per literas, poterunt aliæ per syllabas huc illuc discurrere, & esse similes sequenti exemplo.

MI	RA	VI	RA	MI
RA	DIO	VI	DIO	RA
VI	VI	XPI	VI	VI
RA	DIO	VI	DIO	RA
MI	RA	VI	RA	MI

quod à singulis, hinc inde excurrendo, poteris legere, hanc semper sententiam reperturus. videlicet, *Mira vi* (virtute efficaciâ & potentiâ) Rami (Crucis) radio (corusco, splendeo.) *Vidi ora viui Christi. Viui radio* (hoc est, Christi viuentis concurrente luce & splendore) *vidi ora* (nimirùm hæc: vt enim inueniamus Christum, ipse est via: & vt ipsum videamus, ipse est radius) vidi inquam Ora Christi, & hoc *mira vi rami*, hoc est, mirâ Crucis virtute. Huic radio radium etiam dare possunt hæc Disticha.

Cernuus aspicio ramum Crucis; anspice Christo,
Immensas vires arboris expertor.
Mirâ vi Rami, radio *splendore corusco,*
Lumine & excelsi sydera vinco Poli.
Audiui dulcem vocem, vidi oraque viui,
Christi, *gustaui sanguinis effluuium.*
Cur viui radio vidi ora *patentis Olympi?*
Cur mirâ rami vi *petit astra solum?*
Olim clausus erat, paucisque patebat Olympus.
Crux hodie cunctis Regia Clauis erit.

☞ CCCXVII.


VANTVM faciat scribendi modus, sedulò animaduertimus, quando Musis Aureæ & Cypriæ permissi illud carmen,

Sicelides Musæ paulò maiora canamus,

& illud

Numinis æterni Genitrix succurre misellis

in Pegmate quadrato scripsimus. Ponamus modò vnum carmen Retrogradum, & quid inde possit resultare videamus. Sic inquam.

A *Magorum*	*fermo*	*crudelem*	*turbat*	*Herodem.*	*Magorum*
fermo	*crudelem*	*turbat*	*Herodem.*	*Magorum*	*fermo*
crudelem	*turbat*	*Herodem.*	*Magorum*	*fermo*	*crudelem*
turbat	*Herodem.*	*Magorum*	*fermo*	*crudelem*	*turbat*
Herodem.	*Magorum*	*fermo*	*crudelem*	*turbat*	*Herodem*
Magorum	*fermo*	*crudelem*	*turbat*	*Herodem.*	*Magorum.* B

Ab angulo A poteris prorsum & deorsum procedere, & semper versus legibus constantes inuenies: & ab angulo B. poteris retrorsum & sursum percurrere, & semper numeri legibus præscriptis constabunt. Posui et reperiri eumdem versum, vt clariùs euidentiùsque cognosceretur artificium, quod non à vocum varietate, sed à quātitatum similitudine prorsus dependet.

Versum hunc ad Aureæ Musæ mentem in sex columnis scripsimus, quid erit, si ad Cypriæ Musæ imperium exscribatur in quatuor? Faciamus, & statim videbimus.

Porrò ab angulo A. possumus omnia directo cursu legere: ab angulo B omnia retrogrado. Ab angulo C. omnia adscendendo: & ab angulo B omnia descendendo.

A *Magorum*	*fermo*	*crudelem*	*turbat* B
Herodem.	*Magorum*	*fermo*	*crudelem*
turbat	*Herodem.*	*Magorum*	*fermo*
crudelem	*turbat*	*Herodem.*	*Magorum*
fermo	*crudelem*	*turbat*	*Herodem.*
C *Magorum*	*fermo*	*crudelem*	*turbat* D

Ergo, sicut istæ lectiones sunt in hoc carmine, erunt in alijs diuersis, si verba conuenientia ponantur. Hac doctrinâ præmissâ, ingrediamur interiùs, & singulas Musas audiamus.



MVSA I. HEXAMETRA.

☞ CCCXVIII.



Icvt per literas & syllabas, sic etiam per dictiones procedimus & carmina varia conformamus: quorum facilius ideas exprimas numeris, quam verbis Latinis exornes. Hoc enim negare nemo poterit, videlicet, in Latino idiomate non esse tantam verborum, ab Ideâ requisitarum, copiam; quantam Metametrica postulat. Græca lingua est copiosior, & his formandis labyrinthis & ambagibus aptior.

Athletam	*Agrestis*	*Iudas*	*reclamat*	*Iesum,*
Agrestis	*mortis*	*discrimen*	*quando*	*reclamat,*
Iudas	*discrimen*	MVNDI	discrimen	Iudas
Reclamat	quando	discrimen	mortis	agrestis
Iesum	reclamat	Iudas	agrestis	Athletam.

Sensus est difficilis; at illæso metro lectio est octuplex ex quocunque enim angulo possumus currere, recurrere, adcendere & descendere. Huic simile est Pentasticum istud, quod sequitur.

Vtrimque	*agrestis*	*Iarchas*	*propagat*	*Iuli.*
Agrestis	*nomen,*	*certamen*	*quando*	*propagat*
Iarchas	*certamen*	CELEBRAT	certamen	Iarchas
Propagat	quando	certamen	nomen	agrestis
Iuli	propagat	Iarchas	agrestis	vtrimque

In his duobus exemplis procurrendo aut descendendo ab initio, & ascendendo aut recurrendo à fine, semper inuenies eadem carmina.

Misi hanc Ideam ad P. Nicolaum Lucensem Capucinum, qui non solùm in Theologicâ scholâ, sed etiam in Parnasso est celeber. Hic scitè in Epistolâ Viennæ in Austriâ 4. Maij. 1658. scriptâ sic inquit: *Sunt huiusmodi Ideæ, quas exemplificandas transmisisti, quò nobiliores, eò difficiliores structura; procul dubio ob meam imperitiam, ingeniíque ariditatem; sed ausim etiam addere, ob penuriam vocabulorum, vt ita dicam, strictioris obseruantiæ: adeò, vt non conceptui voces, sed vocibus conceptum opus sit accommodare:* vnde

vnde nec mirum si subinde carmen non ita fluat, aut sensus sterilior appareat, verbisque minùs respondens: quamuis benigniùs interpretari volentibus non omninò sensu careant Et exempla subsequentia transmisit.

Adamo	Abramus	Iacob	Isachus	Abramo
Abramus	Natus	Prognatus	Gnatus	Isachus
Iacob	Prognatus	IESVS	Prognatus	Iacob
Isachus	Gnatus	Prognatus	Natus	Abramus
Abramo	Isachus	Iacob	Abramus	Adamo

Claudit hoc Labyrintho Author Domini nostri Iesu-Christi genealogiam, illumque hoc Tetrasticho dilucidat.

Adamo Abramus genitus, Isachus Abramo,
Isacho & Iacob Dux Patriarcha fuit.
His igitur Patribus pregnatus Dauide IESVS
Dicitur, & IESVS *Filius ipse Dei.*

Vocis *Dauid* incrementum ferè semper producitur; sed, quia vox est Hebræa, sicut aliis producere, sic aliis corripere placuit.

Illa Apostoli verba 1. Corinth. 3. 6. *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque, qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed, qui incrementum dat, Deus.* hoc Tetrastico dilucidauit, & D. Friderico Aprili Parrocho Soremundano inscripsit.

Aprilis rorat segetes, maturat IESVS,
Quas nuper cultis iecit agrestis agris.
Nempe nihil plātans, nec Apollo rigans, sed IESVS
Est aliquid, Letas crescere dans segetes.

& ad sequentem Labyrinthum reduxit.

Vtrasque	Aprilis	IESVS	agrestis	agrisque
Aprilis	rorat,	maturat,	iactat	agrestis,
IESVS	maturat	segetes,	maturat	IESVS
Agrestis	iactat,	maturat,	rorat,	Aprilis,
Agrisque	agrestis	IESVS	Aprilis	vtrasque

Quatuor ex mundi te partibus inclyte, Princeps,
Fama canora melo te quater vna canit.
Hoc dum demonstrat breuis hæc Fernande Tabella,
Authori, attentè cuncta legendo, faue.

Erat & Labyrinthus, qualem Tabula xxv. exhibuit.

Ne nescias, quo modo hic Labyrinthus debeat legi, addidimus versus sequentes: & in Hispanicâ illos lingua, vt meliùs ab omnibus intelligeretur.

SO-

SONETO.

En este Labeyrintho quatro entradas,
todas occultas, todas peregrinas,
se conciban, Lector, en las esquinas,
con artificio nueuo fabricadas.
A cada puerta tiene dedicadas
De lalo Nymphas des, las mas Diuinas
Deidades de Hippocrene Christalinas,
en dar timbres y glorias occupadas.
Ocho Deidades, que con mouimientos,
tal vez contrarios, siempre differentes,
por nueuas sendas rigiran sus passos
De gozaras de varios instrumentos,
de Espiritus muy dulces y eloquentes,
y de multiplicados Garcilassos,
Que en alados Pegasos
se remontan al Cielo pregonando,
alabanças heroicas de Fernando.

Igitur, si ingrediaris: & ab angulo primo, qui *Furor belli* inscribitur: vel ab vltimo, qui *Mauorti consecratus*, incipiens prorsum, retrorsum, deorsum, sursum-ve progrediaris, hæc Ogdoasticha Rhythmica inuenies.

Furor belli Mauorti consecratus
Quando Cœli succlamant generosi,
Moduletur, quod Princeps peroptatus
Proles Solis est clari & Luminosi.
Imitetur victorias laureatus
Regiæ prolis, Philippi gloriosi:
Collaudetur Italiæ Rector molis,
Cuius Polis est Præses, sed non Solis.

Quando Cœli succlamant generosi,
Clara Delij Fælicis arx Phœbæa,
Veneretur Fernandi bellicosi
Musis Solis communia nunc trophæa
Decoretur Apollinis formosi
Austrij Solis corona, Parnafæa
Nominetur: si Hispaniæ lux habetur,
Italiæ Rector molis collaudetur.

Moduletur quod Princeps peroptatus
Veneretur Fernandi bellicosi
Nunc trophæa, cuius splendor laureatus
Luminosi dat radios generosi,
Dum Musæa per inclyta est laudatus
Speciosi sint radij, prodigiosi;
Corona Parnafæa Austrij Solis,
Philippi gloriosi, regiæ prolis.

Proles Solis est clari & luminosi,
Musis Solis communia nunc trophæa
Luminosi dat radios generosi,
Veneratus cum florida Amalthæa,
Si copias dat Colosi numerosi,
Per inclyta est laudatus, dum Musæa
Apollinis formosi decoretur,
Victorias laureatus imitetur,

Imitetur victorias, laureatus
Decoretur, Apollinis formosi
Dum Musæa per inclyta est laudatus
(Numerosi si copias dat Colosi)
Cum florida Amalthæa veneratus
Luminosi dat radios generosi,
Communia nunc trophæa Musis Solis,
Est clara & luminosi proles Solis.

Regiæ prolis Philippi gloriosi est
Austrij Solis corona Parnafæa;
Speciosi sint radij prodigiosi,
Per inclyta est laudatus, dum Musæa:
Luminosi dat radios generosi,
Cuius splendor laureatus nunc trophæa
Fernandi bellicosi (veneretur
Quod princeps peroptatus) moduletur

Collaudetur Italiæ Rector molis;
Nominetur (si Hispaniæ lux habetur)
Corona Parnafæa, Austrij Solis,
Apollinis formosi decoretur:
Communia nunc trophæa Musis Solis
Fernandi bellicosi, veneretur
Fælicis arx Phœbæa clara Delij,
Succlamant generosi quando Cœli.

Cuius polis est Præses, sed non Solis,
Italiæ Rector molis, collaudetur,
Philippi gloriosi, regiæ prolis
Victorias laureatus imitetur:
Est clara luminosi proles Solis
Quod princeps peroptatus, moduletur,
Succlamant generosi quando Cœli,
Mauorti & consecratus furor belli.

Hæc sunt octo Ogdoasticha, quæ in exhibito Labyrintho leguntur. Volumus, vt ijdem versus progrediendo & descendendo ab initio, nec non recurrendo & adscendendo à fine legerentur, vt meliùs cognosceretur artificium.

☞ CCCXXXVIII.



ADDAM aliud Exemplum in quo omnes versus erunt differentes inter se. Illud ob oculos ponet Tabula XXVI. quæ victorias virtutesque Philippi IV. Hispaniarum Regis celebrabit.

Ideam, Tabulæ XX. Figura XV. exhibet: vnde sexaginta-quatuor exoriuntur Ogdoasticha differentia inter se.

Labyrinthi igitur Tabula XXVI. repræsentati argumentum, numeri sequentes exponunt. *Arma, Virumque cano Austriacū quem tēpora lauro Mars æquus redimit, redimitum Fama celebrat, Subiectas gentes cano, debellataque castra, Ignotas speris sulcatas nauibus vndas.*

Vt sciat Lector quo possit modo in hunc Labyrinthum intrare, & quâ debeat procedere, si abest Ariadne, filum dabit Deca-tetrastichum Hispanum, quod subscribo.

Entrar

Entrar puedes Letor por quatro esquinas,
en este Laberintho, que la Fama
erige al gran Phelippe, con que aclama
sus vitorias y hazañas peregrinas
Aqui veras las aulas Christalinas
de Glauco: en vez de purpura de escama,
viste ceruleos miembros, aqui en llaman
niene veras de andacias Apeninas.
Neptuno su tridente al gran Phelippe
humilla; y tanto estima Espersos pinos,
que en honbres fugitiuos los sustenta.
Fuerza es Telus sus lauros participe,
pues corre doctamente ocho caminos
y en todos su valor y gloria augmenta.

At quia non omnes numeros Hispanos intelligunt, ideò hos Latinos addidi, qui alios explicent.

Quatuor en Tellus partes supponere Quarto
Gaudet & Austriaco tota subesse pedi.
Orbibus id septem Nilus celebrauerat, octo
Attamen id numeris hic Labyrinthus agit.
Deuictas celebrat gentes, nam Fata secunda
Hispano Occiduas supposuere pedi.
Nobiliusque Pio dixere subesse Philippo,
Nobilium turbis quàm superesse virum.
Hespery Martis claros cecinere triumphos.
Et varys numeris Stemmata clara canunt.
Bis quater hac legito, & celebres mirabere lauros,
Quos labyrinthaeo carmine Fama canit.
Ingrediare locos varios, Peregrine, regressus
Dic audita tuis carmina. Vade; Vale.



MVSA VI. CVBICA.

CCCXXXIX.



Tres Philosophi species quantitatis enumerant; Lineam, superficiem, & corpus. Linea, inquit Zeno, componitur ex punctis; superficies ex Lineis; & Corpus ex superficiebus. In Parnasso Versus quilibet est vna Linea: nam versus ex literis, quæ sunt elementa inuisibilia, componuntur. Ex lineis seu versibus Poëma componitur, quod est quædam Metrica superficies. An-ne etiam poterimus carmina facere, quæ ad tertiam speciem Metricæ Quantitatis spectent?

Ioannes Alstedius *Encyclopædiæ suæ libro* 10. *sect. 4. cap.* 5. §. 22. ponit aliquos versus, quos vocat *Cubicos*, qui tamen ad superficiem pertinent omni enim profunditate carent. Ergo aliter procedendum erit. Et quia est difficile corpora in plano pingere, vt simus clari adlaborabimus, exempla breuia proponendo.

Anno 1627. decimo Calendas Septembres nostrum Collegium Philosophicum Excellentissimus, & Illustrissimus D. Franciscus de Castro, Dux de Taurisanâ, Comes de Andrade & Castro, Comitis de Lemus Filius hæresque inuisit: & vt aliquid noui ingeniosissimo Principi consecraretur, versus Cubicos excogitaui: quos Tab. xx. Figur. xvii. delineo.

Habes ob oculos Cubum, à cuius centro V. si ad angulos solidos & extrinsecos, qui octo sunt, vadas; vbique vocem VIDE (aut, si tantisper characteres alterare volueris, vocem VALE) reperies. Hunc Labyrinthum Duci discedenti obtuli, cum hoc Lemmate.

Cuncta Vale-dicũt Tibi grammata Maxime Princeps
Et Tibi succlamant grammata cuncta VALE.

Possunt hæ quatuor literæ in integras dictiones conuerti: videlicet iuxta hanc Ideam

V A L E
l, – ∪ ∪ – ∪ ∪ –; l, ∪∪ –, l, – – ∪, l ∪ – ∪∪; l
l, – –, l, – ∪, l

Succurrunt etiam aliæ multæ, sed hanc delegi, vt mihi notiorem & aptiorem: tu alias, si volueris, conficies, aut ex Apolline recurrente, qui opulentus & diues, extrahes. Est vna V. in Labyrintho, sex A: octo L: & octo E: ergo addamus diuersas voces, ne semper idem versus legatur.

V	A	L	E
– ∪ ∪ – ∪ ∪ –	∪∪ –	– – ∪	∪ – ∪∪
Innumerabilibus	*numeris*	*laudetur*	*Apollo.*
	modulis	*cantetur*	*Osyris*
	cytharis	*dicatur*	*Homerus*
	metris	*pingatur*	*Iberus*
	que lyris	*ornetur*	*Olympus*
	fidibus	*donetur*	*Athleta*
		formetur	*Eous.*
		fungatur	*Isaurus*

Sunt retrograda; nam à centro V ad E fluunt; & ab E iterum in V resiliunt. Non bene hæc carmina conformantur in plano; non bene scribuntur in paginâ: debet igitur formari cubus ex filis ferreis, qualem figura repræsentat: & in omni linearum concursu poni vna dictio vel litera; vt quacumque procedas, carmen habeas.

Multa alia solida, eaquè diuersi formia carmina ob oculos habeo, quæ hùc pertinent; interim deberem multas laminas iubere sculpi, vt singulos conceptus explicarem. Ab impensis prodigis & improbo me labore eximo sic discurrens. Nam vel hominis ingeniosi vel rudis & stupidi oculis legendus sum: si primum (quod opto) sufficit illa simplex figura, quam proposui: nam pauca viro docto sufficiunt: si secundum (quod absit) nec multæ figuræ sufficient; nam sicut cœci non adiuuantur lucibus, sic nec stupidi laminis & scholijs.

APOLLO
CIRCVLARIS.

Carminis has noli Lector lacerare figuras;
Cursu sed versus duc meliore tuos.

CCCXL.



רום גלגל יסוב עלי מעגל
[יהיה] שמך יגל איום וגם
נדגל

Berom galgal jissob hàalej mahàgal [Ieoua] Saemak jiggal hajom vegam nidgal.
In eleuatione Sphera, quæ vertitur in orbem [Ieoua] Nomen tuum reuelabitur timendum & insigne. inquit Aben-Esra apud Ioannem Buxtorfium *tractatu de Prosodia Metrica pag. 643.* quod de nullis versibus, nisi de nostris Circularibus verificatur: nam sicut Cœli naturales enarrant gloriam Dei, sic etiam artificiales à nobis conditi Geometricis carminibus gloriam Domini celebrant, vt inferius videbimus.

Sed quod Carminum genus illud est, quod vocatur Geometricum? Est, quod & figuratum posset dici; & sumptâ à figuris nobilioribus denominatione, *Circulare, Sphæricum, Ellipticum, Ouale,* seu *Spirale* nominari. Dum fauit ætas, & dulcior arrisit eruditio, multa & multiformia Paradigmata dedimus: at eadem neglximus, & amisimus: nunc noua condere tædet, antiqua reperire non licet, & ideò, quantum negotia tolerant, de hac Facultate disputabo. Sic discurro:

Carmina considerantur per modum lineæ, superficiei, & corporis: hæ enim sunt species Quantitatis, nec est Philosophus, qui plures nouerit.

Linea Metrica est versus simplex: qui, si retrogradus sit, erit linea resiliens. Quærunt Physici, An in regressionis puncto quiescat mobile? An illud ipsum punctum ad priorem veniendi motum, an verò ad posteriorem seu resultationem pertineat? Lucem dabit & accipiet Metrica. Propono hæc carmina,

Imperium fouet hos Proceres quos laudat Apollo,
Ite in certamen iuuenes certamen inite.

In quorum primo vltima vox, ad recursum non pertinet.

Superficies Physica, asserente Zenone, componitur è multis lineis: sequamur illum in Carminum conformatione, & dicamus superficiem Metricam componi è multis Lineis Metricis, seu multis versibus: & quia habet latitudinem, possumus in illâ imaginari motum Metricum, secundum longitudinem alterum, & secundum latitudinem alterum: & vtrumque aut directè, aut retrogradè. Sed de hoc inferiùs.

Corpus Physicum, stando eisdem fundamentis Zenonis, componitur è multis superficiebus: & id ipsum reperimus in Metrico: sicmus enim Carmina conformare Corporea, quæ secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem legantur: quæ etiam producemus inferiùs.



PARS

PARS I.

CCCXLI.

Zoile ne carpas circumflua Pegmata nostra,
Sed conuolue modo nobiliore tua.



Artes concatenatæ sunt, & se mutuò promouent & exornant. Mathematicæ Liberales supponunt, & etiam supponuntur interdum, vt illæ nobiliores euadunt. Sanè inter Mathematicas eminentiores sunt Arithmetica, Geometria, & Astronomia: prima peperit Apollinem Chronographicum, quem nuper dedimus; tertia Cœlestem, quem statim daturi sumus: secunda Circularem, quem damus. Sanè inter Geometricas figuras simplicissima est Circulus: & sicut simplicitate cæteras, ita illa superat nobilitate. Hanc ob rem postquam de rectilineis figuris disseruimus, arcus & circulos breuiter dilucidabimus. Multa eiusmodi Paradigmata habeo ob oculos, cùm ista scribo: multa, inquam, quæ pingi potuerunt, aut scribi; quæ tamen omittere debeo, quod imprimi exactè non possint. Dabo igitur ea, quæ potest imitari Typographus, aut etiam incidere Sculptor, & cætera alij occasioni reseruabo.

MVSA I. CYLINDRICA.

CCCXLII.



Cylindron Græci vocant, & *Columnam* Latini. Figura est nota, & supra axem formatur, nimirùm, si materia rotetur, et vnâ lineâ parallellâ Statuarius vtatur. Habere potest articulos distinctos hæc Columna, qui axi communi innixi quoquo versum agantur. Et, si hoc modo fiat, recipere poterit nonnullas dictiones, et ipsas ad multa versuum millia multiplicare. Modum Tabula I. lineis, ego verbis expono. Sic inquam:

Condatur aliquod pulchrum carmen, & posteà in tot Columnella diuidatur articulos, quot carminis dictiones sunt; deinde singulis articulis decem inscribantur aut etiam insculpantur dictiones (aut plures, si amplitudo permittat) quæ æquisyllabæ sint.

Tabula omnium prima Cylindrum exhibet, et quia Carmen multiplicandum erat hoc,

Lucifer terris referat tenebras.

diuisus fuit in quatuor partes. Primæ inscripta est dictio prima (nempe, *Lucifer*) et postea nouem aliæ similes, *Phosphorus*, *Lucidus*, *Aureus*, etc. Secundæ insculpta fuit dictio secunda (*terris*) et aliæ nouem correspondentes, quales sunt, *mundo*, *cælo*, *nobis*, etc. Tertiæ inscripta est tertia dictio (nempe, *referat*) cui adhærent aliæ nouem analogæ, *renouat*, *reparat*, *referet*, etc. Et parti tandem vltimæ inscribitur vox (*tenebras*) et aliæ similes.

CCCXLIII.



Et quot Sapphica Cylindrus iste continebit? Suppono in singulis internodijs decem voces similes inueniri, et concludo contineri in illo decies millia; quod etiam demonstro clarissimè: quæcunque enim dictio primi articuli potest cum qualibet articuli secundi connecti: et erunt 10. combinationes. Et quia quæcumque ex his combinationibus potest admittere quamcumque vocem articuli tertij, et posteà quamcumque quarti, decas transibit in centuriam, centuria in milliarium, et istud denique in myriadem.

10
10
100
10
1000
10
10000

Si conformemus Hexametra, aut Disticha, eaque retrograda, et columna sit crassa et vocum plurium capax, tunc crescet versuum numerus in infinitum, ita vt nemo adsignare Pegma possit, quo non valeam ditius aliud et numerosius conformare.

MVSA II. COELESTIS.

☞ CCCXLIV.

Pingunt Cœlos Astronomi circulis & claudentibus & continentibus: quorum diuersas opiniones in Tabulâ XVI, quę *Cœlum Lilineldense* inscribitur, delineauimus. Illam exornauimus diuersis Systematibus: quorum prius menti Ptolemæi, & antiquorum correspondet: secundum Tychonis Brahæi suppositiones repræsentat: tertium Samiorum est, à Pythagorâ aut inuentum aut traditum: ab Aristarcho illustratum, & ante aliquot sæcula à Nicolao Copernico reuocatum & restitutum: quod hodie omnes aut ferè propugnant Acatholici, quod Catholici iam omnes condemnamus. Quartum & vltimum Astronomiæ Rectilineæ respondet, & est specimen maioris Operis.

Terram in centro Mundi posuit Deus, & illam circumdedit sphœris: potuit Solem, aut aliam stellam quamcumque: nos imitantes, aut mundum quem Deus condidit, aut quem potuit, desideramus, vt contempleris tabulam XV. b. Quatuor circulos in systemate Metrico posuimus, quibus possumus à centro ad circumferentiam, aut ab illâ ad centrum transire, carmine non retrogrado, si communes admittantur ideæ: possumus & retrogrado, & id meliùs & pulchriùs, si seruentur sequentes, quæ mihi sunt in vsu, cùm eiusmodi machinas fabricor.

A B C D

I:-∪∪ ∪∪-∪ ∪∪-, I, ---, I, -∪, I ∪∪-∪ :I
I:-∪ ∪∪-∪ ∪∪-, I, ---, I, -∪ I, ∪-∪ :I
I:-∪ ∪∪-∪ ∪∪-, I, --, I, -- ∪, I ∪-∪ :I
I:-∪ ∪∪-∪ ∪∪-, I, --, I, --∪ I, ∪-∪ :I

Possibiles sunt aliæ similes, sed hæ discipulis nostris sint satis.

Recognosco igitur ideas positas, & tertiam eligens, hoc retrogradum carmen efformo.

I II III IV
I *Virginis-eximias* I *laudes* I *decantat* I *Olympus*.I
VII VI V IV

quod retrogradum est sic legitur.

Virginis-eximias laudes decantat Olympus:
Decantat laudes Virginis eximias.

Inscribo igitur exteriori circulo hanc penthemimerim *Virginis eximias*: secundo hanc vocem. *Laudes*: tertio hanc *decantat*: & iubeo vt occupet centrum *Olympus*, vt hoc Astronomis relinquatur Paradoxum, quod physicè exponi non possit. Regredior iterum ad primum circulum & dictiones æquisyllabas addens illum compleo dicens.

Virginis optimias
Martyris egregias
Præsulis ambrosias. &c.

Eodem operor modo in secundo: eodem in tertio: & sic totum illud Diagramma compleo.

☞ CCCXLV.

Primus	60
Secundus	40
	00
	240
	2400
Tertius	20
	0000
	4800
	48000
Quartus	
Tertius	20
	00000
	96000
	960000
Secundus	40
	000000
	3840000
	38400000
Primus	60
	00000000
	230400000
	2,304,000,000
	4,608,000,000
	9,216,000,000

Et quot quæso carmina in illo paruo Pegmate continebuntur? Edisseram. Primus circulus habet voces 60. secundus 40. tertius 20. quartus vnicam: et factâ multiplicatione, quando venitur ad *Olympum* hoc est, ad interiorem circulum, numerantur 48,000. carmina Hexametra: & quia cuilibet suum respondet Pentametrum. aut successiuè 48, 000. per 20, & posteà per 40, & tandem per 60: aut immediatè 48,000. per 48,000. multiplica, & habebis 2, 304; 000,000. disticha retrograda; adeoque versus simplicès, 9, 216; 000, 000. hoc est, *Nonies mille, ducenti & sedecim Versuum milliones*.

Placuit hac Musa Cœlestis Viris doctis, & quia aliqui ingeniosi Poëta illa sunt vsi, vt meus Lector exemplorum varietate delectetur iuueturque, alia exempla curiosa subycio.

☞ CCCXLVI.

De Cœlo Lilineldensi.

Est Monasterium *Lilienfelde* in Austriâ, deuotissimum, doctissimum & opulentissimum: quia enim huius Cœnobij Religiosi primò quærunt regnum Dei & iustitiam eius

eius, cœtera omnia adijciuntur illis. Præerat Reuerendissimus D.D. Cornelius, summæ eruditionis & ingenij vir: & quia.

Præsulis exemplo totus componitur Ordo. habuit sub se Viros doctissimos & eruditissimos, tot & tantos vt anno M.DC.IL. sex simul ad Lauream Doctoralem in Viennensi Academiâ promouerit. Fuit dies verè solennis: nō enim vnquam Vniuersitas illa, non Vniuersitas alia, sex simul Religiosos, eiusdē Monasterij filios, omnes doctissimos & ingeniosissimos, ad gradum Doctoralem euexit. Tunc Monasterij apud Sanctam Crucem Iuniores, Philosophiæ studentes Viennæ iussi applaudere, ediderunt pulchrum & ingeniosum Pegma, quod subiungo.

CCCXLVII.
COELVM LILIVELDENSE

Sole Reuerendissimo & Amplissimo D.D. Cornelio apud Campum Liliorum meritissimo Præsule; Sacri Ordinis Cisterciensis per Germaniam, Hungariam, &c. Commissario Generali: Sacræ Cæs. Maiestatis, & Serenissimi Archiducis Leopoldi Consiliario &c.

Suarum Intelligentiarum: hoc est

Eruditissimi & eximij D.D. Magistri nostri.	*D. Alberici Burghoff, Prioris*	*hodierna die ad Theologicam Lauream euectis*
	D. Guilhelmi Glöcker, Suppr.	
	D. Edmundi Prym.	
	D. Malachiæ Rosental	
	D. Matthæi Koluueis	
	D. Hilgeri Burghoff.	

Carminibus 8, 599; 633, 920. nimirùm, Octomillibus quingentis nonaginta nouem millionibus, sexcentis triginta tribus millibus, nongentis & viginti Triumphum celebrans:

Labore & industria Philosophorum, apud S. Crucem Cisterciensem Ordinem Professorum, & in Academia Viennensi studentium.

CCCXLVIII.
De Campo Syderum
Seu Cælo Liliorum.

Cœli enarrant Gloriam Dei, & opera manuum eius adnunciat Firmamentum. *Psalm. 18. vers. 1.*

Sydera erant Cælo, sed iam sunt Lilia: Campo
Lilia erant, sed iam Sydera Campus habet.
Sydera torquentur motu, sed Lilia viuunt,
Et vita est motu luceque nobilior.
Si Campus Cælo hæc fulgentia Sydera debet,
Hæc debet Cælum Lilia pura Solo.
Cælo igitur Campus plus dat, quàm suscipit; ipsa
Lilia sunt vita prædita, & Astra carent.

SOLI,
Et sex alijs Heliocyclijs Syderibus.

CCCXLIX.



Samius Pythagoras Italicæ Sapientiæ Princeps, vt Transformationum Diuinarum libro XV. habet Ouidius,

Mente Deos adijt, & quæ natura negauit
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Imò etiam, si sincerè loquamur,

Mente Polos adijt, & quæ Natura negauit
Sensibus humanis, ea pectoris auribus hausit.

Systema enim ille Cœlorum, omni mortali inuisum & incognitum, iussit esse Heliocentricum, & Orbes singulos enarmonico concentu & motu Fata Hominum vaticinari. Ad Pythagoræ igitur mentem auremque hoc Nos Cœlum artificiale effinximus, & indiximus Praesul Reverendissime, vt Tibi Soli, imò etiam tibi soli nostræ Hypotheses, cœlestes & immortales gratias agerent: subiunximus, Eximii Domini Magistri Nostri, vt innumerabilibus numeris gratularetur Vobis, Decumanis huius Solis Clarissimi, Cornelij Cœli Planetis omnis erroris nescijs, aut Planetarum potiùs Cœlestibus Intelligentiis, in hac fœlicissimâ & antiquissimâ Vniuersitate Theologicam Lauream adeptis.

Septem profectò Intelligentias, si credimus Peripateticis, Cœlum æthereum habet, & similiter Liliueldense insignitur & ornatur septenis. *In medio residens complectitur omnia Phœbus*, videlicet Cornelivs Sol, cuius recepto lumine sunt alij sex Planetæ, vt vulgari dicam vocabulo, Resoles. Luce Solis ætherei in Firmamento fulgent Sydera, & Stellae Corneliæ; dum Solis sui admirantur ingenium, cui hæc olim ipsa Vniuersitas in numerosâ Promotione primas detulit; dum pietatem doctrinamque imitantur, radios ebibunt, & in Parelios, seu Imagines Solares transeunt. *Magni interest*, ait Quintilianus, *quos quisque audiat quotidie, quibus-cum loquatur à puero; quemadmodum Patres, Pædagogi, & Matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum Mater Cornelia pro illo tempore plurimum contulit.* Porrò Gracchi. (Tiberius Caiusque) ab eloquentiâ & labij puritate laudantur; at dicuntur vtramque ebibisse à Parente Corneliâ. Et Vos, Eximii Domini, ab eloquentiâ; à labij, & quod nobilius est, à vitæ puritate laudamus, & Vos vtramque asserimus ebibisse à Parente Cornelio. Magni interest quos quisque audiat & obaudiat quotidie; quibus-cum agat, ab eo tempore, quo potiùs agitur,

tur, quàm agit. Pater, Mater & Pædagogi multum contulerunt, & Vobis contulerunt Cornelius Pater, Liueldensis Mater, & Magistri Academici, quorum pietate & doctrinâ instituti, Theologicâ Laureâ redimiti, triumphum hodie celeberrimum agitis.

Illum nos accuratè descripsimus, & Pythagorico Cœlo donauimus. Sed cur collocauimus SOLEM in centro? An fortè, quoniam.

--- *Pictoribus atque Poetis*
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas,

maximè cùm in creatione & exornatione huius ingeniosi Systematis simus Poetæ & Pictores? Non sanè: sed quia quidquid de Æthereo decrepitus Aristarchus, Iunior Copernicus, & cœteri Pythagorici Astronomi metiri aut mentiri dicantur, Heliocentricum est Cœlum Liliueldense. Christus Iustitiæ Sol in medio Discipulorum pacem dixit, & Macrocosmi, Sol, cor mundi, si non in medio figuræ, vt Copernicus vult, saltem in medio Systematis, vt Tycho habet, pugnaces motus Syderum ad harmoniam & cõcordiam reducit. Et Microcosmi Cor, (Sol est Humani Mundi) in medio pectore suum solium habet. Et Cornelius, quia est Sol, iuxta decretum Regulæ Benedictinæ in centro residet, & radio æquali omnibus fauet, fouetque: omnibus adest; nulli propinquior aut remotior. Hunc (præter Intelligentias, ortis à Lilijs, et apud Summates lauris arctas) Nos SEPTEM GENII, veneramur, hunc colimus, hunc celebramus Oportet enim, vt si septenæ Intelligentiæ Cœlos mouent, septenis septeni Genij seruiant, ad nutum et imperium parati: SOLIS Cornelij ΠΑΡΥΡΑΝΟΝ formamus; illumque donamus tanto linguarum apparatu, vt quæ vno intuitu Vir curiosus respiciat, multis id sæculis nec legere nec exscribere valeat. Voluimus affectum, et ingenium proferre, ideòque ingeniosè, affectum, et ingenium affectuosè monstramus. Vos vtrumque recipite, totque annis fœlices et incolumes viuite, quot carmina repræsentabimus.

CCCL.

Liliueldensis Cœli Forma informans.



VNTO Assistentes Orbium veterum Formæ: Ecce Cœlos creamus nouos et Terram nouam, illosque Forma informante et vocali insignimus: et contra dicimus Peripateticis asserentibus Quantitatem spectare ad Materiam, Qualitatem ad Formam: quoniam Cornelij Cœli Formam, quam proponimus, in merâ Quantitate consistit. Lector optimus Paradigma suppositum speculetur.

I	II	III	Axis IV	V	VI	VII
[- ∪ ∪ - ∪ ∪ -]	- - -	[- ∪]	∪ - -	[- ∪]	- - -	[- ∪ ∪ - ∪ ∪ -]
7	6	5	4	3	2	1

Ecce septem partiales Intelligentiæ, perfectam vnam et totalem constituunt; numero omnes et quantitate syllabarum diuersæ. Pono exemplum.

I	II	III	IV
Insuperabilibus	*Victoris*	*donet*,	*Olympus*.
7	6	5	4

V	VI	VII
Ornet	*Germanos*	*innumerabilibus*.
3	2	1

Vbi, vt facile obseruare quis poterit, vel primum Carmen resilit, vel totum regreditur Disticum. Pono ob oculos Carmen Resiliens.

Vox *Olympus* est resultantiæ terminus; nam Carmen mox vbi in eam impingitur, resilit. Videamus quo regrediatur modo illud Disticum? sanè Hoc.

Intelligentia Secunda et Tertia, manentibus cœteris vt antè, non incommodè variari poterunt: possumus enim vti vel diagrammate.

--- [- ∪] vt *Germanos ducit*.
vel -- [-- ∪] vt *Turcas deuincit*.
vel ∪ ∪ -[-- ∪] vt *Latios defendit*.

Imò poterit loco --- [- ∪] poni --- [- ∪ ∪] si tertia purè desinat, et quarta purè incipiat à consonâ, tunc enim in quinto pede semper erit synalepha, et nunquam in primo. Contingit crebrò Intelligentiæ Formulam non capi voce simplici, sed complexâ; et ideò in cellulas voces posuimus, vt sciamus vnam ne an duas simul legere dictiones debeamus, Prima enim intelligentia videlicet [- ∪ ∪ - ∪ ∪ -] non solùm reperitur in simplicibus *Innumerabilibus*, et *Insuperabilibus*; sed etiam in compositis *Arma Virumque cano*, aut etiam, *Lilia laurus amat*: aut tandem *Lilia iuncta Cruci*, et similibus.

Hic

Huc pertinet ipsamet Cœli Liliueldensis delineatio, quam Tabula V. representat. Addebartur nonnulla Carmina, quæ etiam debent subscribi.

Soli Liliueldensi,

CCCLI.

Astrorum Princeps proprio Sol lumine fulget,
Mutua sed Stellæ lumina Solis habent.
Hoc veniente, Dies multos illuminat Orbes:
Nox veniente fugit, Nox fugiente venit.
Non aliter nostri Cœli Cornelius est Sol,
Astra à quo Eximium cætera lumen habent.
Est doctrina Dies, Nox ignorantia, & ipso
Nox veniente fugit, Lux veniente manet.

Lunæ Liliueldensi.

CCCLII.

Lucis in imperio est Luna (vt sic dixero) Pro- (Sol:
Absentisque Dei, fertque refertque vices.
Vnde Alberico, qui est inter Sacra Pro Abbas
Lilia, iam Luna Nomen & omen erit. (mas
Hoc tamen haud capio. Innouat inter Sydera for-
Luna, eademque inter Lilia Luna manet,
Sed iam rem capio. Est constans Cornelia, Terra
Firmior, & Luna Phœbade Luna PRIOR.

CCCLIII.

Liliueldensium Luminarium nulla Eclipsis.

Solis splendori est Lura inuida & æmula: opaca
Candida nonnunquam lumina mole tegit.
Sed non impunè in pœnam nam Stelliger illam
Obscuro umbrarum vortice mergit Atlas.
Non tamen in nostro Eclipsis cognoscitur Orbe;
Neutra potest lucis perdere lampas opes.
Sincera est pietas; caret umbris; lucida tota est:
Et sub Sole pio crimine Luna caret.

Sex Intelligentijs Liliueldensibus hodie ad Lauream promotis.

CCcLIV..

Ventum ad supremum est. Stupet Orbis Stelliger,
Nobile quidquid habet Mũdus vterq; silet. (atq;
Iam NON PLVS VLTRA. Fuit vltima meta triũ-
Atq; vltra Laurum gloria nulla micat. (phus,
Dogmata Pythagora meliùs Schola docta resumit;
Quæ Natura nequit, Mens generosa facit.
Geryones habuere olim tria corpora Iberi,
Vnicus & ternis Spiritus intùs erat.
At Vos sex estis, (magis hæc miracula mira)
Vnicus & senos Spiritus intùs alit.
Vnica laus Vobis, eadem doctrina, triumphus
Vnus, idemque decus, competit vnus honos.
Vnicus an-ne Animus. cuncta vt sint vnica, senis
Est etiam? Mens-ne est vnica, & vnus Amor?
Omnia concedit Samius, negat omnia Vulgus;
Nos media volumus tutiùs ire via.
Naturam & mores distinguimus. Omnia sensu
Morali (est Physico dignior) asserimus.
Vnus inest Animus senis virtute refulgens,
Vnica Mens cunctis, omnibus vnus Amor.
Vnicus est cunctis, quem dat Schola nostra, trium-
Qui licèt est vnus, plurimus esse potest. (phus;
Austria enim euehitur, sub qua pia tempora lauro
Cinctos sex nunquam viderat vna dies.
Tota Viennensis Schola, nec non tota triumphat
Religio, è cœlis quam Benedicte fones.
Mellea Bernardi inuictè defensa triumphant
Dogmata, Theologos quæ latuere prius.
Præcipuè & Campo, qui hæc Cœlica Lilia gignit,
Competit Eximij totus honoris honos.
Ac ideo totus (Campi Moderator opimi
CORNELI) applausus, gloria tota Tibi.
Surculus inseritur, rami miracula prouenunt,
Vnicus & claudit fructus vtrumque genus.
Lauri iam Lilijs miscentur, Lilia Lauris: (bunt?
Quam tamen hinc fructum Fata benigna da-
Iam video. Famam & plausum CORNELIVS inde
Cum summo summæ laudis honore metit.
Ecce coronantur Lauris pia Lilia, Lauro
Contexta è Lilijs ecce corona datur. (sum
An-ne est PLVS VLTRA? Nihil in Tellure. Seor-
Ad Cœlos animos tollere nisus erit.
Ast etiam Cœli celebrant Te (Maxime Præsul)
Dux senos gnatos personat Æthra tuos.
Sint licèt illingues, celebrant Tua gesta, tuorum
Gloriam & Eximiam carmine enarmonico.
Et tanto numero, Stellæ vt Atlantis, arena
Oceani, nequeant versibus esse pares.
Plurimũ Astra mouet rutilãtia plurima Olympus,
Sed tamen ipse loquax carmina plura canit.
Vnde loqui didicit? Crux est doctissima, quæ nunc
Debebit Cœlum præcipiente loqui.
Sumpsimus Authores Liliueldensis Olympi
Diuina fœlix à Cruce principium,
Si sumus errones, non mirum est, namque Planeta
Errore incerto eum caret, errat iners.
Si non erramus, sumus omnes Sydera fixa;
Si non fixa Polo Sydera, fixa Cruci.
Qualiacumq; tamen Vestri sumus Ominis omnes,
Cultores Vestri Nominis atque sumus.
Et tot Olympiadas vitæ, tot sæcla vouemus,
Carmina quot vobis ingeniosa damus;
Viuite fœlici auspicio: & post sera triumphum
Sæcula Cœlestem ducite in Empyreum,

NO-

NOTA, In nomine adiectiuo *Lilueldensis*, quantæ sint tertia & quarta non petis, illas enim producit duarum consonantium positio: primam esse longam supponis, nam in *Tilia* producitur. Virgilius. *ubi Lilia plenis Ecce ferunt Nymphæ calathis*. Sed quanta erit secunda? Puto in compositione vocis merè Latinarum fore longam, quia coëunt duo II. hanc enim ob caussam *Tibicen* habet secundam longam, ob duarum vocalium concursum: est enim *Tibicen* Tibia-canens. Ergo, qui in voce *Ilifer* puto secundam esse longam, cur in voce Germanica *Lilueldt*, putare potero secundam esse breuem. Stat igitur errasse, quotquot aliquando & alicubi illam secundam *li* esse correptam contenderunt.

SVPPVTATIO.

☞ CCCLV.

Dic Mihi quot tandem Versus modulatur Apollo,
Cùm verbis celebrat Lilia nostra suis?
Quanto illos Genius percurrere tempore possit?
Quanto Homo mortalis scribere vel legere?
Dic Mihi, quot Folijs? Manibus quot? dic mihi Char(te)
Carmina quot Ramis scribere cuncta queas?
Adde, quot expensas faceret, qui soluere dignè
Et mercatori vellet & artifici?
Et tandem metire locos, & dicito, cuncta
Qui capiat Pluteus Carmina, quantus erit?
Singula qui expedias, fueris Mihi magnus Apollo;
Nam nullus numerus concipit ista breuis.(ctor,
℟. *Subscribo optatos numeros Lege Candide Le-*
Excelsum mentem subrige ad Empyreum:
Et sic discurras. Si sunt tam multa legenda
In paruo hoc circo, quem manus vna capit:
Quanta olim in Sphæra, stat centrum cuius vbique
Nullibi & exterior terminus, ipse legam.

Nomen *Folium*, seu *Phylara* notum est. Folia 25 Manum seu Librum constituunt. Manus autem 20. seu Folia 500. Ramum, qui ab Hispanis dicitur *Resma*.

Mercurius Trimegistus, *Deum*, ait, *sphæram esse, cuius centrum vbique est, & nullibi circumferentia*.

Sunt igitur in isto Lilueldensi *Systemate Disticha Retrograda*
4, 299; 816, 970.
Hoc est, simplicia carmina
8, 599; 633, 920.
Legenda ab immortali Genio
1635. *ann.*13. *dieb.hor.* 1. 55. 12.
At ab homine non nisi
3270. *ann.*26. *dieb.hor.* 1. 55. 12.
Quæ occuparent pluteum longum
5. *milliarib.* 2, *stad.*124. *pass.*3. *ped.*15. *dig.*
Et vantrent florenis Germanicis
5; 439, 852. *si deberent exscribi*.

☞ CCCLVI.

Damus Disticha à centro Systematis seu Sole iuxta dictionum numerum, quæ in singulis Orbibus sunt, multiplicanda: & computus facillimus est, si numerus primus in secundum, & resultans in tertium, &c. accuratè ducatur. Sic procedimus.

Orbis I. Soli proximus habet dictiones	12	*ducta in*
Orbis II. dictiones	24	
	48	
	24	
dabunt numerum	288	*ducendum in*
Orbis III. dictiones	36	
	1728	
	864	
dabunt numerum	10368	*ducendum in*
Orbis IV. dictiones	48	
	82944	
	41472	
dabunt numerum	497664	*ducendum in*
Orbis V. dictiones	60	
	000000	
	2985984	
dabunt numerum	2985984	*ducendum in*
Orbis VI. dictiones	72	
	59719080	
	209018880	
dabunt numerum	214990848o	

Sunt igitur in hoc Lilueldensi Cœlo Epigrammata Disticha 2 1 4 9 9 0 8 4 8 0: & quia sunt Retrograda, complectentur. 4 2 9 9 8 1 6 9 6 0, Disticha hoc est, 8 5 9 9 6 3 3 9 2 0 simplicia carmina.

☞ CCCLVII.

Sed quanto hæc eadem tempore poterunt vel legi vel scribi?

Si dena iubeantur respondere, minuto, facillimus esse poterit computus.

Dies.	*Horæ.*	*Min:*	*Carmina.*
0	0	1	10.
0	1	0	600.
1	0	0	14,400.
2	0	0	28,800.
3	0	0	43,200.
4	0	0	57,600.
5	0	0	72,000.
6	0	0	86,500.
7	0	0	100,800.
8	0	0	115,200.
9	0	0	129,600.
10	0	0	144,000.

```
                 1 1     1 1 1
                 3 0 2 3 9 1 1
                 9 3 8 9 7 1 5
1 4 4 1|8 5 9 9 6 3 3 9 1 4 0
          0 0 5 9 7 1 9 6
```

Legi ergo poterunt annis 1635. diebus 13, hor. 1. min.55. & sec.12.

Nam	1 4 6 1.	sunt anni IV.	
	1 5 6 1 0.	sunt anni XL.	
	1 4 6 1 0 0	sunt anni CD.	
Ergo	anni MDC.		5 8 4 4 0 0.
	anni XXXII.		1 1 6 8 8.
	anni	III.	1 0 9 5.
	anni	XIII.	1 3.
			5 9 7 1 9 6.

Vna hora	6 0 0.
55 minuta	5 5 0.
12 secunda	2.
	1 1 5 2.

Annis igitur 1635. diebus 13. horâ 1. 55. 12. legi aut scribi hi versus poterunt ab infatigabili Genio, qui irrequieto labore noctu diuque poterit chartis impallescere. Quodsi mortalis sit, & somno & alijs humanæ fragilitatis oneribus etiam obnoxius, si dicatur quotidie vacare huic munsterio horis duodenis, absoluet pensum annis 3270, diebus 26, horâ 1. 55. 12.

Quid si & ipse Festiuitatum cultor sit, & Fastorum dierum obseruator? Quoniam plurimos dies cultus Sacer intercipit, adhuc tempus protraheret, pensumque suum pluribus annis accuraret.

CCCLVIII.

Quanto hæc scribi tempore possint Carmina breuiter exposuimus; sed quia multum chartæ impenderetur, quantam postulemus, inquitis.

Porrò, si in singulis folij paginis 50. scribantur (vix tot possunt, si calamus sit liberalis) singulis folijs adserentur ducenta. Cùm igitur Manus seu Liber habeat 25 folia, & Ramus 20 Manus, seu folia 500. capiet Ramus Carmina 1 0 0, 0 0 0. Ergo scribi poterunt.

Versus	8 5 9 9 6 3 3 9 2 0.
Folys	4 2 9 9 8 1 6 9.
Manibus	1 7 1 9 9 2 6. & 19. *fol.*
Ramis	8 5 9 9 6. *man.* 6. & 19. *fol.*

CCCLIX.

Possemus quærere, quot aureis hæc ipsa chartæ vis emi posset? quot scribi? sed quia summa est pretij & stipendij varietas, sufficit confusè proponere neutrum præstari posse, sine summis impensis nam si liber chartæ benescriptæ duobus Germanicis florentis væniat (vænit pluris) constabit vt minimum Liliueldense hoc Cœlum ad longum eleganter scriptum, 3,439. 852. florenis Germ. seu imperialibus 2, 293, 234. $\frac{2}{3}$ Sed quia nummariæ computationes animos generosiores decedent, progredimur vlterius & inquirimus.

CCCLX.

Quàm sit longus futurus ille Pluteus, qui omnes hos libros decenter compactos comprehenderet?

Si Ramus chartæ contineri queat quinque digitis; Rami 8 5, 9 9 6. man.6.& fol.19. ad digitos 429, 980. seu pedes 26, 873 & 15. dig. reducentur. In quâ igitur capi poterit Bibliothecâ, aut etiam Palatio tantus Pluteus? Nam si Palmus constet 4. digitis, Pes 4. palmis, passus 5. pedibus, & tandem Milliarium 1000. passibus, Pluteus noster, 5 3 7 4 passibus 3. pedib. & 15. dig. hoc est 5 milliarijs. 2 stadijs; 124. passib. 3. pedib. & 15. dig. extenditur.

CCCLXI.

Hæc omnia dicta sint supponendo nos Disticha tantùm exhibere, & à Saturno aut orbe extimo ad Solem ire, aut contrà, per lineas, quas Geometræ Radios appellitant. At si vellemus vnicâ solâ dictione add-tâ diametros emetiendo modulari Tetrasticha, (bone Deus!) in tantam summam multitudo ista excresceret, vt vilescerent positi numeri, cum illis, qui ponerentur, comparati. Sed sufficiat impræsentiarum hos dedisse, quos si semel legendo obsolueris, [Lector diligentissime,] numerosiores meritò postulabis.

CRVX COELESTIS.

דון עולם אשר מלך * בחרם
כל יציר נברא ; * לעת נעשת
בחפצו כל * אזי מלך שמו
נקרא ; * ואחרי ככלות
הכל * לבדו ימלוך נורא :

Adou h4olam hafaer malaK * heteiem Kol jezzu nibra, * Leh4eth nah4ſza bebzebzzu Kol * hazaj meleK ſzemo niqra * vehah3a-rej Ki-Keloth hzaKol * lebado jimelok norra. *Dominus Mundi, qui regnauit* antequam vlla creatura eſſet * Quo tempore factum eſt per voluntatem eius omne * tunc Rex nomen eius vocatum eſt. * Et poſtquam abſoluit omnia * ipſe ſolus regnabit, reuerendus.* Sic Rabbi Chai in illo celeberrimo Carmine, quod, סוסר השכל במליצה, vocatur.

Porrò Deus eſt Rex per eſſentiam, quo nomine Rex erat antequam Mundum conderet ab initio. Rex eſt per potentiam: & hoc nomine Rex fuit cùm Angelos & Homines condidit: quorum eſt dominus; ſicut enim liberè eos condidit, ſic & ipſos liberè conſeruat, & poteſt redigere in nihilum. Peccauit homo: & tandem Deus, Rex eſt nomine miſericordiæ, illum fuſo ſanguine redimens, vnde cantat Eccleſia, *Dominus regnauit à ligno*. Hoc olim lignum (nempe D. N. Ieſu-Chriſti Crucem) carminibus dilucidandum ſuſcepi: & quia materia tantùm non infinita erat, carminibus tantùm non infinitis.

Præſidebat ſub illud tempus Religioſiſſimo & doctiſſimo Sanctæ Crucis Monaſterio Reuerendiſſimus D. D. Michael. Sacræ Theologiæ Doctor & Profeſſor: Ordinis Ciſtercienſis Vicarius Generalis: Sacræ Cæſareæ Maieſtatis Conſiliarius: &c. Vir optimus, & amicus meus ſingularis: [Si illud aliquando inuiſas, tantam in ipſo obſeruantiam & pietatem inuenies, vt non poſſis non exclamare, *Hoc ſignum Crucis erit in Cœlo*: qui enim hodie per gratiam ſunt Mundo crucifixi in cellâ, erunt olim per gloriam cum Crucifixo conregnantes in Cœlo.] Huic igitur Sanctæ Crucis pientiſſimo & vigilantiſſimo Antiſtiti, hoc anno M. D. LIII. Archangeli Michaelis die, mei Monſſerratenſis Monaſterij Iuniores, Philoſophiæ ſtudentes, Crucem Cœleſtem dedicarunt, & in ipsâ 9, 644: 117, 432, 715, 608. hoc eſt: nouies mille ſexcentos & quadraginta quatuor billiones (ſeu millionum milliones) centies decies ſepties mille quadrigentos triginta duos milliones, ſeptingenta quindecim millia ſexcenta & octo carmina. [Vide Figuram XVII.] quod ſic demonſtro.

Circulus I.	36
Secundus	24
	144
	72
	86·
Tertius	24
	3456
	1728
	20736
Quartus	36
	124416
	62208
	746496
Quiutus	4
	2985984

Et hic clauditur Diſtichum primum.

Secundum Diſtichum per eoſdem gradus, ſed per triplicem circulũ adeoque numeros maiores progreditur; videlicet.

	2985984
Primus Circulus	4
	1 9943936
Secundus	108
	159551488
	000000000
	19943936
	2153945088
Tertius	72
	4307890176
	15075315396
	155061044136
Quartus	72
	[illegible]10122088262
	1085427308952
	11164395177782
Quintus	108
	8907516131256
	11164395177782
	120551467089456
Quia ſunt retrogr.	2
	2411029358178902
Quia ſunt Tetraſtich.	4
	9,644'117,432,715,608

Vt hi numeri intelligantur addere debebo hoc Tetraſtichon.

(ſtes
[*Caſtra-inimica-Cruci*] *Bernardus* [*ſtrauit, & ho-*
[*Fudit,*] *Norbertus* [*Cæſaris-arma-fouens.*]
[*Protegit-auſtriacos* [*tuſtos,* [*defendit*] *inermes:*
[*Propugnat*] *fortes* [*& fouet Empyreum.*]

Et incipiendo ab initio, illa penthemimeris, *Caſtra inimica Cruci* ſemel poſita per vocem *Bernardus* multiplicatur, cuius loco 36 poſſunt ſubſtitui. Hæ 36 voces multiplicantur in voce *ſtrauit*, cuius locum occupare poſſunt omnes & ſingulæ quæ ſunt in ſecundo circulo. Intimus circulus vnicam continet dictionem, & ideo complet Hexametrum, & numerum augere non poteſt. Prima vox Pentametri *Fudit,* ha-

habet 24. similes: secunda 36. & sic transitur ad circellum, qui in centro Crucis est, & quatuor complectitur voces, quæ & claudere Pentametrum poterunt, & sequentis Distichi aperire Hexametrum. Hinc ad tres circulos pater aditus, vt inire possis quem velis, cumque singuli habeant 36 voces, omnes simul 108 complectentur: eadem triplicatio seruatur in secundo circulo, vt det 72.

Ex his patet horum carminum enumerationem esse hanc. Debet duci numerus emergens in istos. 36. & 24. & 24 & 36. & 4. & hic finitur primum Distichum. Postea hic numerus, quotuscumque ille sit, multiplicabitur per 4 (totidem enim esse possunt initia secundi Tetrastichi) & quia inde ad vnam è tribus Crucis brachijs transitur, numeri triplicabuntur, & fiet multiplicatio per 108. per 72. per 72. et per 108. Et quia hæc Carmina Retrograda sunt, poterunt duplicari: et quia Tetrasticha quadruplicari, vt numerus simplicium habeatur.

Hæc idea nota videtur fuisse Veteribus, non vsis. nam apud Iustum Lipsium in Epistola Dedicatoria Commentarijs in Tacitum præfixa, Poeta vetus loquitur. *Carefact facite innumeral illous.*

CCCLXIII.

De Cæli & Crucis Metrica comparatione.

Dedimus Crucem Cœlumque; vtrumque numerosâ Carminum multitudine ornauimus, nunc componimus. Complectebatur

illud 8, 599: 633, 920.
hæc autem 9, 644: 117, 432; 715, 608.

Crux igitur plusquam millies-millies est Metrico Cœlo numerosior. Sumamus ergo facilioris calculi gratiâ proportionem esse, vt 1. ad 13 000,000. & ex resolutionibus paulò antè positis, cùm de Cœlo ageremus, constabit liquidò, quanto hæc Crucis Metricæ Carmina poterit scribi, vel legi? quot illa chartæ libris, ramis-ue? quot aureis redimi? & quanto pluteo in aliqua Bibliotheca reponi? Scriberentur enim

3,270,000,000.	*annis*	*et multò pluribus.*
42:998,169,000,000.	*folys.*	
1:719,926,000,000.	*manibus*	
85,996,000,000.	*ramis*	
5,000,000.	*milliarys*	

Dedi numeros minores veris; non enim volui numerationis & computationis rigorosæ laborem & molestiam subire. tu, si vacat, numeros exactos subscribe.

CCCLXIV.



Floruerunt semper in Seraphicâ Patrum Capucinorum Religione omnes scientiæ. Liberales, Mathematicæ, Philosophicæ, necnon Theologicæ; et P. Antonius Reina nuper, etiamnum in Cœlo (sic spero) amicissimus, ingenio magno polluit, in omnibusque eminuit, vt libri in lucem emissi testantur. Si singulos viros illustres, quos dedit Orbi literario hæc Religio recensere voluero, non Catalogum, sed librum vastissimum fecero. Ergo tempori et loco stylum et labium attemperans, omissis cæteris quos alij dignè celebrent, P. Nicolai Lucensis, mentionem faciam. Est ipse Virorum Eximiorum sententiâ, Lucæ celeberrimæ Ciuitatis gloria, Seraphici Ordinis decus, optimus Theologus, et seueris scientijs eruditè versatus. Cum magno applausu et fructu Conciones Euangelicas habet, et à claris et illustribus viris collaudatur. Sublimiores Scientias Charitibus Castalijs exornat: et quia Veteres nostras ideas nouis versibus exornare dignatus est, volui suo labore et ingenio Cœlestem hunc Musam honorare. Scripsit, vt superiùs adnotasse me memini, MARIANAM CYNOSVRAM, in quâ quàm sit ingeniosus Poeta, et quam subtilis Mathematicus, tota Schola videt, suspicit, et applaudit. Hunc numerosum ille Labyrinthum edidit Viennæ anno 1655. auctioremque recudi curauit ibidem anno 1657. Eamdem vt curiosus Lector, suspiciat ad mittendum, que huc adponi curaui.

CCCLXV.

CYNOSVRA,

Seu MARIANA STELLA POLARIS, *Iesu Christo Sole amicta, exornata, illustrata Tetrastichis*, 4, 886. 321, 411, 464, 740, 269, 168, 464, 075, 161, 600, *eundo, & quia retrograda, totidem redeundo, hoc est Carminibus* 78, 181, 142. 583. 435, 844, 306, 695, 425, 202, 585, 600. *Numero propemodum ineffabili & incomprehensibili: Numero supra numerum arenæ maris, aquarumque guttas, nec non et Stellas, quæ lucent in firmamento Cæli, quasi totidem Radijs in hac secunda Editione locupletata, Dilucidata nouo studio & labore Fr. Nicolai Lucensis Capucini Concionatoris. [Anno à DoMInICa saLVte.] Superiorum permissu. Viennæ Austriæ, Typis Ioannis Iacobi Kürner, Procerum ibidem Typographi.*

☞ CCCLXVI.

Huius Cynosuræ descriptio.



RAT similis Cœlo Liliueldensi delineatio: duplex tamen; nam altera Christo Soli, et altera Mariæ Cynosuræ (maris Stellæ) dedicabat. Vnde non solùm singula Systemata seorsim sumpta in numerum versuum maximum adscendebant: sed alterum in alterum se insinuans, excrescebat in multitudinem ferè infinitam.

In centro Liliueldense Cœlum habuit Solem et Hemistichium hoc, *Lilia Phœbus amat*, immobile; at Solem ipsum voluit P. Nicolaus Lucensis radiorum numero multiplicari. Illos exscribo.

Christus		*ouans.*
Sydus		*inest.*
Germen		*honor.*
Nectar		*amans,*
Lumen		*amor.*
Nomen	IESVS	*ibi est.*
Numen		*adest.*
Sol vbi		*hic est.*
Gnatus		*olens*
Sponsus		*agens*
Matris		*hauens*
Iesus		*auens*

Quamobrem, cùm singulis vocibus primæ columnæ possint respondere singulæ tertiæ, 12 ducuntur in 12. et in ipso Systematis centro includuntur hemistichia 144. [Nota tamen orbes hos, si mobiles fiant, quales in Cœlo sunt, et esse in chartâ debent, multiplicationem hanc in praxi subire non posse.]

Pari artificio in centro Systematis Parthenij alia etiam 144 hemistichia claudebantur. Voces ipsas considera.

Stella		*Rei.*
Virgo		*soli.*
Porta		*salus.*
Gemma		*Ioseph.*
Palma		*Parens.*
Scala	MARIA	*Dei.*
Vita		*Maris.*
Diua		*Potens.*
Vera		*Poli.*
Sponsa		*micans.*
Carta		*crucis*
Gnata		*Iacob.*

Hæc omnia in circulo intimo. Circa hunc mouetur alius orbis, qui habet 24. voces. Orbis tertius continet voces 36: Quartus 48: Quintus 60: Sextus 72: et Septimus 84.

Versuum forma non est omninò eadem, nam in Solari Systemate seruatur hæc

I II III IV
[- ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ -] - - - [- ᴗ] ᴗ - -
VII VI V IV

In Mariano autem hæc,

I II III IV
[- ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ -] - - - [- ᴗ ᴗ] - -
VII VI V IV

Erat Inscriptio. *Cynosura, siue Stella Polaris, Christo-Iesu Sole amicta, exornata, & locupletata*. Et quia infinitum fere versuum numerum complectebatur, instituendos computus ad synopsim & verba sequentia reducebat.

Dum Sphæram Aliqui voluunt, iterùmque reuol-
Atque modis varijs undique in Axe rotant: (uunt,
Virgineum celebrant Nomenque, Decusque MARIÆ,
Dic mihi quot voluant Carmina? quanta putas?
Quanto illos Genius percurrat tempore Versus?
Quanto Homo mortalis Carmina scripta leget?

R.

Clauditur hac theca Versum integra Bibliotheca;
Quæ metra nec sæclis scandere mille queas.
Quæsitos numeros posui, lege, candide Lector,
Mentemquè excelsum subleua ad Empyreum.
O Deus! ò Numen! (si sic discurrere fas est)
In paruo hoc Circo tot modo metra lego:
Quanta olim in Sphæra, stat centrũ cuius vbique; (a)
Nullibi & exterior terminus ipse legam?
Quantaque Virgineo descripta legentur in Orbe?
Quæ Sphæram tantam clausit in Orbe Parens?

(a) Mercurius Trismegistus, asserit, *Deum Sphæram, cuius centrum vbique est, & nullibi circumferentia*. Ita Cœlum Liliueldense. Vide supra num. 355

Et in ipsâmet Laminâ distinctiùs clariùsque legebatur. [Cynosura quidem seorsim sumpta, Distichis: 69, 902, 227, 514, 327, 040. eundo; & quia retrograda, totidem redeundo, hoc est Carminibus: 279. 608, 910, 057, 160, dico: Ducentis septuaginta nouem millibus, sexcentis & octo millionum millionibus, nongentis quoque & decem millibus quinquaginta septem millionibus; & insuper trecentis & octo millibus, centum & sexaginta. Sol itidem seorsim sumptus, totidem planè vt Cynosura numero Carminibus. Vtraque verò, nempè Cynosura Soli vnita Tetrastichis: 4, 886, 321, 411, 464, 740, 269, 168, 464, 075, 161, 600. eundo, & quia retrograda, totidem redeundo; hoc est Carminibus: 78, 181, 142, 583, 435, 844, 306, 695, 425, 202, 585, 600. Numero propemodum ineffabili, & incomprehensibili:

Nu-

Numero supra numerum arenæ maris, aquarumque guttas, nec non & supra numerum Stellarum, quæ lucent in Firmamento Cœli. Quæ ab immortali & infatigabili genio die nocteque indesinenter legendo, non nisi annis: 14, 864, 770, 700, 973, 984, 867, 522, 969, 600. absolui possent. Quæ inter 100, 000, 000, 000, 000, dico: Centum milliones millionum cœlestium Beatarum Mentium ad legendum, modulandumue distributa, quælibet pensum suum persolueret non minùs quàm annis prope 148, 647, 707, 00. 90740, computando fragmenta pro vno anno. Quæ exscripta, absumerent chartæ Ramos numero: 781, 811, 425, 834, 358, 443, 066, 954, 252, 026. Exhauri ent omnium Fluminum, lacuum, & ipsius Oceani vndas, si in atramentum verterentur. Detererent quoque ac facilè consumerent calamos numero: 781, 811, 425, 834, 358, 443, 066, 954, 252. Qui Rami in totidem libros decenter compacti ac per longum super Pluteo collocati, occuparent Milliaria Italica: 52, 120, 761, 722, 290, 562, 871, 130, 283. & Passus 468 $\frac{2}{5}$ replerentque integras Terræ, Cœlorumque omnium Planeticorum, Firmamenti quoque ac primi mobilis, nec non & supra hoc plures circumferentias, Areas & superficies: his que repletis vastissimis spatijs, nec dum vel sic dimidia pars collocandorum voluminum esset absumpta: prout hæc omnia suis locis Arithmetico-Astronomicâ demonstratione fusius exponuntur. Prædictis Carminibus fulgentissimum Mariæ Nomen, quasi totidem diffusis Radijs, longiùs, latiùs, penitiùsque magis ac magis explicans, & illustrans. Vniuersis præcelsa Iesu & Mariæ Nomina piè colentibus ad spectandum & obseruandum delineata, proposita, atque oblata ab omnium infimo rantæ Reginæ Cliente Nicolao Lucensi Fr. Min. Capucino Concionatore. Anno MarIæ LVCIDo.

D. Bernardus Homil. 2. super Missus est.

Loquamur pauca & super hoc nomine (MARIA,) quod interpretatum maris stella dicitur, & Mariæ Virgini valde conuenienter aptatur. Ipsa namque optimè syderi comparatur: quia, sicut sine sui corruptione sydus suum emittit radium, sic absque sui læsione Virgo parturit filium. Nec syderi radius suam minuit claritatem, nec Virgini filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Iacob orta, *Num.* 24. cuius radius vniuersum orbem illuminat, cuius splendor & præfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes, quàm corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipsa, inquam, est præclara & eximia stella super hoc mare magnum & spaciosum necessariò sublevata, micans meritis, illustrans exemplis. O quisquis te intelligis in huius sæculi profluuio magis inter procellas & tempestates fluctuare, quàm per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius syderis, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, iudicij horrore perterritus, baratro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso, cogita Mariam. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs, Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias: ipsam rogans non desperas: ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitia peruenis. *Hæc ille.*

EPIGRAMMA
Ad Lectorem.

Esse mari fluxus, miraris, & esse refluxus:
Quæ tibi, quæ res est prodigiosa mihi.
Fluxus, refluxus mireris inesse MARIÆ,
Quæ maria illustrat Cœlica Stella maris.
Quæ fluit, & refluit, cœloque charismata portans,
Larga, replet donis pectora digna suis.
Symbola sacra sua celsa fero debita laudi;
Quæ repetita redux itque reditque gradu.
Mystica sunt gressu, Maris instar, metra regressu;
Queis fluat, & refluat NOMEN, & Omen habes.

ALIVD
Ad B. Virginem.

In terris luces, Superis CYNOSVRA coruscas:
Te duce Nauta maris sulcat & ora rate.
Illustras, ardes, inflammas corda Clientum:
Influxu, accendis, ducis ad Astra Poli.
Ad te suspiro, per te respiro MARIA:
Flammas concipio cordis, amore tui.
Si te respicio, me respicis, atque sereno
Vultu, das IESVM cernere Filiolum.
Fulgida Stella maris, nostra in discrimine vita
Adsis, luminibus cinge, recinge tuis.

Vt

CCCLXVII.



VT noua conformare possis Cœlorum Metametricorum Systemata, materiam subministrat idem Author (R. P. Nicolaus Lucensis) sequentem exhibendo Tabulam, in quâ versus 2; 348, 273; 369, 088. videlicet duos biliones, trecenta & quadraginta octo millia, ducenta septuaginta tria millionum: trecenta sexaginta nouem millia octoginta et octo carmina.

[Sanè Millionis nomine 1; 000, 000.
Billionis verò 1: 000, 000; 000, 000.
Trillionis autem 1; 000, 000: 000, 000; 000, 000,
intelligimus: & sic loqui cum Marco Marino Mersen[n]o volumus, compendij eruditioris gratia.]

I	II	III	IV	V	VI	VII
7	6	5	4	3	2	1
Sponsa Maria Dei	te laudent	Flamina	Cœli	Lumina	Sol, Stellæ,	Sydera, Pontus, Aquæ
Nato quæque Soli	te exaltent	Flumina	campi	Te iuga	Luna, ignes,	Tellus, & Astra colant
Quot tibi Virgo parent	tot Reges	Fulmina	fontes	Te mare	Neptunus	Iupiter ipse colat
Cuncta creata colant	tot Gentes	Dæmona	abyssi	Stemmata	tot mentes	Terrigenæ, Superi
Gnata Maria Dei	te exornent	Culmina	Olympi	Tot sua	quot Cælis	Lumina pulchra micant
Quotquot in Axe nitẽt	te illustrent	Nomina	Regna	Numina	Diui omnes	Cælicolæ, Aligeri
Pasc t Olympus ouans	quot Stellas	(Lux mea)	luces	Fulgura	quot tellus	Gramina quotquot habet
Nomen amanda tuum	tot laudent	Lucida	Soles	Tot pia	splendores	Sol quot ab Axe trahit
Casta Maria Parens	circundent	Fulgida	Stella	Sydera	quot Stellis	Fulget Olympus amans
Quot Paradisus alit	conspergãt	Germina	amoris	Germine	quot rident	Florida prata vago
Nomen amanda pium	te stringãt	Splendida	in hortis	Te vaga	quot flores	Florida Flora parit
Virgo Maria tuum	præcingant	Grammata	Nomen	Nobile	quot florũ	Nomina campus habet
Sponsa Maria Ioseph	tot cingant	Tempora	flores	Tot vaga	tot lauri	Vellera fert quot Ouis
Musa canora colit	totstringãt	Vertice	crines	Sertaque	tot plumas	Quot vaga vestit auis
Quotquot Apollo canit	quotVersus	Mystica	frontem	Te Rosa	quot squãis	Piscis adornat aquas
Quot colis ipsa Deum	te cingant	Florida	myrti	Lilia	quot metris	Cælica honorat apis
Vera Maria salus	dilaudent	Pneumata	voces	Tot metra	quot flãmas	Quot vomit Æthna focos
Plurima penna nequit	collaudent	Te fide	Gentes	Cordeque	quot gẽmis	Nix ruit alba Polo
Non capit Orbis inops	quot sæclis	Carmina	Linguæ	Disticha	quot guttis	Nix tegit alta Solum
Laus tibi tanta manet	tot Versus	Scribere	Mundus	Promere	quot stillas	Tellus & vnda ferunt
Diua Maria Soli	proponant	Candida	honores	Symbola	quot frõdes	Ligna, nemusque colunt
Gloria, Laus & Honor	perstringãt	Pneumate	linguis	Cantica	quot ciues	Bruta, pilosque gerunt
Centuplicando melos	sint psalmi	Maxima	gemmas	Dogmata	quot spicas	Facta quot arua ferunt
Congeminando vices	tot cantus	Sint tibi	amores	Tot sacra	nec desint	Vota, precesque piæ
Vita Maria Rei	conclament	Carmine	Diuam	(Spes mea)	quot pœnas	Dæmon & Orcus habet
Tortor & ipse luit	proclament	Laudeque	& hymnis	Te pia	damnatos	Quotquot Auernus alit
Sint tibi Virgo Parens	quot virgas	Lætaque	cantus	Gloria	quot plãct'	Miscet Auernus inops
Virga Maria Stygis	vnt cantus	Tot propè	vitæ	Tartara	quot mores	Dant & in igne Reis
Scala Maria Iacob	disponant	Munera	Diuæ	Regia	dẽt palmas	Quot pluit imber aquas
Serta, rosasque tibi	comportent	Pignora	Lauros	Dent tibi	dent gẽmas	Germina quotquot habẽt
Virgo colenda mihi	dẽt hymnos	Munia	Ciues	Præmia	quot portæ	Cælitus Aligeri
Præmia digna tibi	dent cordis	Iubila	Vates	Psallada	quot votis	Gens, populique colunt
Palma Maria Crucis	perfundant	Nunc tua	lætis	Pectora	tot stillas	Salsa quot vnda capit
Misceat ipse Deus	suffundant	Gaudia	donis	Tot noua	nũc hymnis	Quotquot arena maris
Misceat ipse tuo	nunc lætis	Millia	risu	Vulnera	quot cordi	Crux dedit alta tuo
Crux quot amara dedit	nunc cordi	Dulcia	cantu	Viscera	quæ plãctu	Miscuit ensis atrox
Stella Maria Maris	non cessent	Votaque	& hymnos	Reddere	Mortales	Multiplicando modos
Pectine, voce, melo	non sistant	Tot tibi	psalmos	Pangere	quot stillas	Nubila densa gerunt
Diua Mineruа docet	quot psaltes	Lemmata	laudes	Dicere	quot mixtũ	Granula Tellus habe
Peruariando fides	componant	Texere	Versus	Voluere	quot cælum	Puncta, atomosque capit
Poira Maria Poli	contexant	Classica	palmas	Ponere	quot Mẽtes	Cælicus Æther alit
Nobiliore metro	concinnent	Cælica	laudum	Psallere	quot dulcis	Pangere Musa nequit
Nobiliore melo	dilaudent	Mellea	dignis	Scandere	cœlestis	Musa canora canat
Te Veneranda Parens	collaudent	Pectine	Matrem	Pallade	condigna	Conditor ipse colat
Virgo Maria Potens	cõmendent	Plurima	Gnatam	Sæcula	tot laudes	Concelebrentque tuas
Sit Cynosura decus	producant	Te sacra	Sponsam	Gratia	Te magnã	Virgineumque decus
Magnificentque Poli	laus, nomẽ	Fœdera	Magnam	Tempora	Te Matrem	Dulcis IESVS amet
Stelligeræque Rota	quot voluẽt	Climata	plaudant	Laus tibi	sic semper	Viue MARIA DEO.

SO-

CCCLXVIII.

SOLIS et Cynosuræ Systemata recognouit R. P. Nicolaus, et addidit in secunda Editione nouam Tabulam, copiosiorem videlicet: vnde (vt ipse supputat) à primo ad septimum Orbem progrediendo, et contrà à septimo ad Primum regrediendo, Tetrasticha 9. 772; 642, 822: 929, 480; 538, 336: 928, 150; 323, 200. hoc est 78. 181; 142, 583: 435, 844; 306, 695: 425, 202; 585, 600 numero propemodum ineffabili et incomprehensibili: numero supra numerum arenæ maris, aquarumque guttas; nec non et Stellas, quæ lucent in Firmamento Cœli (aut lucere etiam possunt.) Omnia ad Deiparæ, et nostri Redemptoris laudem.

Solis Orbis I. Cynosuræ VII.	Solis II. Cynos. VI.	Solis III. Cyn: V.	Solis & Cyn: IV.	Solis V. Cynos: III.	Solis VI. Cynos: II.	Solis Orbis VII. Cynosuræ I.
I. Sidera, Signa Poli Pontus, & Astra simul Mercuriusque canat Iupiter ipse colat Terrigenæ, Superi Quot tibi Virgo patẽt cuncta creata colant	Sol, Stellæ Terra, ignes Neptunus Te exultent Te exornent Te illustrẽt	Cynthia Fulmina Fulgura Stemmata Tartara	Cœli Campi fonte s abyssi	Flamina Flumina Lux, Mare	Te laudent Tot Mentes	Stella MARIA Maris
II. Christus IESVS adest	Sol lucens Lux Mundi	laudat cantat plaudit	& affert & effert & infert & offert	Carmine Flamine Lumine Lustrat spectat	maternum stellatum spectandum præclarum famosum supremum	Nomẽ honorat Amãs Nomẽ Amator amat Nomen et vrit Amor Nomen et vngit olẽs Nomen et omen auet Nomen adauget ibi Nomen et indit idem
III. Luminapulchra micãt Cælicolæ, Aligeri Gramina læta gerun Sol quot ab Axe trahit Tot quot in Axe nitẽt Pascis Olympe micãs Nomen in Orbe tonã.	quot cælis Diui omnes quot tellus splendores quot Stellas tot laudent	Lumina Numina Fulgida Sol, freta Lucida	Olympi Regna Luces Soles	Mons, iuga Culmina Nomina	Plebs, Gẽtes Te Reges	Gnata MARIA Dei
IV. Iesus IESVS ibi est	Fons lucis Spes fulgẽs	Fædus Pignus Pondus	in altum in oras in annos in æuum	Ducit Portat Condit Scandit Ponit	prælucens conseruans perfundens conducens conscendẽs prælibans	Digna MARIA decus Sancta MARIA tuum Pulchra MARIA iubar Pura MARIA nitens Blanda MARIA pium Grata MARIA beans Chara MARIA colens
V. Fulget Olympus ouã Germine prata vage Florida Flora parit Nomina cãpus habet Quot Paradisus alit Numen amata pium Virgo MARIA tuum	quot Stellis quot rident quot flores quot florum circundent præcingant	Sydera Viuida Flammea Gramina Grammata	Stellæ amoris in hortis Nomen	Germina Splendida Fax noua	Te flectant tot pascant	Casta MARIA Parens
VI. Matris IESVS Amor	Flos campi Ros cæli	Pectus Numen Nomen	adornat adimplet adorans adurens	Cernit Texit Nectit Lingit Stipat	mirandum diuinum Sacratum ter sanctum ter pulchrũ ter castum	Mater amanda iubet Suauis amata fouet Dulcis, et illa fauet Fortis amicta uitet Mitis amæna fruens Matris amore petit Germen honore beat
VII. Vellera fert quot Ouis Quot vaga vestit auis Piscis adornat aquas Cælica honorat apis Casta Sybilla colit Quotquot Apollo canit Quot colis ipsa DEVM	tot lauros quot plumas quot squãis quot metris quot Versus conspergant	Dent tibi Sertaque Lilia Florida Mystica	flores crines frontem myrti	Tempora Vertice Te Rosa	Sic cingant tot stringãt	Sponsa MARIA Ioseph

Spon-

VIII.	Cor Matris	Præstat	adoptat	Carmen	Conclamãs	Solis et alma Parens
Sponsus Iesvs amans	Laus Nati	Reddit	adaptat	Voceque	dilaudans	Nomen vbiq; sonans
		Fundat	ad Astra	Munere	decantans	Numē Olympe tenēs
			ad Axem	Poscit	perlustrans	Lumen idemq; micās
				Flectit	perquirens	Nectar et vnde trahit
					promanans	Fœdus et inde trahēs
						Sydus ad Astra vocās
IX.	tot cantent	Cordaque	Voces	Pneumata	iam Versus	Vera Maria Salus
Quot vomit Ætna focos	quot gēmas	Disticha	Gentes	Carmina	tot dicant	
Nix pluit alba Polo	quot sparsim	Pneumate	Linguæ	Quot metra		
Nix tegit alta Solum	quot mixtim	Promere	Mundus			
Mons, Pelagusq; tegūt	quot sæclis	Scribere				
Plurima pēna nequit	quot laudes					
Nō capit Orbis inops						
Laus tibi tanta manet						
X.	Vox Patris	Fulget	et ardet	Stemmate	sperandum	Limen adorat humi
Gnatus Iesvs amans	Vir seruans	Pascit	et ambit	Nomine	non spretum	Pectus adurit ouans
		Nutrit	et vngit	Lemmate	non tetrum	Nectit et ornat agens
			et vrit	Lucet	speratum	Feruet et ardet auens
				Lambit	spectatum	Poscit et vrget Honor
					laudatum	Ditat et implet opus
						Firmat et addit opes
XI.	quot frōdes	Symbola	honores	Sors sacra	Sint psalmi	Diua Maria Soli
Ligna, nemusq; fouent	quot crines	Cantica	linguis	Candida	tot cantus	
Bruta pilosq; gerunt	quot spicas	Dogmata	gemmis	Metrica		
Fæta quot arua ferūt	nec desint	Læraque	amores			
Vota precesque piæ	Proponant	Sint tibi				
Gloria, Laus et honor	Perstringant					
Centuplicādo modos						
Milleplicando vices						
XII.	Fax mōstrās	Lumen	amicum	Pangit	ditatum	Lucis amica bonæ
Sol vbi Iesvs inest	Vis Solis	Sydus	amandum	Psallit	munitum	Pacis amica meæ
		Lumen	amatum	Quærit	gemmatum	Regis amica sui
			amænum	Manat	conditum	Cordis amica mei
				Seruat	flammatum	Cordiū amica tuūm
					respectum	Vita et amica Gregis
						Spes et amica Piūm
XIII.	quot pœnas	(Pax mea)	Diuam	Mens pia	Te clament	Vita Maria Rei
Tartara, et Orc' habēt	quot flāmas	Maxima	et hymnis	Laudeque	Mox lætant	
Tormina quotquot alit	quot plāctus	Millia!	cantus	Gaudia		
Miscet auernus atrox	quot morsus	Pignore	Vitæ			
Dant et in igne Reis	quot virgas	Tot propè				
Tortor et ipse luit	quot mortes					
Sint tibi Virgo Parēs						
Virga Maria Stygis						
XIV.	Pan formās	Gestat	amictum	Sydere	resplendens	Pignus amās redamat
Numen Iesvs ouans	Mars firmās	Voluit	adornans	Fœnore	præfulgens	Carmen ouās resonat
		Spargit	et ornat	Fœdere	contextum	Iesvs Amor recolit
			in orbem	Fulcit	depingens	Germen idē redolet
				Format	proponens	Pondus item remicat
					comportans	Munus habēs fru[illegible]
						Flamen vbi reniter
XV.	disponant	Regia	Diuæ	Munera	dent palmas	Scala Maria Iacob
Quot pluit Iber aquas	dent gēmas	Munia	Lauros	Pignora	dēt hymnos	
Germania quotquot	quot portāt	Præmia	Ciues	Gens vaga		
Cælitūs Aligeri (alūt	quot votis	Psalmata	Vates			
Gens populiq; fauent	comportent	Iubila				
Serta, rosasque tibi	dent cordis					
Virgo colenda mihi						
Præmia digna tibi						
XVI.	Rex Regum	Vincit	et armat	Numine	contexens	Iesvs amāddns Heros
Nomen Iesvs habens	Dux Fortis	Cingit	et audit	Culmine	connectens	Iesvs amator Herus
		Stringit	et implet	Nectare	conuoluens	Iesvs amicus init
			obarmat	Curat	circundans	Iesvs amatus vbi est
				Pulsat	facundum	Iesvs amoris adest
					fæcundum	Iesvs amantis opem
						Iesvs honoris opum

Salsa

XVII. Salsa vel vnda fluit Quot quot arena maris Crux dedit alta tuo Miscuit ensis atrox Misceat ipse Devs Nectat et ille tuo(dit Crux quot amara de-	quot guttis perfundant quot cordi quæ planctu nunc lætis sint cordi	Pectora Vulnera Crux tua Viscera Dulcia	lætis donis risu cantu	Carmine Mellea Nunc propè	mox fundāt nūc hymnis	Palma Maria Crucis
XVIII. Numen Iesvs auens	Sal Terræ Sors felix	Donat Mulcet Signat	Amator et addit et indit et orat	Pectore Gutture Grammate Firmat Gestit	cōnscribens præscribens præcingens perstringens consurgens collucens	Splēdida Virgo Potēs Candida Gnata Dei Fulgida Stella Maris Lucida Gēma Nitens Feruida Spōsa Ioseph Gemmea Porta Poli Mystica Scala Iacob(b
XIX. Multiplicando melos Nubila densa gerunt Grāula fert quot hum' Iuncta atomosq; capit Diua Minerua docet Congeminando fides Viue Maria Deo	non cessent quot rores quot stillas quot cœlum nec sistant sic dicant	Reddere Pangere Dicere Voluere Texere	et hymnos psalmos laudes versus	Votaque Lemmata Tot tibi	mox cæli nunc tellus	Gēma Maria Micans
XX. Nectar Iesvs agens	Mons diues Mēs lustrā	Germen Littus Flumen	adauget adunat et amplum adortum	Gustat Fingit Pingit Scribit Miscet	mellitum delectum contutans complectens tranquillum prædicens	Christus honosq; tuus Iesvs Herusque pius Gnatus honore tui Natus amore mei Mentis opusque tuæ Sponsus et ille meus Charus itemque mihi
XXI. Cælicus Æther alit(a) Pangere Musa potest Musa canora canit Conditor ipse colat Nobiliore metro Pectine, voce, melo Te Veneranda Parēs	quot Mētes quot dulcis cælestis componant tot laudes collaudent	Ponere Psallere Scandere Pallade Pectine	pangant laudum texant Matrem	Feruida Cælica Pax bona	Te Sanctām tot plausus	Porta Maria Poli
XXII. Germen Iesvs olens	Pax ditans Dis Iesvs	Guttur Vellus Nectar	honorans et optat et albat et afflat	Plantat Gignit Lēgit Libat Ditat	formosum perfragrans confirmans consignans conscriptum procurans	Fronte nitente patet Crine patente nitet Laude tonante canit Voce canente tonat Pace ferente colit Mente colente ferens Iure iubente vocat
XXIII. Concelebrentq; tuas Virgineumque decus Magnificentque Poli Stelligeræque Rotæ Flammigeræq; Faces Sit Cygnosura decor Dulcis Iesvs amet	dilaudent nunc charā Te gratam dum voluūt Laus, Nomē Sic semper	Sæcula Gratia Tempora Climata Sic benè	Gnatam Sponsam Magnam plaudant	(Spes mea) Plurima Fædera	Te dignam Te Matrem	Virgo Maria Potens
XXIV. Sydus Iesvs hic est(c)	Ius dicens Lex saluans	Munus Culmen Flamen	ad altum ad Aulam ad Vrbem ad Arcton	Monstrat Pandit Munit Sacrat Promit	præcellens pergratum perpulchrū perblandum collaudans proclamans	Sole fouente micans Luce micante fouens Rege fauente calens Mente calente fauens Gente petente valens Speq; valente petens Fonte perenne salit

Hæc pauca hic adnotare circa aliquas voces, quæ fortè non bene mensuratas crediderís.

(a) *Aether*, vltimam habet longam apud Græcos: etiam apud Latinos. Sic etiam *Aër*, Lucretius,

Inde mare, inde aër, inde æther ignifer ipse.

Ecce vtrobiq; producitur ER. At corripuit Claudianus dicens,

Luculus umbroso miscebitur Aër Auerno.

Vide & P. Nicolaus ausus fuit etiam corripere Dicunt aliqui Critici, corruptum illum versum ille & loco vocis *aer*, debere legi vocem *Axis*, dicunt, fateor, sed debent probare, quæ dicunt.

(b) In vocibus *Ioseph*, *Iacob*, & similibus, cum apud Virgilium, Ouidium & Veteres Scriptores non exstent, summa libertas est.

(c) Vocem *Iesus* iam superius dimensi sumus, & habere vltimam, indifferentem multis testimonijs suasimus.

Omnia hæc Disticha recurrunt à fine Pentametri: quam ob rem P. Nicolaus secundam addidit Tabulam, quæ illa ob oculos poneret: quam ego tanquam minùs necessariam omisi; nam cuicumque Lectori erit libetum aut ab initio, aut à fine voces successiuè colligere: si enim primam Tabulæ lineam in exemplum ponamus, qui dixerit,

[Sydera, signa Poli] *Sol, Stellæ* [*Cynthia*] *Cæli*
[Flamina] *Te laudent* [*Stella Maria maris*]

poterit etiam à fine recurrere, et dicere,

[Stella Maria maris] *Te laudent* [*Flamina*] *Cæli*,
[*Cynthia*] *Sol, Stellæ* [*Sydera, signa Poli.*]



PLVS VLTRA

Proponitur & dilucidatur Circularium carminum Idea pulchrior & numerosior.



ΥΣΙΣ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΔΙΔΟΓΜΑΤΩΝ ΚΡΑΤΕΙ: *Natura omnibus Doctrinis (Artibus, & Scientijs) imperat*, inquit Menander: at hodie mutatis vicibus obedire iubetur: nam ΔΩΓΜΑ ΤΗΣ ΦΥΣΕΟΣ ΚΡΑΤΕΙ. *Ars imperat ipsi Naturæ*. Sanè, si Veteribus fides, Cœli sunt septem, nam & ipsi licèt terram in centro Mundi constituerent, ΑΠΛΑΝΗΝ vocarunt Stelligerum (Latinè *Firmamentum*) quòd omni illud motu destitui crederent. Solem immobilem in Mundi centro iusserunt hærere Pythagorici, quibus olim Aristarchus & nuper Copernicus adsensum præbuit, & syderibus fixis, fixis & immobilibus esse permissis, septem orbes mobiles debitis distantijs fuerunt imaginati. Nos in Physicis terram quiescere dicimus: at in Metametricis, nam & Pictorum pennæ, & Poëtarum calamo multa fingere licet, aut Solem circa terram mutando Naturam, aut Terram circa Solem naturæ inferendo violentiam Sphæras, circumuoluere perinde fuit. Hæ nobis olim erant septem: quales Cœlum Liliueldense, Cynosura, & aliæ Tabulæ repræsentarunt: quales ob oculos ponet Idea prima, quam statim pingemus. Iuniores post Regem Alphonsum, vt motus varios Syderum saluarent & exponerent, decem duxerunt globos, & his, Empyream Arcem superponentes, Cœlos dixerunt esse vndecim. Etiam his satisfaciet Idea secunda, Metametricum Mundum Cœlis vndecim fabricans. Quo plures sint in Artificiali Mundo Sphæræ, plures erunt Planetæ, & maiori versuum multitudine gloriam Omnipotentis Dei, laudesque hominum illustrium celebrabunt. Ars ergo superet Naturam, Cœlumque ditius & numerosius construat, & circa Mundi centrum tredecim Sphæras mobiles circumducat. Formam Idea tertia exhibebit. Illâ nunquam in globis aut circulis vsi sumus; &, ne pereat, eamdem impræsentiarùm, & laminis, & notis illustrabimus. [Et vel hinc collige Metametricam, sicut & omnes alias scientias & Artes, esse Infinito similes, nam humanitùs nec comprehendi, nec exhauriri possunt: & quantumcumque Rationalia se fatigent ingenia, ad illarum vltimos fines & metas peruenire non posse.] Ideas subsequentes considera. *Vide Tabulam* XVI. *B.*

IDEA PRIMA.

I	II	III	IV	V	VI	VII
Innumerabilibus	metris	ludetur	IESVS.	ornetur	lauris	insuperabilibus.
VII	VI	V	IV	III	II	I

IDEA SECVNDA.

I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII	IX	X	XI
Angelicæ	beat	has	Musas	virtutis	honore	Bernardus,	campos	hos	fouet	Elisios,
XI	X	IX	VIII	VII	VI	V	IV	III	II	I

IDEA

IDEA TERTIA.

I II III IV V VI VII VIII IX X XI XII XIII
Auricomus fauet his Studijs Sol, laudat Aplanes, munit Mars radijs, et colit armipotens.
XIII XII XI X IX VIII VII VI V IV III II I

Ideâ primâ vsi frequenter sumus. Eâdem R. P. Nicolaus Lucensis Capucinus hac etiam alij. Secunda & Tertia in retrograda carmina se insinuarunt interdum, at nondum fuerunt ad Cœlos Æthereos translatæ: & ideo, ne quidpiam in hoc Volumine desideraretur, ad has ipsas ingeniosas ideas, Tabulas XVII. B. & XVII. C. delineauimus.

Vocum mensuræ notæ sunt, & seruandæ: at notandum omninò est voces II. & VI. in primâ Ideâ; IV. & VIII. in secundâ; IV. & X. in tertiâ esse [ϖ -] spondeas, aut Anapæstas; nam cæteræ nullam patiuntur varietatem.



PARS II.

POLYCYCLICA.

CCCLXX.



VLTAE et variæ figuræ sunt, quæ è circulis confici possunt, et omnibus poterimus cooptare dictiones, quæ correspondeant diuersis generibus Carminum. Vtimur Distichis elegiacis præcipuè, sunt enim dulciora cæteris et in maiori apud nos gratiâ, et possunt meliùs et curiosiùs poliri. Et quidem, duobus aut tribus circulis nimis simplex Pegma componeretur; quatuor, quinque, vel sex, aut pluribus posset curiosum et ingeniosum.

Porrò ingenium & calamum ad paginam vnam coarctarit: qui chartâ Regiâ, quam vocant, aut tabulâ maiori vti voluerit, poterit multiplicare circulos & figuras vberiores formare.

MVSA III. PENTACYCLIA.

CCCLXXI.



AEVLA vndecima exhibet Paradigma, quinque circulis conformatum, in quo ingeniosè agitur de Philosophicis Scholis (Reali, Modali, Formali, Expressiuâ, Diuinâ, Negatiuâ, etc.) quas Patribus et Doctoribus (Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Bernardo, Thomæ, Scoto, etc.) debemus. Vndecumque inceperis, et quocumque progressus fueris carmina disticha retrograda adinuenies. Illa subscribo.

Aurelius fouet has libris Diuinis Athenas,
Impugnat cunctos, & premit hæreticos.
Indomitos terit & scrupulos componit: Athenas
Cælestis stellis has fouet Ambrosius.
Altiloquus beat hic cunctos Bernardus, Olympo
Conformat dociles, & terit indociles.
Æthereis litat hoc stellis, subtilis Aquinas
Musæon libris hoc beat Angelicis.
Impariles premit, & dociles succollat Hiberna
Gentis Sol, scrupulos hic litat eximios.

Modus componendi ista carmina ex ipsâmet consideratione et collatione patêre poterit, nam singula disticha vndecim dictionibus constant, quarum numeros et mensuram subscribo.

[- ◡ ◡ -] ◡ ◡ [-] ϖ - [- - ◡ ,] ◡ - ϖ
[- - ◡ ,], ϖ - [-] ◡ ◡ [- ◡ ◡ -]

Dictio quinta est [- ◡ ◡ ,] *Diuinus* et potest esse [-] - ◡ , *Sol clarus*, si placeat eam in duas diuidere. Septima etiam est [- ◡ ◡ ,] *Diuinus*, et potest in duas diuidi, sed modo contrario; hoc videlicet, [- ◡ ,] -, *Clarus Sol*, vt bene refluat. Pono exemplum.

Angelico datus est Thomas Diuinus Olympo,
Diuinus Thomas est datus Angelico.

Posset enim quinta et septima vox diuidi, vt conspicis:

Angelico datus est Thomas Sol clarus Olympo,
Clarus Sol Thomas est datus Angelico.

Coniungo dictiones quartam et quintam, et aliquas notandas varietates subijcio.

[--]-- ◡, *Thomas Diuinus*
[-]-]-- ◡,] *Sol nam Diuinus*
[-] --[- ◡,] *Sol mundi clarus.* dura in regr.
[---]- ◡, *Diuinus Phœbus*

Omnes hæ quatuor differentiæ, et aliæ, quas adiungere possem, sunt æquisyllabæ, et possunt penthemimerim sequi. Alias varietates curiosus Philomusus inueniet, non enim volo, aut possum, omnes persequi. Et quia hæc omnia Carmina sunt retrograda, superest, vt eadem ab vltimâ dictione relegamus. Sic inquam.

Eximios litat hic scrupulos Sol Gentis Hibernæ;
Succollat dociles, & premit impariles.
Angelicos beat hoc libris Musæon Aquinas
Subtilis: Stellis hoc litat athereis.
Indociles terit & dociles conformat Olympo
Bernardus: cunctos hic beat alti loquus.
Ambrosius fouet has Stellis cœlestis Athenas,
Componit scrupulos & terit indomitos.
Hæreticos premit, & cunctos impugnat: Athenas
Diuinus libris has fouet Aurelius.

Confer singula, et videbis dictionum omnimodam æquipollentiam.

CDXXIII.



IN schedis antiquis habeo aliud exempli, quod ante multos annos, aut puer aut adolescens scripsi: seruat rationem metri: at sensum negligit, aut qualemcumque recipit. Illud subscribo.

Æminius fluit hinc partes illapsus Eoas:
Sublimis Proceres hic regit Antipater.
Antimachus canit, & Græcos, contemnit honores
Syluanus magnos: hac fluit Asterion.
Imperium Ducis vt proceres firmemus Apollo
Succurrit: populos ars canit Archiloqui.
Alcidamas pugil vt magnos prosternat athletas
Declinat partes in Ducis ambiguas.
Antiochus regit hos populos, perturbat Achilles;
Oppugnat Græcos: est pugil Amphimedon.

Et incipiendo ab vltimâ dictione poterimus regredi et dicere:

Amphimedon pugil est: Græcos oppugnat: Achilles
Perturbat populos, hos regit Antiochus.
Ambiguas Ducis in partes declinat: athletas
Prosternit magnos vt pugil Alcidamas.
Archiloqui canit ars populos, succurrit Apollo,
Firmemus proceres vt Ducis imperium.
Asterion fluit hac; magnos Syluanus honores
Contemnit: Græcos & canit Antimachus,
Antipater regit hic proceres sublimis: Eoas
Illapsus partes hinc fluit Æminius.



MVSA IV. HEXACYCLIA.

CCCLXXII.



SYNTAXIS carminum, quæ dedimus Tabulâ XII. facillima est: nulla enim est dictio, quæ pluribus versibus inseruiat præter primam: nam in versuum concursu solet reperiri difficultas non leuis, vt sensus interruptus discurrat.

Continet igitur Tabula XII. pretiosæ Thecæ (in quam Apostolorum, Euangelistarum, nec non multorum Martyrum et Confessorum Reliquias cum veneratione recondo) Epigraphen artificiosam, in quâ hæc Carmina directa lego.

℞ *Petrus, Iacobus, Amandus,*
Martinus, Lucas ℞.
℞ *Thomas, Paulinus, Vbaldus,*
Syluester, Clemens ℞.
℞ *Magnus, Franciscus, Amicus,*
Robertus, Carolus, ℞.
℞ *Matthias, Marcus, Adauctus,*
Bernardus, Fælix, ℞.
℞ *Ianus, Norbertus, Aquinas,*
Thadæus, Paulus ℞.
℞ *Vitus, Marcellus, Ioseph,*
Matthæus, Simon

Character ℞ significat *Regnat in Empyreo*, quæ penthimeris in centro posita, omnes Hexametros aperit, et Pentametros claudit.

Eodem impetu, quo insilierunt, resiliunt; et à Pentametri vltimi fine recurrunt sic.

℞ *Simon, Matthæus, Ioseph,*
Marcellus, Vitus, ℞.
℞ *Paulus, Thadæus, Aquinas,*
Norbertus, Ianus ℞.
℞ *Fælix, Bernardus, Adauctus,*
Marcus, Matthias ℞.
℞ *Carolus, Robertus, Amicus,*
Franciscus, Magnus ℞.
℞ *Clemens, Syluester, Vbaldus,*
Paulinus, Thomas ℞.

Lucas

℟ *Lucas, Martinus, Amandus,*
Iacobus, Petrus ℟.

Seruo in nominandis Cœlitibus ordinem, quem quantitas syllabarum permisit. Omisimus *Philippum* & *Bartholomaeum*, quia nonnihil varietatis hæc nomina videientur inducere: potuimus tamen dicere.

℟ *Priscus, super astra Philipphus*
Atque Linus summo ℟.
℟ *Bartholomaeus, Amatus,*
Frotlanus, Cosmas ℟.

Et retrocurrendo subiungere:

℟ *Cosmas, Frotlanus, Amatus,*
Bartholomaeus ℟.
℟ *Summo Linus, atque Philippus,*
Astra super Priscus ℟.

CCCLXXIII.

MVLTA id genus, in tribus libris, quos scripsi adolescens, & penes me retineo, curiose delineata reperio; nolo illa sculpi in ære, sunt enim Diagrammati dato similia: &, si dentur verba, poterunt à quocumque Philomuso ad circulos & ornatum reduci. Imitatus sui illud Martialis Epigramma, quod incipit *Rumpitur inuidia*: & sic cecini.

(R) *Summos Caluinus honores*
Cernit dum Maria, (R)
(R) *Maria quod subdat Olympus*
Sydera, quod stellas (R)
(R) *Mariam Gens Cælica pulchro*
Carmine quòd laudes (R)

(R) *Diua quòd Thaumata Tellus*
Maxima nunc celebret (R)
(R) *Fidei quòd Dogmata vterque*
Propugnet Mundus, (R)
(R) *Diuos inscribat Olympo*
Christus quod nostros (R)

Et quidem magnum est Hæreticorum (et Caluinianistarum præcipuè) in Diuos, et maximum in Diuam odium: et inuidia exsecrabilis: crepant enim, dum illos vident aut honorari cœlitùs, aut coli humanitùs. Carmina, quibus hanc Inuidiam expressimus retrograda, sunt, et possunt per suorum Epicyclorum ductus oculis recurrentibus legi. Retrocursum exscribo.

(R) *Nostros quòd Christus Olympo*
Inscribat Diuos (R)
(R) *Mundus propugnet vterque*
Dogmata quòd Fidei (R)
(R) *Celebret nunc maxima Tellus*
Thaumata quòd Diua (R)
(R) *Laudet quòd carmine, pulchro*
Cælica gens Mariam (R)
(R) *Stellas quòd sydera, Olympus*
Subdat quòd Maria (R)
(R) *Maria dum cernit honores*
Caluinus summos (R)

In omnibus his carminibus ille character (R) significat *Rumpitur inuidia*: quod in centro Labyrinthi inscriptum debet omnia aperire hexametra, & omnia Pentametra claudere.

MVSA V. HEPTACYCLIA.

CCCLXXIV.



ARTE, quâ sex delineauimus circulos, possumus septem, aut octo, aut etiam plures conformare; & inscribendo verba exhibere Polycyclia Diagrammata. Habeo ob oculos Pegma septem Epicyclis compositum, & in ipso hæc Carmina in laudem Beatissimæ Virginis Mariæ.

℣ *Virtutes canto Maria:*
Dilaudo dotes ℣.
℣ *Lauros cantabo, triumphos*
Laudabo celebres ℣.
℣ *Terra Respondet Olympus*
Sydera respondent ℣.
℣ *Formant tibi Diua coronam,*
Diua tibi sertum ℣.
℣ *Lauros cano Virgo Maria:*
Dilaudo palmas ℣.
℣ *Laudes tibi Terra sacrauit*
Flora tibi summas ℣.
℣ *Plures sunt Virgo, flausse*
Diua tibi dotes ℣.

Sunt septem Disticha, septem inscribenda epicyclis: & poterunt plura esse, & pluribus etiam inscribi. Ille character ℣ dat penthemimerim, quæ centro Pegmatis inscribitur, videlicet, *Versibus innumeris*, quæ hexametros vniuersos aperit, & pentametros terminat. Recursum ad longum exscribo.

Versibus innumeris dotes tibi Diua: flausse
Virgo sunt plures versibus innumeris.
Versibus innumeris summas Tibi Flora sacrauit:
Terra Tibi laudes versibus innumeris.
Versibus innumeris palmas dilaudo Maria:
Virgo cano lauros versibus innumeris.

Ver-

Versibus innumeris fertum Tibi Diua; coronam
Diua Tibi formant versibus innumeris.
Versibus innumeris respondens Sydera: Olympos
Respondet terræ versibus innumeris.
Versibus innumeris celebres laudabo triumphos;
Laudabo laures versibus innumeris.
Versibus innumeris dotes dilaudo Mariæ;
Canto virtutes versibus innumeris.

In hoc Labyrintho dixi *Mariam* mediâ longâ: in præcedenti *Mariam* mediâ breui, vt me opinioni diuersorum attemperem; rigor enim & regulæ, petere videretur, vt media esset breuis; at vsus obtinuit in contrarium, saltem in solutâ oratione. Fui semel in pueritiâ reprehensus à Magistro doctissimo, quòd *Mariæ* nomine hexametrum clauserim: sed neque hunc rigorem laudo: puto enim alterum dici posse, & esse melius propria Diuorum nomina more communi pronunciare.

QVÆSTIO INCIDENS.

An veteres Carmina Circularia condiderint?

CCCLXXV.



Revia sunt omnium linguarum Lexica, si cum Naturæ comparentur thesauris: millenæ res carent nominibus, & multæ vno et eodem vocabulo significantur: hanc ob rem tametsi apud Veteres hanc vocem *versus cycly* reperias, non statim vis credere, illos circularia Systemata, qualia hic Apollo exhibuit, aut composuisse, aut condidisse; quia fortè alio sensu sua ipsi Carmina *Circularia* vocarunt: et vt te à dubio eximas, meum sensum et iudicium inquiris. Et ego nomen apud Antiquos, non rem inueniri respondeo; nam, vt ex Andrea Scotto *Obseruationum Humanarum lib. 2. c. 1.* constat ΕΥΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑ, quæ in Photij C.P. Bibliotheca ΤΑ ΕΓΚΥΚΛΙΚΑ ΠΟΙΗΜΑΤΑ vocantur, à circumstantijs adiacentibus dicuntur interdum ΚΥΚΛΙΑ Carmina.

Primò enim, afferente Isidoro *lib. 6. Originum cap. 17.* triuialia, & quæ à circumforaneis decantantur carmina, vocantur ΚΥΚΛΙΑ: quia circumferuntur, & in circulo aut coronâ cantantur. Facilis enim est illius Horatiani carminis intelligentia,

Nec circa vilem patulumque moraberis orbem. nam per orbem vilem ac patulum aut vulgi coronam, aut carmen, quod in vulgi coronâ cantabatur, intelligit. Et quia Aristophanis ætate sola Dithyrambica recitabantur in choris, hoc versuum genus cœpit ΚΥΚΛΙΟΝ vocari.

Secundò, quia ΕΝΚΥΚΛΙΑ vocabantur monita & superiorum Rescripta, vnde Encyclicas literas Pontifices & Principes scripsisse legimus: Hispanus *Manifiestos* vocat: nimirum, literas, quibus iura & causæ actionum manifesta reddebantur. Hanc ob rem carmina, quæ ad omnium manus venire Poëtæ optabant, appellabant ΕΝΚΥΚΛΙΑ, *Circularia.*

Hinc patet cur Artes liberales: cur Mathematicæ, cur etiam Philosophicæ scientiæ *Cyclicæ* dicebantur. Ioannes Tzetzes in Chiliadibus artium ΕΓΚΥΚΛΙΩΝ meminit: & Porphyrius omnem Scientiarum orbem ΕΝΚΥΚΛΟΠΑΙΔΕΙΑΝ nuncupauit. Hinc Aristophanis Interpres in nebulis illas Mathesos partes, quæ ab omnibus cognosci debent, vocat ΚΥΚΛΙΑ ΜΑΘΗΜΑΤΑ, *speculationes communes & vniuersales, quæ à nemine nesciri* possunt.

Tertiò carminum Protei, vt suo loco notamus, *Circulares* dicuntur, quod nullam habeant lineam, quæ esse non prima, aut vltima. Videatur Ioannes Philoponus in posteriorum Analyticorum Aristotelis Stagiritæ librum 1. vbi & aliorum Circulorum Metricorum, quos non exponit, meminit.

Nulla ex his tribus acceptionibus mihi hodie est vtilis, nam *Circularium Carminum* nomine aliam Ideam intelligo toto Cœlo diuersam: in quâ rotis conuersis nouæ succurrunt voces, & nouæ suboriuntur carmina. Vocamus ergo ΚΥΚΛΙΑ hæc Carmina, à figurâ: illa, enim aptissimè scribuntur in circulo; tametsi possint etiam ad alias figuras reduci.

NOTA.

CCCLXXVI.



Rodierunt D. Hieronymi Cacri de Velasco Poëmata, quæ quidem sunt ingeniosa & iucunda, & erudito Prologo D. Ioannis Zanaletæ honorantur. Hic quanti Poëtas veteres, Cæsares, Reges & Principes fecerint, diligenter edisserit, & inter alias hanc scribit periodum. *Optano dedico al Emperador Antonio vn Poëma, y le dio tantas monedas de oro, como versos tenia el Poëma, que eran innumerables.* Non intelligo; non quidem ratione idiomatis, sed sensûs. Latinè eamdem periodum repono, si fortè melius intelligere queam. *Quoddam Antonio Cæsari Poëma consecrauit Optanus, totque recepit aureos, quot versus continebat Poëma: & isti erant innumerabiles.* Porrò, si innumerabiles, quomodò tot, quot aurei numerati? Puto in Zanale-

ualetæ Lexico innumerabilium voce multos aut plurimos intelligi, non innumeros, & tamen ante tempora nostra, quæ Metametricam sunt nutricata, in Poemate versus plurimi non potuerunt includi; & vt potuerunt, si illos cum nostris numeris componas, fuerunt pauci. Non est in mundo Cæsar tam diues, qui sicut Opianos Antonius, sic possit nostros versus aureo præmio donare. Aureas habeat ille totius mundi fodinas: sunt steriles, vt possint non iam nummorum, sed arenarum aurearum numero nostros versus æquare.

APOLLO
ASTRONOMICVS.



Quæ radio Veteres, metimur vocibus Astra,
Solemque & Lunam carmine dirigimus.



CCCLXXVII.



Magnam Montes cum Cœlo videntur habere connexionem, siquidem et nomen communicant: nemo enim ignorat voces, *Olympus* et *Atlas* montium esse; et tamen pro Cœlo vsurpari. Ergo mirum non erit, si Parnassum transferamus ad sydera, Vraniæ que iubeamus, vt rem Æthercam Philomusos edoceat. Est igitur Parnasi Astronomia, *Ars, qua per carmina nos ducit, vt ad Solis, Lunæ (aliorum etiam Planetarum, si velis) dierum, mensium, annorumque cognitionem veniamus.* Quæ ergo lineis et numeris Mathematici supputat, versibus Apollo Astronomicus, explicat, longas Illustrium Scriptorum Tabulas ad carmina pauca reducens,

Illi autem, quot ancillantur Musæ? Vranie. Vnica vult in Cœlis esse, nec alias eò peruenire permittit. Supplebunt ergo Genij Musarum absentium defectum, et administrabunt Vraniæ.

MVSA VNICA.

CCCLXXVIII.



Ex Veterum Poëtarum carminibus Astronomiam deduxi, vt demonstrat Epistola, quam Physicæ Cœlesti adiungo. Possem etiamnum totam scientiam ad versus ingeniosos reducere. Sed quo totam fructu? Illa igitur, quæ magis necessaria sunt, reducamus ad carmina, vt possint memoriæ inhærere.



De Planetarum ordine & numero.

CCCLXXIX.



Septem sunt: et hoc ordine iuxta Ptolemæum et antiquas hypotheses peragunt suas periodos. Omnium summus est Saturnus, qui triginta annis iter complet. Sub illo auram æthercam petit Iuppiter, absoluitque periodum suam duodecim annis. Mars biennio cursum suum terminat. Tres superiores, et tres inferiores Planetas habet Sol: vnde non ineptè olim dictum.

In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Periodum ipse suam vno anno absoluit. Sub Sole conuertitur Venus, et sub ipsâ Mercurius: et vterque etiam vno anno. Infimā om-

omnium est Luna, et orbitam suam absoluit vno mense. Horum numerum ordinemque Planetarum complectitur Metametrica hoc versu.
Errant in Cælo SIM, SVM. quibus addito Lunā.
SIM SVM. initiales sunt literæ, et ijs significatur *Saturnus, Iuppiter, Mars: Sol, Venus, Mercurius.*

De motuum mensurā agit breuiter et curiosè istud Distichon,
Si SIM triginta, bis senis, atque duobus
Annis; SVM currunt vno, quod Cynthea mense,
Hoc est SIM, (videlicet, Saturnus, Iuppiter, & Mars) absoluunt cursum suum; primus annis triginta, secundus duodecim, tertius duobus. Porro SVM: nempe Sol, Venus & Mercurius anno vno. Et Cynthia, seu Luna, vno mense.

De Signis Zodiaci.

CCCLXXX.

COELVM in duodecim signa distribuitur: potuit in pauciora vel plura, sed hic numerus antiquis placuit. Sunt illorum Nomina.

Aries.	*Libra.*
Taurus.	*Scorpius.*
Gemini.	*Sagittarius.*
Cancer.	*Capricornus.*
Leo.	*Aquarius.*
Virgo.	*Pisces.*

Hæc ipsa nomina, vt memoriā retineri possint, continentur hoc Disticho.
Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo.
Libraq; Scorpius, Arcitenēs, Caper, Amphora, Pisces
Hæ Constellationes suspiciuntur hodie in Zodiaco, nec illarum denominationes esse valde antiquæ videntur.

Sed poterimus scire, quo illæ anno fuerint Astris impositæ? Historiæ non succurrunt; & debet ratio illarum defectum supplere. Suppono, eo anno, quo nomina Stellæ sortitæ sunt, Primam Arietis non longè fuisse ab ipsâ sectione Æquinoctiali: Anno illa 1671. iuxta Obseruationis Tychonicas repereretur in gradu 28. 37. *Ariet.* cum igitur singulos gradus peragat annis 71. constat gradus 28. 37. annis 2032. compleuisse. Ab his aufer annos Christi 1671. Ergo circa annum 361. ante Christum nomina, quæ hodie retinent, Zodiaci signis sunt indita.

De Constellationibus Septentrionalibus.

CCCLXXXI.

EXTRA latitudinem Zodiaci cælantur in Boreali Orbis Aplanetici parte xxi. Constellationes, quas vt memoriæ consulerent, his versibus Astronomi complexi sunt.
Ad Boreæ partes Arcti iunguntur, & Anguis;
Post has Arctopylax; pariterque Corona, Genuq;
Prolapsus, Lyra, Auis, Cepheus, & Cassiopeia:
Auriga, & Perseus, Deltoton, & Andromeda astris
Pegasus & Delphin: Telū, hinc Aquila, Anguitenēsq;
Vide librum septimum octauumque syntaxeos magnæ Ptolemæi.

De Constellationibus Australibus.

CCCLXXXII.

IN parte Australi vltra latitudinem Zodiaci pinguntur quindecim Constellationes, quas Astronomi his versibus solent exponere.
Austrum respiciunt Orionis fulgidus ensis:
Sub pedibusq; Lepus: Canis hinc: Procyonq; Ratisq;
Argô, Hydra, & Crater, Coruus, Cētaurus, & Ara,
Et Lupus, atque Corona micans, & Piscis in vnda,
Hydrochoi, Cætusque immanior, Eridanusque.
Sunt & aliæ Constellationes nobis inuisæ, quæ infra horizontem latent. Harum aliquas denominarunt Barbari regionum Meridionalium incolæ; alias Nauarchi Lusitani & Hollandi.

De die, quo Sol ingreditur in quodlibet signum Zodiaci.

CCCLXXXIII.

MENSES duodecim sunt, duodecim signa: & anno 1660. Romani habebunt Solem ingredientem in singula signa tempore, quod sequens Tabella repræsentat.

Menses		Die	Hora	Min.	
Ianuarius	*Aqu.*	20	4		A.M
Februarius	*Pisc.*	18	8		P.M
Martius	*Ar.*	19	7	53	P.M
Aprilis	*Tau.*	19	10		A.M
Maius	*Gem.*	21	11		A.M
Iunius	*Can.*	20	11	13	P.M
Iulius	*Leo*	22	12		mM
Augustus	*Vir.*	22	8		P.M
September	*Lib.*	22	2	8	P.M
October	*Scor.*	22	8		P.M
Nouember	*Sag.*	21	1		P.M
December	*Cap.*	21	1	18	A.M

Vt sciamus, quo mensis die Sol in quodcumque signum Zodiaci ingreditur, Iosephus Langius in Elementali Mathematico istos versus proponit.
Inclyta laus iustis impenditur, hæresis horret
Garrula; grex gratus faustos gratatur honores.
Ma-

Magno ex illis labore eruitur, quod desideratur. Iubet primò, vt sequentem Abecedarium contempleris.

A	b	c	d	e	f	g	h
1	2	3	4	5	6	7	8
i	l	m	n	o	p	q	r
9	10	11	12	13	14	15	16
f	t	u	x	y	z		
17	18	19	20	21	22		

Et postea, scias in illo Disticho duodecim esse dictiones, duodecim mensibus correspondentes; ita, vt prima (*Inclyta*) correspondeat Ianuario; secunda (*laus*) Februario: &c.

Sume igitur primam cuiuscumque dictionis literam, & nota eius numerum in Abecedario: hunc numerum aufer à 30 in stylo nouo (aut à 20 in stylo veteri) & habebis diem, quo Sol in signum illius mensis ingreditur.

Et, vt hanc doctrinam adfirmet, vtitur hoc exemplo. [Si scire cupias, quo die mensis Martij Sol in Arietem ingrediatur; quia Martius, mensis tertius est, sume vocem tertiam (nempe, *Iustis*) cuius prima litera I. est nona in abecedario. Auferas ergo 9 à 30. & scies die 21. iuxta Gregorianum Calendarium Solem in Arietem, adeoque in Æquinoctium ingredi: aut etiam auferendo 9 à 20, die 11. iuxta Calendarium Iulianum.]

Displicet ista Langij regula propter duo: alterum Astronomicum, alterum Metametricum est. Peccat in Astronomiam, quia dies falsos adsignat: in Metametricam, quia magno labore nos ad examen ducit: debemus enim literæ valorem numerare, & illum posteà à 30, vel 20 subducere. Considera sequentes characteres.

	Tycho		*Lang.*		*Tycho*		*Lang.*
Ian.	20	in *Aqu.*	21	Iul.	22	in *Leo.*	23
Feb.	18	in *Pisc.*	20	Aug.	22	in *Virg*	23
Mart.	19	in *Ari.*	21	Sept	22	in *Lib.*	23
Apr.	19	in *Tau.*	21	Oct.	22	in *Scor.*	24
Mai.	21	in *Gem.*	22	Nou.	21	in *Sag.*	23
Iun.	20	in *Cac.*	22	Dec.	21	in *Cap.*	22

quos lege sic. Ianuarij die 20 Sol ingreditur in Aquarium: non verò, vt Langius vult, 21. Februarij autem die 18 ingreditur in Pisces: non verò die 20. vt Langius habet &c. Ergo loco Versuum, quos Langius dedit, hos ponamus.

Ditat cantores Nero, gentes torquet: Idore
Sume tuos: vrbis muros compinge volantes.

Et horum Artificium hoc est. [Duodecim dictiones duodecim mensibus respondent: & in ipsis prima vocalis dat diem, secunda horam. Dies apud Astronomos incipit à meridie,

Vnde	A	E	I	O	V
Stylo veteri	8	9	10	11	12
Stylo nouo	18	19	20	21	22

Et diuidendo diem in quatuor partes, significat

A *inter mediam noctem & hor. 6. matutinam.*
E *inter sextam matutinam & meridiem.*
I *inter meridiem & sextam vespertinam.*
O *inter sextam vespertinam & med. noctem.*

Quo ergo Martij die Sol ingreditur in Arietem? Respondet tertia dictio *Nero*; Solem attingere Æquinoctium, non iam 21. Martij die, sed 19. stylo nouo (9. stylo veteri) inter sextam vespertinam & mediam noctem diem enim dedit prima vocalis, & secunda horam: & hoc Romæ, anno Bissextili.

Consultò moneo, me Almæ Vrbis meridianum respicere: in alijs enim prouincijs Sol ingredietur in illud punctum aliâ horâ.

Consultò etiam moneo hanc regulam anno bissextili seruire: nam anno primo post bissextum addere debemus 6 horas: secundo 12, & tertio 18. quarto autem in Ianuario & Februario horas 24. Post Februarium autem nihil additur, quia iam intercalatur dies. Anno igitur 1661. quando Sol in Arietem ingredietur? Ingrediebatur ex Regula,

Anno 1660. die 19. inter sextam vesp. & med. noct.
ergo ann. 1661. die 20 inter med. noct. & hor. 6. mat.

Ponit Argolus diei 20, horam 1. m. 48. post mediam noctem.

De anno Bissextili.

☞ CCCLXXXIV.

SOL orbitam suam in Cœlo peragit diebus 365. & horis 6. ferè, quàm ob rem annus Solaris habet 365. dies: & ex horis restantibus quarto quoquo anno integer dies conflatur, & additur, ita vt quartus quicumque annus habeat dies 366. Dies iste inter VII. & VI. Calendas Martias interijcitur; & quia bis *sexto Calendas Martij* dicimus, ideò annos, in quibus intercalatio fit, *Bissextiles* vocamus. Vt ergo scias, An annus Bissextilis, aut quotus à Bissextili sit, vtere bis versibus.

Quatuor in partes ætatem diuide Christi;
Denique quod superest quæsitum proferet annum.

Verbi gratiâ. An annus 1650 sit Bissextilis, quæris. Diuide igitur hunc numerum in 4 partes: & habebis 412, & supererunt 2. Ergo pronuncia à Christi natiuitate transiuisse 412. quadriennia; & annum 1650. esse secundum post Bissextilem. Si autem inquiras de anno 1660. facta diuisione reperies illo anno claudi quadriennium quadringentesimum quintum decimum: & quia facta diuisione nihil remanet, hunc annum esse Bissextilem affirma.

L De

De Lunæ Ætate.

CCCLXXXV.

A Nouilunio Ætatem Lunæ computamus; & neglectâ argumenti seu epicycli exorbitantiâ medium motum respicimus, & iuxta illum procedimus. Sanè Luna 29 diebus peragit 11. signa; gr. 23. min. 32, & 30 diebus præter integrum circulum gradus 5. min. 43. Ergo mensis Lunaris habere debet plus quam 29 & minus quàm 30. dies.

Annus Solaris complectitur 12 menses Lunares et 11 dies, quos vocamus *Epactas*, quod sint residui; Vnde inuentus est Aureus numerus, seu circulus decem-nouenalis; qui ideò nomen hoc habet, quod singulis nouemdecim annis recurrat. Considera sequentes lineas,

Aureus num.	1	2	3	4	5	6	7
Epactæ	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII
8	9	10	11	12	13	14	15
XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V
16	17	18	19				
XVI	XXVII	VIII	XIX				

Seruiet hæc tabula vsque ad annum 1700 exclusiuè: et Aureus numerus 1. annis 1596. 1615. 1634, 1653, 1672, 1691. correspondebit. His positis,

Menses atque dies mensis si iungis Epactæ
Currenti, ætatem poteris cognoscere Lunæ.

hoc est, [Sume numerum mensium à Martio, dies mensis præsentis, & Epactam currentis anni, & summa dabit tibi Lunæ ætatē, quam quæris. Quæ si numerum 30 superet, solum excessum nume abis. Pono exemplum. Anno 1641 die 24 Iulij quam Luna habet ætatem.? Martius, Aprilis, Maius et Iunius sunt 4. dies 24. Epactæ huius anni 18. Et omnia simul sunt 46. à quibus, si auferas integram lunationem (hoc est, 30. dies) habebis 16. et dices Lunam habere 16 ætatis dies. Firmat hanc Regulam Calendarium commune, nam die 9. Iulij Epactam XVIII. reperio adeoque Nouilunium hoc anno. Ergo, si nona mensis est prima Lunæ dies, 24 mensis erit Lunæ 16.

De Anni Mensibus.

CCCLXXXVI.

MVLTA circumferuntur carmina, quibus opera rustica aut etiam medica, quæ singulis mensibus conueniunt, explicantur. In nostris Breuiarijs hæc reperio.

Pocula Ianus amat; Februarius, algeo, clamat.
Martius arua fodit; Aprilis florida prodit.
Ros & flos nemorum Maio sunt fomes amorum.
Dat Iunius fœna; Iulio resecatur auena.
Augustus spicas; September colligit vuas.
Seminat October; spoliat virgulta Nouember.
Quærit habere cibum porcum mactando December.

Possem alia subijcere; sed quo fructu paginas ineptijs onerarem? nam pleraque omnia eiusmodi carmina in metri, aut etiam pudoris leges, sæpe peccant.

De diebus mensium.

CCCLXXXVII.

QVOT dies habent singuli menses? Considera figuram præsentem supponit Februarium habere in anno communi 28 dies, et in Bissextili 29. et cœteros à Martio incipiendo per digitos manus disponit: et eos, qui in alto incidunt, 31. habere dies, et cœteros habere 30. pronunciat. De hoc argumento habemus Hispani hoc Tetrastichon.

Treinta dias tiene Nouienbre, M.A.M.I.Iul.
Abril, y Iunio, y Setienbre. A.S.O.N.D.
Veintiocho tiene el vno,
Ylos demas treinta y vno.

quod reponit Latinè istud Tristichum.

Triginta September habet; totidemque Nouember
Iunius, Aprilis; Viginti Februus octo;
Vnum & triginta reliqui. - - ◡ ◡ - -

De Calendis, Nonis, & Idibus.

CCCLXXXVIII.

MODVS erat dies numerandi apud veteres, qui plus fastidij, quàm vtilitatis importat, & ideò à multis eruditis reiectus. At omninò ignorari non debet, vt veterum scripta intelligamus.

Non numerabant Romani elapsos dies, sed restantes ad Nonas, Idus, seu Calendas. Res est nota & præcipuè Ecclesiasticis; nam in Breuiarijs vtrumque modum dies numerandi retinemus. Porrò à Nonarum numero, cæteri dependebant, quoniam post Nonas numerabant Romani octo dies ad Idus, vnde prodijt ille versus.

Octo tenent Idus menses generaliter omnes.

Et post Idus cæteros omnes dies denominabant à Calendis. Vt rem bene percipias, proderit istud Tristichum.

Sex Nonas Maius, October, Iulius, & Mars
Quatuor at reliqui; dabit Idus quilibet octo:
Inde dies reliquos omnes dic ante Calendas.

Penultima vox vltimi versûs me monet, vt sciam cur, *quarto*, *tertio*, *pridie*, *Calendas*, *Nonas*, & *Idus* dicamus: subintelligitur enim præpositio *ante*, idem enim est dicere *octauo Calendas*, ac *octauo ante Calendas*. Quam ob rem idem erit dicere *postridie Calendas*, quàm *vno die post Calendas*.

Et

Et hîc obiter notandum est Viros eruditos sæpe errare, cùm veniunt ad mensem Decembrem: nam Calendæ, à quibus sumitur denominatio, sunt anni sequentis: quam ob rem idem erit subscribere, *Die 25. Decembris anni 1660.* & hoc more communi, ac more antiquo, *Octauo Calendas Ianuary anni 1661.* nam illæ Calendæ & ille Ianuarius non sunt anni 1660. sed sequentis. Et hoc nolis obliuioni mandare.

De Calendario.

☞ CCCLXXXIX.

MVLTI Authores, vel vt consulerent memoriæ, vel vt ingenium suum ostenderent, Calendarium reduxerunt ad carmina: sed non singuli magnâ felicitate. Aliquorum numeros producemus, & quid in illis desideremus, breuiter adnotabimus.

Poëta quidam antiquus versus istos composuit, qui fuerunt olim apud doctos in pretio, & hodie in plurimis libris leguntur.

IANVARIVS.

Cisio Ianus Epi sibi vendicat Oc. FeLi MarAn.
Prisca Fab. Ag. VincenTi PauLo nobile Lumen.

FEBVARIVS.

Bri Pur. Blasus Ag Dor Febr n ab Scholastica Va-
Iuli coniunge tunc Petrum Matthiam inde. (lent.

MARTIVS.

Mattius Adria perdecoratur Gregorio Cin.
Gertrud Alba BENE iuncta Maria genitrice.

APILIS.

April in Ambrosy festis atque Tiburci
Et Valer Sanctique Geor. Marcique Vitalis.

MAIVS. *(Soph.*

Philip Crux Flor Goth. Ioan Latin Epineser &
Maius in hac serie tenet Vrbani pede Crispan.

IVNIVS.

Nic Marcelli Boni dat IVN. Primi Bar Girini Vi.
Mar Prothos AL Sācti Ioā. Io Dorle Pe Pau. (teq;

IVLIVS.

Iul Visces Vdal. Oc VVi Kili Fra Bene Margara post
Al Arnulphus Prax Mag. Ap. Cris. Iacobiq; Fel, Adō.

AVGVSTVS. *(Hyp. Eu.*

Pe Stepti Stepti pro Do. Sixt Aph Cyrx Lau Tribū
Sūpti O Agapiti Timme Bartholo Ruf. Aug. Col. Aucti

SEPTEMBER.

Egidiū SEP habet Nat. Gorgō Prothici Crux. Nic. Eu
Lambertique Mat. Mauritius & D. AVVen. Mich.

OCTOBER. *(Hier.*

Remiq; Franciscus Marcus Di Gerartiq; Calixt.
Galle Luces VVil VuSeSeRa Crispini Simonis Qui

NOVEMBER. *(tyq; &*

OMne Nouember Le VVi Qua Theo Martin Brio-
Post hac Eliza CeCleGris Katharina Sat. An.

DECEMBER.

December Barba Nicol Concept & alma LVcia
Sanctus abinde Thomas modo NASte Ian Pu
(Thoma Sil.

Displice in isto Calendario Sanctos nominandi barbaries; nam dum initia nominum producit, videtur Author Arabicè potiùs scribere, quàm Latinè. Prætereà multos Sanctos proponit, quos communia Calendaria non habent: & tandem cùm docemur quo mense cuiusque Diui celebretur solennitas, non docemur, quo die.

☞ CCCXC.

VIDERVNT hoc & obseruarunt multi, non tamen omnia correxerunt, quæ digna spongiâ iudicarunt. Meliora præcedentibus sunt, sequentia carmina quæ Venerabili Bedæ attribuuntur; non tamen talia, vt placeant.

Cisio Ianus Epiphanys dic dona Magorum
Vincit ouans Agne, noua Paulum lumina vertunt.
Et purgata parens ad templum ducit IESVM,
Sede doces Sacra cum Petro Matthia gentes.
Euocat ad Studium puerile Gregorius agmen
Aeterni Partus gnatum Maria tenet aluus.
Præsulis Ambrosy laudes imitare Sacerdos
Et pellant equites Georgi more Tyrannos
Læta Crucis, Helena reperit pia Cura trophæa
Vinea quam floret plebs Vrbanum Celebrabit
Ardua Solis equos trahis ad Fastigia VITE.
Agni Monstrat vnus sed Baptistes tibi Petre.
Iam Maria Sobolem Baptista salutat in aluo,
Afficit Herodes nece Iacobum Zebedeum.
Vincula Post Petri, Patitur Laurentius ignes,
Impie mœche dabas meretrici Colla Ioannis.
Aegidius celebrat Mariæ Virginis ortum.
Quo Combusta die Solymorum monia narrant.
Christe tuas leges Geltis Dionysius Affert,
Scriptis Luca tuis fruimur, docuit Simo persas
Pannonius docuit Gallorum Martius oras,
Fertilis Elizabeth Cantat Thuringia laudes,
Post Casti Sacra Nicolai longissima nox est
Faustadies celebrat tibi Christum Virgine natum.

☞ CCCXCI.

NON videtur possibile & labij nitorem & rerum varietatem & proprietatem coopta c. Sūt qui Georgij Leonis Doctoris Medici Calendariū collaudent; sed quia nondum vidi, quid in eo commendatione dignum sit, iudicium meum suspendo, & eius periodos produco. *(Antonias*
Circumcisio Magos mittit ad Christi Cunabula;
Agnus subit, Paulus fidem suscipit. (lexsqui
Se purgat nunc Agatha, nunc nudus prodibit Va-
Ver nunciabit Petro Matthiæ sortem.

Martius Adriano verrat atque Gregorio, quod Gertrudis & Benedictus annunciant Virgini, Aprilis Ambrosio gaudet, cui martyr Tyburtius prædixit mox futuram Marci stationem. Iacob Crucem inuenit, obtruncatur Pancratius: Iucundum Iam Ver præterijt Vrbano redit æstas Nicomedes Bonifacio fœnum reportat: Vitus segetem mox Promittit Baptista atque Petro. Iam Maria affert messem, Cyrillus metet vt Cererem in horrea Magdala, Iacobusq; reportent. Petrus Cathenis stringitur, dum Laurentius & Maria ad Cœlos Vocant cũ Bartholomæo Ioannẽ, Aegidi letus gaude Maria nata est, Crucem exaltent Cuncti, Matthæo Volat Obuiam Michael. Bauonem Franciscus monet, prouideat dus abyemi: Lucas iam pluit: Seuerinus flat: Simon gelat. Omnes Sancti exultate, adest Martinus musto madidus: Elizabeth Profert Catharæ amphor And. Iã vellit Barbã Niclaus; Concip. Virg. dũ oculo cæc: Credite Thomas Christo: Nascitur mundo Deus.

CIrcumfertur authore incerto aliud diuersũ Calendarium; in quo, si characteres maiores à minoribus distinguas, in illis festa inuenies, in istis sensum congruum, & contextui curiosè respondentem. Lege et considera, vtrùm omnia tuo desiderio correspondeant.

IANVARIVS.

ANnua festa MAGOS ERItrea per arua repor- (tant
AddeFABamVINcens dat PAVLus grandia farra

FEBRVARIVS.

Cum MARia quarto purgatur februa serVA,
Bis sextum geminat, cũ PETro MATThias ortũ

MARTIVS.

Nocte dieq; pari cum dat breue GREGOrius Ver,
Viscera diuino flatu MARia tumuerunt.

APRILIS.

Cùm videt AMBrosium per noctis sidera TIBVrs,
Sæpè dedere famem GORGi MARCsque pruina.

MAIVS.

LIPPe CRVCem, fers Iane sitim frigora SOLuis,
Si vincunt pluuia dabit VRBano mala Pape.

IVNIVS.

Flore rubens BONus est MEDArdus, & Viuida (Vitis
Verso Sole tumens cum BAPTista tibi PETre.

IVLIVS.

It visens VDus m. te CHILo Camina maritis,
Stella nocte tua, PECCatrix IACObe resurgit.

AVGVSTVS.

Petrus adest, dat SEXtauros, da LAVRe Coronas,
Astra petit Genitrix, tibi Barthole cedit ADolphus.

SEPTEMBER.

CERuus amore furit, NAScens dea, surge CRV- (Cendum,
Nox æquat, cum Mattheo sere ingera MICal.

OCTOBER.

Spumantes FRANcisce lacus DIONisius implet
GALLO LVCifer vndecimus Secat SIMonitem.

NOVEMBER.

OMNia dura LEuat tuus à MARTine lyceus
Dicat tò PRÆsens dicat CASTi ja peAn.

DECEMBER.

Excute BARba NIuem, MARia tibi BRVma re- (duxit
Iam Credat DIDYMVS, iam nascetur DEVS orbis.

Sed neque hoc Calendarium placet, et ideò aliud subiungamus.

Amplissimi & Reuerendissimi Domini,

D. PETRI FRANCISCI PASSERINI, &c.

CALENDARIVM.

☞ CCCXCII.



EXSTAT in ingeniosissimi et eruditissimi illius libri, qui *Schediasmata Academica* inscribitur, tertiâ parte. Illud *Symbolicum & Syllabicum* Author appellat et potuit grandiori vocabulo, est enim Opusculum elaboratissimum, cui nullum simile apud Scriptores reperias. At voluit Passerinus potiùs eruditus, quàm superbus videri, et ideò Aureum istum Libellum altis Nominibus insignire non voluit. Totum in illo Annum ingeniosè comprehendit: nempe duodecim elegantibus Distichis, quibus demonstratur clarissimè breuissimèque,

Cui mensi Disticha conueniant?
Quot diebus menses singuli constent?
Quot festos dies contineant?
Quæ Sanctorum aut Festorum, quæ celebrantur, sint nomina?
Quo die celebrentur?
Quo denique mense singulæ anni tempestates incipiant?

Volui D. Passerinum post alios Authores producere, vt collatione factâ videat Lector, quantum

tum ille superat vniuersos: omnia enim, quæ in cæteris desiderabam, in Disthichis eius reperio. Sequar igitur editionem Placentinam anni 1650. incipiamque ab ipsamet Dedicatoria, nam et ipsa est erudita et elegans, et Lectoribus prodesse poterit.

Illustrissimo D. D. Carolo Aloysio Scapio Senatori Bononiensi.

DEmetrio suo Athenienses (Illustrissime Senator) ad æternam tanti ducis memoriam, & gloriam, quot anni dies numerabant, tot statuas statuerunt, vt nulla per annum abiret dies, quæ propriam non haberet statuam, perpetuum cum honoris ornamentum, tum amoris monumentum. Eximijs in me Tuis benignitatis officijs, ac beneficijs grati ego animi non vicem, sed vocem aliquam redditurus, Athenienses audacter æmulatus, quot illi Demetrico suo amantissimo, totidem Tibi Domino meo benignissimo non statuas, sed syllabas dedico, vt quemadmodum singulis anni diebus singulæ respondent Calendarij syllabæ, ita Tu non Demetrium, sed Deum ipsum sapienter imitatus tum singularem in me Tui memoriam, ac cultum benignus agnoscas, tum pauperum minuta non dedignatus virium mearum exilitati benignius ignoscas. Obscurum est alicubi meum istud Calendarium: sed quonam clariore, Clarissime Vir, elucesceret in lumine? Tu enim non modo Tuo in stemmate, animi Tui symbolo, cæruleum celas Cœlum, & Christallinum condis candorem: sed Tua in luce lumina, Tuoque in sinu summa omnia complecteris; è summa namque antiquissimæ, nobilissimæque SCAPPIORVM Familiæ luce in lucem editus clarissimis prognatus Maioribus, amplissimis natus è parentibus, summis functus Patritiorum numeribus, summis auctus Senatorum honoribus, summum auitæ Tuæ nobilitatis lumen Vitæ Tuæ meritis & moribus, perpetuis veluti splendoribus, amplificas. Munusculum igitur quod peramanter obtuli perhumaniter excipe, meque ipsum, vt facis, fouere perge, ac protege, quod diutius vt facias, fac melius, vt voueo, in dies valeas, & diutissimè viuas.

Plac. Id. Ian. M. DC. L.

Addictiss. & Obstrictiss. Ser.
Petrus Franciscus Passerinus.

LECTORIBVS AVCTOR SAL. ET FEL.



VIsum tenearis Amici. Per quietem audire mihi visus sum, qui vix audito syllabici nostri Calédarij nomine, vtpotè exotica omnia adunco soliti suspendere naso, in me acriter exclamarent. O vere syllabicum immò abecedarium & caput & Calendarium. O nimiam tanti laboris, & temporis in re tam futili iacturam! quibus ego biliosus homo dum pariter, vt par pari referrem, exclamando respondebam, ò verè plusquam sesquipedalia maledicorum ampullariorum verba me aeris verbera! ò nimios nouarum rerum omnium osores iniquissimè nasutissimos! maledictis cumulatè repensurus illicò expergiscor: ita mihicum somnoriniis. hisce Phantasmatis somnus ipse Deorum innocentissimus agendum censuit; at verò iam mihi vobiscum, vtpotè vigilanti cum amicissimis, longè aliter res erit, quando enim mysticam hanc nostram Ephemeridem paucularum horarum succisiuam opellam, æqui, bonique consulentes, tam benignè intuemini, latentia Disticis mysteria patefaciam. Tot ea in primis constant syllabis, quot mensium singuli dies. Festorum dierum primæ syllabæ ijs quæque in syllabis, quæ suis in mense diebus respondent, grandioribus exaratæ literis collocantur, vt suis omnes fixæ locis facilius cognoscantur, memoriæque tenacius inhæreant, quibus nulla alia in eo Disticho similis syllaba reperitur, ne eiusdem syllabæ repetitio erroris ansam præberet. Distichorum singula sui nomen Mensis inclusum habent, vt in quem illa conueniant, nullo negotio videri possit. Verborum sensus aut anni per id tempus tempestatem, aut certè ad eruditionem, & pietatem apta continebit. Denique vt in syllabis numerandis ambiguitas vitetur, omnis hic Synalæphe & Ecthlipsis vitatur. Cæterùm quod in eis contortum, ac difficile erit, rei difficultas, quæ manum ad opus admouenti abunde patebit, excusare poterit, & quod dissonum, iucunda artificij nouitate, vt spero, compensabitur.

Valete.



IA-

IANVARIVS dies habet 31.
CIRCumagatur EPistola primo strenaque Iano.
ANTiquos SEquimur, modo PAVper census abundet.

FESTA *Ianuary*.
Disticho comprehensa.
Die, 1 CIRCumcisio Domini.
& 6 EPiphania Domini.
Syl- 17 ANTonij Abbatis.
laba 20 SEbastiani Martyris.
25 PAVli Apost. Conuersio.
Epistola) quia ineunte anno boni ominis gratia Amicis salutem dicere, & absentibus literas dare solemus.

Primo Iano) 1. sub principium Ianuarij, vt primis labris, primo Vere &c.
Strenaque) Nomen, ait Symmachus *Epist. 35. lib. 10.* indicio est, viris strenuis hæc conuenire ob virtutem.
Antiquos sequimur) Kalendas, inquit idem Symmach. *ibid. Epist. 27.* Anni Auspicies, quibus mensium recursus aperitur, impertiendis Strenis dicauit antiquitas.

FEBRVARIVS dies habet 28.
ImPVRI perAGant, ad id APtus mensis habetur,
FEBRua: CONducens hoc (claMAT Virgo) suasi.

FESTA *February*.
Disticho comprahensa.
Die 1 PVRificatio Beatissimę Virginis Mariæ.
& 5 AGathæ Virginis & Martyris.
Syl. 9 APolloniæ Virginis & Martyris.
laba. 19 CONradi Confalon Plac.
24 MAThiæ Apostoli.
Febrva) Februum Sabinorum lingua Purgamentum dicebatur, & à Februis Februarius appellatus est. *Impuri peragant*) nam Februa, quibus malefactorum conscientiæ lustrari delerique peccata credebantur. Ouid. *Fast.*
Virgo) i. Maria Deipara, quæ postridie Calhuius mensis templum ingressa rite lustrari voluit, etsi nec illustrius quicquam ipsa fuit, nec purius, vt nos ad idem suo conduceret exemplo.
Suasi) Dissyllabum hoc loco est, & versus Spondaicus; sed bissextili anno trisyllabum fit, &, vt anno dies, ita versui syllaba superadditur, & tum versus desinit esse Spondaicus.

MARTIVS dies habet 31.
MARS reuoCAS ver: nix AQVeis fugit impigra plantis
Vt MaIOra BENignior ANNus commoda præstet.

FESTA *Martij*.
Disticho comprehensa.
Die, 4 CASimiri Confessoris.
& 7 AQVinat. Th. Doct. Angelici.
Syl- 19 IOsephi Sponsi S. Mariæ Virginis.
laba 21 BENedicti Abbatis.
25 ANNuntiatio B.M. Virginis.
Reuocans ver) quia Martio mense trimestre veris tempus reuocatur, vt Astronomorum sententiam sequamur, quam docet Clauius *Comment. in cap 2. sphær.* cum Sole ingrediente signum Arietis incipiat ver.
Nix fugit) quia ex Virgilio 1. Georg.
Vere nouo, gelidus canis, cum montibus humor. Soluitur, &c.
Benignior) quia ex Ouidio 1. Fast.
Tunc blandi Soles, &c.

FE-

APRILIS habet dies 30.
Quam FRAgilis florum constantia LEnis APRILIS
Quos florere, videsque GEmens MARCescere PEr SE!

FESTA *Aprilis*.
Distic ho comprehensa.
Dies 2 FRAncisci de Paulâ Confess.
& 11 LEonis Magni Papæ.
Syl. 23 GEorgij Martyris.
laba 25 MARCi Euangelistæ.
29 PEtri Martyris.
30 SEnensis Catharinæ Virg.

Fragilis) quia, vt Florentissimus Elegantiarum, & Gratiarum, quin etiam Floræ ipsius Auctor Io. Baptista Ferrarius floride dixit in sua Ætate Florea, *Fragile Floris decus est, & fugacissima Florum formositas* . . .

Marcescere) quia flos non modò citò perit, nam

Sole oriente oritur, Sole cadente cadit; sed sæpe alios etiam perimit, cùm *multi crebris floribus perfusi, eorum copia expirarint*, quod me nuper ex Barthio docuit Eruditissimus & elegantissimus Vir Angelicus Aprosius, aliàs Scipio Glareanus, in suo Scuto Rinaldi *cap.* 19.

MAIVS habet dies 31.
PHILtrum CRVx; MOriens pereGRE venientibus illam
Obtulit, vt redament, Christus NEc MAIVS habebat.

FESTA *Maij*.
Disticho comprehensa
Dies 1 PHILippi,& Iacob.Apostoli.
& 3 CRVcis Inuentio.
Syl. 4 MOnichæ Matris S. Augustini.
laba 9 GRegorij Nazianzeni.
16 Nerij Philippi Congreg. Oratorij Fundat.

Philtrum) est quicquid alteri eo animo datur, vt cum ad nostri amorem inducamus. Crux autem Christi Philtrum est, quia ea ad Christum redamandum nos inuitat, qui prior dilexit nos.

Peregrè venientibus) idest, mortalibus omnibus, qui in hac lachrymarum valle peregrinantur. Vt autem *Peregrè* significat tam motum de loco quàm ad locum, ita Crux tam in vitam, quàm de vita properantibus à Christo oblata est.

Obtulit) quia ex Ambros.serm.de Pass.Author pietatis in Cruce pendens testamentum condidit singulis pietatis opera distribuens: Apostolis persecutionem, Iudæis corpus, Patri Spiritum,Virgini Paranymphum, Latroni Paradisum,Peccatori Infernum.Christianis verè pœnitentibus Crucem commendauit.

Nec maius) quia *vile præ Cruce aurum est*, ex doctissimo Nouarino *in Vmbra Virginea lib.4. cap.*49.

IVNIVS habet dies 30.
IVNIVS arsit, in igne videBAR; at ANTe caloris
Vim PROmet quALem? malOr vis ylla rePErta?

FESTA *Iunij*.
Disticho comprehensa.
Dies 11 BARnabæ Apostoli.
& 13 ANTonij de Paduâ.
Syl. 19 PRGtasij & Geruasij Martyrum.
laba 22 ALoysij Gonzagæ Soc.Iesu.
24 IOannis Bapt. Natiuitas.
29 PEtri & Pauli Apostolorum.

Iunius arsit) Æstatis feruor indicatur, nam æstiuum trimestre hoc mense inchoatur.

Ante) pro *antea*, sic Virgil. Ægl. 1.
Ante leues ergo pascentur in æthere cerui.

Vim promet) quia adulta, & virili ætate fortior illius feruor esse solet.

Ma-

Maior) nam ex Ouid. 15. *Metam.*
Transit in æstatem post ver robustior annus,
Fitq; valens Iuuenis, neque enim robustior ætas,
Vlla, nec vberior, nec, quæ magis ardeat, vlla est.

IVLIVS dies habet 31.

Quod VIS imperium tenuit, cumulumque BONorum
IVLIVS, inde MAGis se IACtANt quotquot ab illO.

FESTA *Iulij.*
Disticho comprehensa.

Die, 2 VISitatio B.V. ad Helisabeth.
& 14 BONauen. Doctoris & Cardinalis.
Syl- 22 MAGdalenæ Mariæ.
laba 25 IACobi Apostoli.
26 ANnæ Matris B.V. Mariæ.
31 LOyolæ, i. Ignatij S. I. Fundatoris.

Ab illo) i. à Iulio, id quod de Quinctili mense dictum videtur, qui à Iulio Cæsare tum nato Iulius dictus felici nomine, ac omine gloriatur, *Nonnulli enim* ait Caussinus de Eloquent. l.4 c.39. *curiosius notarunt fatalem quemdam nominum cum rebus consensum. Duo Attyes illustres fuerunt, vterque ab apro interfectus est. Cæsares, quibus Cay prænomen fuit, ferro periere,* &c. Sic eloquentissimè nuper, ac ingeniosissimè lusit Doctissimus Vir Hortensius Pallauicinus in suis Austr. Cæsarib. *Tu,* inquit *Tua, Tuorumque gloria, cui nomen ipsum* MARIÆ ANNÆ *imperium, & gratias loquens, non solùm pro præsagio, sed & pro historia & panegyrico, est, &c.*

AVGVSTVS dies habet 31.

PErbreue DOgMA TRAham: tibi LAVs AVGVSTIOR AStRO,
Veste ruBER quod sol es BARtholomæe DECora.

FESTA *Augusti.*
Disticho comprehensa.

Die 1 PEtri ad Vincula.
& 4 DOminici Confessoris.
Syl. 5 MAriæ ad Niues
laba 6 TRAnsfiguratio Domini
10 LAVrentij Martyris.
15 ASumptio B.Virginis Mariæ.
16 ROchi Confessoris.
20 BERnardi Abbatis.
24 BARtholomæi Apostoli.
29 DEcollatio Ioannis Baptistæ.

Dogma traham) i. colligam hanc breuem sententiam, Quò difficilior victoria, eò maior gloria.

Augustior astro) i. Sole splendidior, quia, *Fulgebunt iusti, sicut sol, in regno Patris eorum* Matth. 3.

Veste) i. pelle, quæ D. Bartholomæo adhuc viuo crudeliter detracta.

Ruber) i. cruentus, & rubicundus ob excoriationem Martyris à Carnifice factam.

Decora) i. purpurea, regali, & Principe digna, quia non murice, sed Apostoli sanguine tincta.

SEPTEMBER dies habet 30.

Fructibus autumnum vix NATe TOt impiger EXples
SEPTEMBER, quot aMAT MAVors feritatis aMICos.

FESTA *Septembris.*
Disticho comprehensa.

Die, 8 NATiuitas Beatissimę Virginis Mariæ.
& 10 TOlentinatis Nicolai.
Syl. 14 EXaltatio S. Crucis.
laba 21 MATthæi Apostoli, & Euangelistæ.
22 MAVritij, & Soc. Martyrum.
24 MIChaelis Arch. Dedicatio.

Fructibus) quia September Autumnalis mensis est, ac proinde nos magna fructuum copia locupletare solet.

Mauors) i. Mars per epenthesim licet alij

Mar-

Martem quasi Mauortem per syncopen dictum velint. Mamers à Sabinis vocabatur, et Gradiuus etiam à gradiendo, et serpendo dictus est, ideoque Marti Gramen sacrum erat, quia ex Gramine ortus credebatur, vel quia Gramen ex humano cruore procreatur, vel denique quia Gramen *vivax*, et *inexpugnabile* dicitur, quod Marti conuenit, vt optimè tradit Thuilius Mariæmontanus *in Embl. 26.* Alciat. etc.

Quod amat) Mars enim Martiales, et Bellicosus bellicosos amat vnjuersos.

OCTOBER habet dies 31.
Otia FRANge pedum modulis OCTOBRIA TExtis,
Et LVCra rus VRbana dabit, Parnas'sia proles.

FESTA *Octobris*.
Disticho comprehensa.
Die, 4 FRANcisci Assisiatis.
& 15 TEresiæ Virginis.
Syl. 18 LVCæ Euangelistæ.
laba 21 VRsulæ, et Soc. Virginum et Martyrum.
28 SImonis, et Iudæ Apostolorum.

Otia) 1. Vacationes autumnales.

Frange) Misce, et tempera otia leuiusculis humaniorum literarum negotijs, ne aut ingenium graui, & assiduo labore nimium lassescat, aut nimio prorsus otio torpeat, & hebescat.

Pedum modulis) carmina texendo, & amœniores musas excolendo.

Vrbana lucra) 1. progressus Academicos, dum grauioribus studijs operam damus.

Rus) 1. rurestre otium, vacationum enim tempore, vt moris est Academijs vrbanis ad otiandum foras exitur.

NOVEMBER dies habet 30.
SAt, DE me CARa tibi, tegens MARtine NOVEMBRIS
Lux, ob id vt PRAE te nil duCAT sidera titAN.

FESTA *Nouembris*.
Disticho comprehensa.
Die, 1 SAnctorum Omnium.
& 2 Defunctorum Commemoratio.
Syl. 4 CARoli Archiep. Mediolanensis.
laba 11 MARtini Episc. Turonensis.
21 PRÆsentatio Beatissimæ Virginis.
25 CAThatinæ Virg. & Martyris.
30 ANdreæ Apostoli.

De me cara) 1. abscinde tibi pallij tui partem licet ea tibi cara sit, vt eâ pauperem induas.

Sat tegens) 1. adhuc altera discissi pallij pars te satis operit.

Nouembris lux) quia dies festus D. Martino sacer vndecimum huius mensis diem illustrans, Mensem ipsum exornat, ac splendidiorem facit.

Ob id) 1. dum, vt inopi consuleres, te ipsum spoliasti, factus es tam nobilis ac illustris, vt stellis & Sole ipso speciosior, ac pretiosior euaseris. Videatur in hanc rem Pulcherrimum doctissimi, ac disertissimi P. Masculi Encomium *tom. 1. die 11. Nouemb.*


DECEMBER dies habet 31.
NeXA gelu quoNIAM, CONCretaque barba DECEMBRI,
Mi tuus his THOrax vtiNAm siet, IOb, IN abysSis.

FESTA *Decembris*.
Disticho comprehensa.
Die, 2 XAuerij Francisci Ind. Apost.
& 6 NIcolai Episc. & Confessoris.
Syl. 7 AMbrosij Episc. & Doctoris.
laba 8 CONCeptio Beatissimæ Virginis Mariæ.
21 THOmæ Apostoli.
25 NAtiuitatis Iesu Christi.

26 STEphani P. otoma. tyris.
27 IOannis Apost. & Euangelistæ.
28 INnocentium Mart.
31 Silueſtri, Papæ, & Conf.

Nexa gelu &c.) quia December barbam ipſum habet imbre madidam, niue candidam, & glacie gelidam, quæ tempeſtatis hybernæ præcipua indicia ſunt.

Mi tuus &c.) i. vtinam, Sanctiſsime Iob, thorax Patientiæ tuæ mihi quoque præsto ſit in hisce ærumnarum abyſsis, ac temporis intemperie, vt armis tuis armatus aduerſa omnia patienter perferam. Sua enim habent Christi milites Arma, & Præſidium, quæ Copioſiſsimè, vt cætera ſolet omnia, in ſuo Præſidio Romano ſumma cum eruditione Io. Petrus Crescentius, *Quo, vt Corona Nobilitatis Italiæ, & Amphitheatrum* ipſum *Romanum* iam nunc toti teſtantur Orbi, *non ingeniosior, & facundior alter*.



Legiſti Lector Candide Doctiſsimi Paſſerini Calendarium: ingenium Authoris veneratus applauſum & admirationem pependiſti. Ergo perge vlterius, vt cetera, quæ te docet Aſtronomicus Apollo adiſcas.

De Indictione.

CCCXIII.



EST Annorum xv. reuolutio ob tributa inuenta. A 24 die Septembris incipit ex Imperatorum decreto: quo videlicet tempore ob frugum maturitatem tributa optime pendi poſſunt. Pontifices verò, vt cum annis Natiuitatis Christi concordaret à 25 Decembris illam computant. Scire hoc debent Tabelliones actuarij & Notarij Pontificij & Cæſarei, ne in deſignandâ oberrent.

Chriſtus natus eſt Indictione iv. Ergo, vt ſcias Indictionem anno correſpondentem, annis æræ Chriſtianæ adde tres annos, & reſultantem numerum diuide per 15 & reſiduum erit quæſita Indictio. Quæratur iuxta hanc Regulam Indictio anni 1582.

Annus Christi.	1582
Numerus addendus.	3
Summa	1585
Et diuiſa per 15. dat	105 (10)

Ergo ab anno illo, cuius reſpectu primus Christi fuit quartus ad annum 1582 tranſierunt 105 integræ reuolutiones, & ſuperſunt 10. anni. Ergo anno 1582. Indictio eſt 10. Similiter hoc anno 1661 Indictionem quæramus.

Annus Christi.	1661
Numerus addendus.	3
Summa.	1664
Et diuiſa per 15. dat	110 (14)

Ergo ab eodem illo tertio ante Chriſtum anno ad 1661. fuerunt 110. integræ reuolutiones, & 14 anni. Hoc igitur anno 1661. eſt Indictio 14. Regulam hanc Chronographi ad numeros ſequentes reducunt.

Si tribus adiunctis Domini diuiſeris annos,
Ter tibi per quinos, Indictio certa patebit.

Etiamnum Indictiones in vtroque foro (Pontificio & Cæſareo) numeramus. Sed cur? Quia ſic ſolebat fieri, cum ſpberat ratio.

De Quadrageſima.

CCCXCIV.



IEIUNIUM Quadrageſimale à Cinerum die, quæ in feriam iv. poſt Quinquageſimam incidit, ad diem Paſchatis excluſiuè protenditur: haberque Dominicas ab initio Miſſæ, quæ in illis cantatur, notatas. Dicuntur enim I. *Innocauit*, II. *Reminiſcere* III. *Oculi*, IV. *Lætare*, V. *Iudica* (Paſsionis) VI. *Oſſana* (Palmarum)

Vt notarentur hæ Dominicæ Germani has dictiones poſuerunt. *Ins Richters Ofen Liegen lange Palmen.*

Latini has. *Mors Imperat Regibus, Odiſam Linguam Iudæcas Omnipotens.*

Sententia Latina eſt opportunior, nam Germanica tantùm deſignat Dominicas, Latina autem & ferias numerat, nam prima dictis *Mors*, quatuor ferias ante Quadrageſimam exhibet: & reliquæ ſunt heptagrammatæ, vt hebdomadæ diebus reſpondeant: quas ad verſus ſequentes reduximus.

Mors Iuuenes Repetas: Ornabit Laurea inermes Palma-ue.

Poſteà ſequitur Paſcha, quod à tempore verno, in quod incidit, *Paſcua deflores*, ab Hiſpanis vocatur.

De Aduentu.

CCCXV.



PRima Aduentûs Dominica, aut eſt Dies S. Andreæ, aut Dominica huic feſto proxima. Conſidera ſequentes numeros. *Nouemb.* 27. 28. 29. 30. *Decemb.* 1. 2. 3. b c d e f g A.

Si

Si enim litera Dominicalis sit B. prima Aduentûs Dominica erit die 27: si C, 28: si D, 29: si E, 30: nempe ipsa Sancti Apostoli die si F, 1 Decemb. si G, 2: et tandem, si A, 3.

Nihil, vt puto, potest clarius tradi. Interim Clauius, et ex eo Origanus *tom. 1. Ephemeridum*, qui Introductorius est, *part. 1. cap. 4. pag. 86. §. Finitur.* hanc Regulam ingeniosè obnubilant. Verba Origani dabo.

[Iuxta doctrinam Clauij *cap. 7. libr. 3. Apologiæ*, in Indicis 7. articulis fiat numeratio, et in radice indicis collocetur 27. iuxta versum,

Viginti septem sibi radix Indicis aptat.

in secundo articulo 28, in tertio 29. in summitate 30. post in quinto articulo sub vngue 1, in sexto 2, in septimo 3: ac tandem iuxta initiales literas cuiuscumque dictionis harum septem in versu,

Bella etere dolo, & ferro Germanicus audet.

quæ literas Dominicales denotant inchoatâ numeratione similiter à radice indicis, de die in quem cecidit litera Dominicalis pronuntietur.]

Et posteà exemplum addit pro anno 1595. cuius litera Dominicalis in veteri Calendario est E. quæ notatur dictione *Et*, cadente in verticem Indicis, affectum numero 30. Ergo cadit Aduentus in 30. Nouembris.]

Hæc Regula est eadem, ac præcedens: sed illa videtur facilior. Addam nihilominùs aliam, quæ expeditior, et memoriæ accommodatior sit. Scribo hos numeros.

BVrrVs e VIXIt. ᴗ ᴗ – ᴗ – ᴗ

Literæ Arithmeticæ dant 27. Ergo quando litera Dominicalis est B. prima Aduentûs Dominica incidit in 27. Nouembris. Cætera sequuntur ex ordine. Ergo C 28. et D. 29. etc.

De Canicularibus.

CCC XCVI.

OMNES loquuntur de diebus Canicularibus, et quid hoc nomine intelligatur, rari sciunt. Astronomi variè Sirium considerant, et ideò variè Caniculares numerant. Aliqui medium huius calidissimi et insalubertimi temporis in Calendis Augusti constituunt, & per medium hinc, medium inde mensem extendunt; vnde versus fuit conditus.

Margar Caniculas, Assumptio terminat illas: Origanus *loc. cit. pag.* 87: putat debere Caniculares dici dies, quibus Sol signum Leonis calidissimum & siccissimum peragit: quo respexit, qui composuit hunc versum.

Margaris os Canis est, caudam Laurentius effert. quod saltem quoad finem, verum, in Calendario Iuliano: at in Gregoriano addendi veniunt 10. dies. Anno 1664. Sol init Leonem die 22. Iulij, Sanctæ Mariæ Magdalenæ sacro: & inde exit die 23. Augusti, qui in S. Bartholomæi profestum incidit. Ergo Caniculares dies hoc carmine determinemus.

Magdalis initium, finem dat Bartholomæus.

Diebus his Canicularibus in Italiâ, Siciliâ, Hispaniâ, & Australibus omnibus regnis cessant Scholæ; singuli optant manere domi, & qui iter agunt, etsi noctu, periculo manifesto se exponunt.

De Astronomicis Stellarum nominibus.

ARABICORVM Characterum Abacus cælestis est: literæ enim in Solares & Lunares diuiduntur. vnde in Astrologiam Iudiciariam plurimæ superstitiones irrepserunt, & vocabulorum corruptiones, quæ si forté casu aut ignorantiâ acciderunt, ingeniosè excusantur. Otio indigerem, vt de hoc argumento edisererem, interim, quia in Hipparchi Abaco consignata Stellarum vocabula, tam corruptè à Turcis & Persis leguntur, vt internosci à Græcis & Latinis vix queant; aliqua in exemplum produco.

Hipparchus, Astronomorum Princeps, ipsis est *Ibbarchus*, aut etiam *Abrachis*.

Syntaxis magna Ptolæmæi, ΜΕΓΙΣΤΗ Græcè, Arabicè addito articulo אל, et alteratis vocalibus est *Almagestum*.

ΗΡΑΚΛΗΣ, Hercules, Arabicè *Abrachelens*.

ΑΠΟΛΛΩΝ (alijs Pollux, qui Geminorum est superior) Arabicè *Aphelar*, vel *Aphellar*; et magis corruptè *Abelar*.

ΟΦΙΟΥΧΟΣ Arabicè *Apheichus*, vocalibus omnino mutatis.

Vltima Eridani; quam Hebræi dicere solent *Atharon hannahar*; Arabes vocant *Achiron-nah-rt*, et per compendium, aut vocis corruptionem *Acharnar*.

Scorpius à Rabbinis nominatur *AKrabb*, sed à Saracenis *Alacrab*, aut *Alacrabo*. Aliqui scribunt *Alatrab*, sed labuntur *c* in *t* sine fundamento mutantes.

Lepus, Hebraicè *Arnebbeth*, Arabicè *Elarneb*, vel *Elarnebo*.

Multa alia similiter corrupta leguntur, quæ ex præcedentibus possunt intelligi. Hæc igitur meo Philomuso didicisse sufficiat.

APOLLO

ECHETICVS.

Obloqui in hos numeros frustra conaberis: hæc nam
Nomina, ne frangas, fracta fuere priùs.

CCCXCVII.



Vccvrrit primo nomen ipsum. *Eco* apud Hispanos dat in plurali *Ecos*, aspiratione omissâ; ipsi enim hanc literam *ch* aliter, quam Latini proferunt, vt videre est in vocibus, *ducho*, *hecho*, *pronecho*. Vocatur à Latinis *Echo*: & declinatur vt *Sappho*, videlicet, N. *Echo*. G. *Echus*. & in cæteris casibus *Echo*. Qui in Acc. plur. dicunt Echos ΗΧΟΥΣ, videntur hunc casum non à recto singulari ΗΧΩ, sed ab ΗΧΟΣ hoc est *sonus* deducere. Alij hanc vocem Latino more variant, & dicunt *Echo*, *Echonis*, *&c.* ne recedant a paradigmate *Sermo Sermonis*. Græci vocem ab Hebræis acceperunt, sunt enim in linguâ sanctâ multæ, quæ potuerunt hanc Græcam producere, nam יכח est *argumentatio* aut *increpatio*. & forte hinc Echo nomen traxit, quod illa nobiscum videatur argumentari & disputare. Vox קול *chol* vocem significat: & החול *Achol* vocem determinatam: & frangendo & excidendo à cæteris literis *lamed*, manet הקו Acho, græcè ΗΧΩ, *Vox fracta*. Creditur habitare inter montes, & hanc ob rem Tragelaphus, aut etiam quæcunque bestia se ox vocatur אקו *Acho*....

Aliter de Echo Poetæ, & aliter Physici philosophantur. Illorum sententiâ Nympha fuit, quæ cùm à Narcisso, quem deperibat, sperneretur, longo mœrore contabuit: & demum in saxum conuersa nihil prioris formæ retinuit præter vocem. Nemini est molesta, nullum interogat, vniuersis respondet. Ouidius Theologiæ Ethnicæ tertio metamorphosin huius Nymphæ eruditè describit. Sæpe illum Latinè eloquentem audiuimus, at nunc labore & industriâ Andreæ de la Aguillara Italicè cantantem audiamus.

Diss'ei bramoso di sapere il resto
Poi che tu sai chi godiamci insieme
O come volentier rispose à questo
Che sopra ogni altro affar questo le preme
Dice, Godiamci insieme, & esce presto
Del bosco, e si discopre, e piu non teme
Che quel parlar da manifesto auiso,
Che lui potrà goder del suo Narciso
Mentre al collo sperato ella distende
Per volerlo abbracciar l'auare braccia
Da quegli abbracciamenti ei si difende
Quando fugge da lei quando la scaccia
Non t'amo, ei dice, ella il parlar riprende
E dice. T'amo, e poi forz'è, che taccia
Ne amarti voglio, ei segue, e la rifiuta
Dice ella. Amarti voglio, e poi sta muta.
Narciso al fin si fugge e non la vuole
E da giouane e sciocco si gouerna
Ahi come ella fra se si lagna e dole
Vendosi si bella, e ch'ei la scherna
E s'hauesse l'antiche sue parole
E potesse dar fuor la doglia interna
Pianger fariano i suoi muti lamenti
La terra il cielo e tutti gli elementi.
Quanto sia la sua vita aspra, e noiosa
Mostra lo stratio de le chiome bionde
Si batte e graffia, e comparir non osa
Fra l'altre, e nelle selue si nasconde
Si viue in qualche grotta cauernosa
Doue tal volta all'altrui dir risponde
E cresce ogn'hor più l'amoroso foco
Che l'arde, e la consuma apoco apoco, &c.

Sed Philosophi, qui causas rerum omnium indagant, Echo esse vocem fractam affirmant; & qui subtiliùs & accuratiùs rem edisserunt, nolunt eam vocem realem & veram esse, sed fractam vocis præcedentis speciem, quam appellant *imaginem*. Valerius Flac. in Argon.

Rursus Hylan, & rursus Hylan per lōga reclamat
Auia, responsant sylua, & vaga certat imago.

& Ho-

& Horatius.
Quem Deum cuius cecinit iocosa Nomen imago.
Iustus *lib. 24. Epigramm. de Echo*, quam sit difficile Echo describere insinuauit hoc carmine,
Et, si vis similem pingere, pinge sonum.
De Echus causis multi Authores scribunt, videri poterunt Aristoteles *sect. 1. problem 22.* Lucretius *lib. 4.* Quint. Curtius *lib. 5.* Euripedes *in Hecuba*, Ouidius *lib. 3. Metamorph.* Rab. Moyses Balmod. *in Philosophia Thalmudica*, & Iudæi alij. è nostris Franciscus Herrera, exponens Eclogam II. Garcilassi *fol. 566.* D. Petrus de Velasco Puertocarrero *in suis Rhythmis*: *Canto 3. Estancia 12.* & alij multi.
Contingit autem Echo, cùm in valle vltima syllaba dictionis frangitur, vt videre est in hoc Hexametro ad Choram.
Sis mihi grata decora Chorataq; ignobilis illis.
Vnde verissimè & appositissimè Ausonius Gallus,
Commoritur Marcisse tibi resonabilis Echo
Vocis ad extremos exanimata modos.
Et pereuntis adhuc gemitum resequuta querelis
Vltima nunc etiam verba loquentis habet.
Non omnes voces reddunt Echo, sunt enim nonnullæ tam asperæ, vt non mereantur ab hac Nymphâ responsum. Hinc est quòd meritò vocem in Polyphonam, & Polyphemiam diuidamus: illa est quæ multos sonos reddit, ista quæ nullos; dicta à Gigante Polyphemo, qui nullam in vallibus & syluis voce suâ Echonem excitabat. Lucianus *Dialogo de Deis & Galathea*, sic inquit. *Echo quamuis garrula, nec respondere quidem ipsi* (puta Polyphemo) *rugienti voluit, imò pudusset ipsam, si asperum & ridiculum eius cantum imitari visa fuisset*. Consonat Moscus *Eccl. 3.* & multi antiqui. Quos non legerat D. Ludouicus de Gongora, qui *in sui Polyphemi ogdoastiche XI.* sic ait;
Cera y cañamo vnio, que no debiera,
Cien cañas, cuyo barbaro ruydo
De mas Ecos, que vnio cañamo y cera
Albogues duramente es repetido,
La selua se confunde, el mar se altera,
Rompe Triton su caracol torcido:
Sordo huye el vagel à vela y remo;
Tal la musica es de Polypheme.

Echvs Leges.

CCCXCVIII.

PAucæ sunt, sed dignissimæ scitu. Prima. *Integram Echo vocem ne repetito, nisi significatione mutata aut alterata*. Hinc est *Amor* nomen, et *Amor* verbum posse sibi respondere; si autem vtrobique essent nomina, aut vtrobique verba, non posse.
Secunda. *In polysyllabis accentum acutum ne mutato*. Quando Echo vnam aut duas refringet syllabas, vt cùm dicimus *Maximus, imus*. falsa res est; quia in vnâ aut duabus accentus syllabis non percipitur: at quando tres vel plures franguntur aut repetuntur, habenda accentûs acuti ratio est, vnde hæc carmina, cùm illam maxime videntur habere, Echo carent.
Carmine Æneam decoro decoro:
Tu metris Gratos celebres celebres.
Pauca si Parca dederunt, dederunt
Plurima Musa.
Tertia. *Echo similitudine contenta esto*. Hinc est, quod literæ similes licite commutentur, vt B in V, Th in T; I in Y, K aut Q in C durum, Ph in F: aut contra. Transit etiam simplex in duplicem, adspirata in lenem et contra: aut patet in istis exemplis. *Princeps, vt adiuet, iubet*. *Scientias Athenes tenes*. *Philosophorum* forum. *Dic, quantus est Cæsar, cui nobiles assurgunt?* Summus. *Quid Anglo negabitur Dracoqui fuit Nautta maximus?* humus.

Echvs Divisio.

CCCIC.

SI numerum refractionum respiciam, Echo est multiplex. ΜΟΝΟΦΩΝΙΑ, vocatur Echo simplex, vt, *Dabitur nobis* ouis. ΔΙΦΩΝΙΑ, Echo duplex, vt, *Erit altas maximus*, imus mus. ΤΡΙΦΩΝΙΑ, Echo triplex. vt *Compofueris*, posueris, veris eris. ΤΕΤΡΑΦΩΝΙΑ, Echo quadruplex, vt *Concelebramus*, celebramus, Ramus, hamus, mus. Sic in posterum à refractionum numero Echo denominatur. Sed quot, quæso, Echones successiuæ esse possunt? Vltra septem non admisere Veteres, et ideo Cyzica turres, et porticum Olympiam celebrarunt. Vnde Lucretius,
Sex etiam aut septem loca vidi reddere voces,
Vnam cùm faceres: ita colles collibus ipsi
Verba repulsantes iterabant verba referre.
Si contextum Orationis respiciam, Echo diuidam in Affirmatiuam & Responsiuam. Hæc interroganti respondet, illa complet afferentis dictionem. Pono exempla.
In Syluis Echo cur ita clamat? amat.
Ecce interroganti illa respondet. Et quia hæc dies, qua hæc scribo D. Bernardo est sacra, subscribo has lineas, vt Echo assertiuam exponam.
Dum claris aris, Bernardus Nardus odore
Ore refers effers munera magna tuis.

Tar-

Tartareisque reis fortis dominare, minare;
Qui tibi (*quando alijs maximus*) imus *eras*.
Qualis vallis bias. *Cælos meritis*: & Iris
Ipse videris; eris *fulgidus orbis honos*.

Interim semper Responsiua omnium votis Assertiuæ est prælata.

MVSA PHYSICA.

CD.



EDIDIT P.Athanasius Kircher ingenij felicissimi Vir, Romæ, anno M.DC.XL. Vniuersalem Musurgiam, hoc est, Artem magnam consoni & dissoni: & Tom. 2. lib. 9. p. 4. de Magiâ Phonocampticâ disputat, & exponit reflexæ aut etiam fractæ vocis prodigiosa miracula, Eum sequor, & quæ ab ipso vberiùs dicta, ad has paucas positiones reduco.

Est Echo, vt P.Athanasius ait, vocis imago: quod & firmat Virgilius, apud quem *saxa sonant, varijsque offensa resultat imago*. Geometriæ ope Echo est inuestiganda: & inter eos, qui Echometriam scripserunt, primus creditur fuisse Blancanus. Proponit Kircher Definitiones, Axiomata, Hypotheses, Postulata, Data, &c. & addit Prolusiones nonnullas, & in primæ titulo, esse sonum lucis simiam affirmat. Vt hanc assertionem tueatur in Philosophiam penitiorem ingressus explicat, quid sit sonus? reijcit eorum sententiam, quæ duorum solidorum corporum collisionem requirit. Aquam soni esse subiectum, & pisces audire asseuerat. Sonum cum lumine componit: nam, vt æstimat, lumen eâdem ratione oculis, ac sonus auribus illabitur. Subscribit Coniectaneum, & in ipso soni intra & extra aquam grauitatem metitur.

Prolusione II. de obiecto Phonocamptico disputat; Echûs abditam vim esse demonstrat, & Cæciliæ Metellæ superbum sepulchrum producit, de quo Boissardus in Topographiâ Romæ sic scribit.

(Metello um Sepulchrum, inquit, forma rotunda ex quadratis facta marmoribus candidis instar amplissimæ turris, intus concaua, & superiore parte aperta, cuius muri crassi sunt circiter 24 pedum, ea mœnium angulo adiacet, in cuius circuitu incisa sunt marmorea boum capita cute & carne nudata, vt in sacrificijs fieri solitum erat, quæ continentur lemniscis fasciarumque inuolucris, coniungentibus fructuum, florum ac foliorum congeriem, festones vulgo appellant, & in interuallis patinæ repositæ sunt Sacrificiorum; Capita boum ferè sunt ducenta, ideo *Capo di boui* vocatur; voluntque Antiquarij geminam Hecatomben factam esse in funere celebri Cæciliæ Metellæ, cuius nomen in fronte Sepulchri legitur, in ingenti marmorea tabula versus portam arcis Prætorianæ. Cæciliæ Q.Cretici F.Metelli Crassi. Ad radices Collis in quo turris ædificata est, siquis integrum versum heroicum pronunciet, Echo admiranda eundem reddet versum & articulatum sæpius. Ego Virgilianum illud primum Aeneidos distinctè repeti octies integrum audiui, et postea confuse aliquoties. Nusquam gentium eiusmodi Echo auditur: quæ ideo tanto dicitur excitata artificio, vt in funere huius Cæciliæ plorantium eiulatus, exclamationes et planctus funebres in immensum multiplicarentur, dum Hecatombe illa celebraretur duplex, et ludi funebres in honorem Matronæ præberentur.) &c.

Addit Kircher Echo non esse in puteis tecto instructis: et rationem, quæ Echo illinc proscribit, inquirit. Explicat, cur putei resonantes sint, ad aquam quæ reflexioni aptissimum est corpus recurrens.

Prælusione III. agit de medio Phonocamptico, siue de lineâ actionis. Illud ait esse duplex; Physicum et Mathematicum. Agit posteà de celeritate soni, quâ medium transit, siue de spatij phonici quantitate. Ostendit magnam esse difficultatem in designando spacio Echo correspondentem. Vult species soni, aëris vndatione deferri. Cur Echo noctu perfectiùs, quàm interdiu percipiatur exponit. Probat Echo monosyllabam spacium 110. pedum Romanorum exigere. fatetur tamen, auram, vapores, etc. experimenta alterare et mutare.

Hinc venit ad Echometriæ caput I. et canones seu regulas quasdam necessarias præmittit. Illas poterit curiosus Mathematicus legere ibidem, si velit.

Capite II. agit de Phonurgiâ Echonicâ, siue de Echonibus artificiosè constituendis et fabricandis. Et Problemate V. hanc Tabellam producit,

Re-

Refringitur aut reflectitur Echo;

Monosyllaba post pedes	100.
Dissyllaba	190.
Trisyllaba	270.
Tetrasyllaba	350.
Pentasyllaba	430.
Hexasyllaba	515.
Heptasyllaba	620.

quam pulchris figuris æri incisis exponit.

Capite III. differit de acusticorum instrumentorum fabricâ et architecturâ. Pronunciat per canales imò etiam per trabes ob longas, mirificè sonum propagari. Quærit, verùm vox canalibus arctè inclusa ibidem aliquo temporis spacio permaneat? Et quidem affirmanti sententiæ nec deesset ratio, nec authoritas; quia datur modus conseruandi lucem, cur non et sonum etiam? et hunc seruari posse tenent Baptista Porta, et Cornelius Agrippa. At, quia nos docet experientia contrarium, stabimus pro negatiuâ. Addit et probat Kircher vocem per tubos circulares meliùs propagari vehementiusque intendi, quàm per rectos. Capite IV. Theatrum Vitruuianum et Villam Simonettæ apud Mediolanum describit. Et ex Vitruuij *libr. 5. cap. 5.* has lineas dignas, quæ ligantur adducit.

Itaque ex his indagationibus mathematicis rationibus fiunt vasa ærea oro ratione magnitudinis Theatri, eaque ita fabricentur, vt cum tanguntur, sonitum facere possint inter se diatessaron, diapente ex ordine ad disdiapason. Postea inter sedes theatri, constitutis cellis ratione musica ibi collocentur, ita vt nullum parietem tangant, circaque habeant locum vacuum, et à summo capite spacium, ponanturque inuersa, et habeant in parte, quæ spectat ad Scenam, suppositos cuneos, nè minus altos semipede, contraque eas cellas relinquantur aperturæ inferiorum graduum cubilibus longæ pedes duos, altæ semipedem. Designationes autem earum quibus in locis constituantur, sic explicentur. Si non erit ampla magnitudine theatrum, media altitudinis transuersa regio designetur, et in ea tredecim cellæ duodecim æqualibus interuallis distantes conforniceentur vti ea Echæa, quæ sup ascripta sunt ad netem hyperboleon sonantia in cellis; quæ sunt in cornibus extremis, vtraque parte prima collocentur; secunda ab extremis diatessaron ad netem diazeugmenon; tertia diatessaron ad netem parameson; quarta diatessaron ad netem Synnemenon; quinta diatessaron ad meson; sexta diatessaron ad hypaten meson, in media vnum diatessaron ad hypaten hypaton. Ita hac ratiocinatione vox à Scena, vti à centro profusa se circumagens, tactuque feriens singulorum vasorum caua, excitauerit auctam claritatem, et concentu conuenientem sibi consonantiam.

Agit posteà *pag.*291. de aure Dionysij Syracusis superstite, & *pag.*293. de ædificio Papiæ superstite, in quo multæ immodo dum vocum reflexiones audiuntur: de quibus Cardanus libr. 18. de subtilitate, in quo de mirabilibus disputat, hæc habet.

Tertium vigiliæ genus purum est, ac syncerum, in quo tamen multis modis mira videre contingit: velut cum Echo resonat, tum maximè multiplex, contingit, vt quandoque septies voces reddat. Noctu id mirum in modum admirabile est, & nisi vulgata res esset, quemcunque posset perterrefacere, adeò voces perspicuas, ac tardè quandoque reddit. Causa est aer, qui à planis repercutitur, cauisque non enim nisi antra, aut muro resonant, resonant autem ex vetustis, & magis procul, quàm propè: Elidi vocem in Echo necesse est, ac plano intermedio referri. Multiplex est persæpe: nos triplicem audiuimus. Non solùm multiplicis vocis, aut septies redditæ exempla antiqui cognouerunt: Verum in Papia, Ticinum olim basilica magna, vocant Salam Itali, quæ iuxta arcem ciuitatis ex ostio toties remittit voces, vt numerare nequeas, quandoque decimatertia vox exaudiretur: aderant testes multi, & inter cæteros medicæ artis professor egregius Melchior Malheuser Germanus, noster discipulus. Credidisses ab aliquo responderi, aut deludi: Emoriuntur sensim voces, ac desinunt: Vnde mirum in modum, Ahime, quod sonat Latinè, heu, refertur: velut morientis, ac deficientis vox. Quadrata hæc est ædes, & fenestris patulis pluribus, in superiore à lateribus illuminatur. Cæterum frons, & paries ex aduerso positus integri sunt, nisi quod in fronte ostium adest, longitudo pedes circiter centum, latitudo 25. fermè: resonat & multiplex vox si iuxta parietem alterum ex aduerso ostij steteris. Videturque ex sublimi tunc ostij parte reddi. Itaque ex vtroque latere, & maximè extra ostium ipsum stantibus vox resonat, in medio nequaquam. Vnde nemo dubitare potest, vel Dæmonem esse aut Sycophantiam. Nam vix Echo credi potest, adeò clarè, adeò expeditè, adeò sæpè, ac ordine certo voces omnes exaudiuntur. Altitudo, dimidio, vt reor latitudine maior; excelsa enim hæc est basilica. Ita describere placuit, vt sciant homines, vbi talia experiri conueniat; aut si libeat exemplum aliud instaurare. Accepi ab adstantibus, olim

ante

ante ostium fornicem porticus è regione positam fuisse, cuius etiam magna pars superest; multoque melius solitas reddi voces stantibus extra ostium sub fornice, multoque locupletius, ac maiore fœnore, vt quæ tricies quandoque resonarent: certum est, vt celerius proferrur, maiorique ac coucitatiore voce, ita clarius, ac frequentius reddi.

Posteà *Pragmatia* I. pag. 295. docet Principum aulas ita disponere, vt nihil tam submissè dici possit, quod non audiatur, vel in eodem, vel in alio conclaui. *Pragmatia* II. fabricam ita disponit, vt sonus in duobus tantummodò locis oppositis, atque in nullo alio medio audiri queat. *Pragmatia* III. aulas in parabo, licas superficies deducit, vt auris certo puncto constituta quodlibet submissè prolatum percipiat. *Pragmatia* IV. Hyperbolicam fabricam erigit, sonos congregantem. *Pragmatia* V. aulas fabricatur ellipticas sonos mirificè intendentes. *Pragmatia* VI. Ellipsim acusticam in palatio conformat, vt duo Principes in separatis conclauibus constituti de quâcumque re tanquam præsentes possint colloqui. *Et tandem pag.* 397. statuam confici posse, ait, in medio aëris pendulam, sonos quoslibet tam articulatos, quàm inarticulatos, perfectissimè pronunciantem.

Hæc sunt, quæ Musa hæc prima sub initium insinuare suo candido Lectori voluit, vt rerum Physicarum gnarus ad Metametricam, aut Metamusicam venire possit.



MVSA II. GRAECA.

CDI.



Vnt, qui Echones veteribus inuident, & aiunt à Iunioribus inuentas esse: contra illos disputare non volo, sed Musam hanc secundam produco antiquissima carmina ad Echonem conformata adducentem.

Exstant enim veteris æui carmina, quæ Archio aut Archiæ poetæ adscribuntur, est autem iste, qui ædificauit Syracusas; aut Antiochenus ille, quem defendit Cicero, & ornatissimâ dictione celebrauit: aut Hyblæus, aut Mitylenæus, aut alius quidam, nostris Poëtis multò senior & antiquior.

MVSA III. HISPANA.

CDII.



Ietar nostri Echûs suauitate & elegantiâ delectantur. Multa possem illorum Carmina proponere quibus dictionum fractio, aut etiam reflexio gratiam addit; sed sufficiat paucula produxisse, vt genius Authorum cognoscatur.

SONETO,

Al nascimento de nuestro Redentor.

EL mas querido y inflamado	Amado
Puesto en el duro, y sin consuelo	Suelo,
Suffre por mi de tierra y cielo	Yelo,
En vn pesebre desechado	Echado.
Esta por veerme dasatado	Atado,
Y por tener de mi recelo	zelo,
Y del dolor, que no me duelo,	Duelo,
Llora mi culpa y desdichado	Hado.
En vn pobre por al desierto	Yerto,
La luz, do su grandeza encierra,	Cierra;
Y destila con dulce lloro	el Oro.
Que quanto encierra en su tesoro,	es Oro,
Y quanto de su Amor destierra,	es Tierra,
Y es amor lo que el ama cierto	Acierto.

SONETO.

A la Circuncision de nuestro Saluador.

AVra algun alma en tal blandura	Dura?
Que con tu ley no se comida,	o mida,
Viendo tu carne tan querida	herida,
Por aplicar a su locura	Cura.
Sangre que hazes la tierra impura	Pura,
Do el Alma pobre y sin manida	anida,
Por quien la muerte introducida	ida
Entro la vida, y la ventura	tura.
Vuelue mi corazon de immundo	Mundo,
De humano celestial, de insano	sano,
Y siempre en el, pues te enamora,	Mora.
En ti mi bien desde el profundo	fundo,
Pon en mi ayuda dulce Hermano	Mano,
Qualquier sazon, qualquier deshora,	es Hora.

SONETO.

De la Santissima llaga del Costado.

DEuota voz, que no eloquente, Cuente,
La llaga amada, la querida Herida,
Donde el Amor en su manida anida,
Y que otro en ella se le assiente, siente.
A tan hermosa y rica fuente, Vente,
Porque da a vn Alma no debida Vida,
Conque queda, si mas querida, herida,
Paraque herida, mas valiente aliente.
Tiene con ella en el despecho Pecho,
Tiene en todo feliz desuerte, suerte,
Que sabe, que en estando entierra, Yerra.
Celo la tira, la destierra Tierra,
No la paga (que tiene pecho) Pecho,
Y assi merece Dios su muerte, verte.

Duo priora Epigrammata reperiūtur apud Rengifum *cap.* 71. tertium confeci puer; & ne periret, debuit alijs subscribi.

Salmanticensem Vniuersitatem apparatu festiuo Principis Balthasaris Philippi IV. Regis Hispaniæ filij natiuitatem celebrantem alloquitur quidam Eruditus Parnassi cliens his verbis.

SONNETO.

MAdre de ciencias, afamada amada,
Si Apolo hermoso en tu manida anida,
Ya nueuo sol te da de vida vida,
Porque a su luz, tu luz sagrada agrada.
Pues siempre triunfas atosada osada,
Nunca de Febo la querida ida,
Te huya, y quando se comida mida,
Que vade ti, si desterrada errada.
Tu voz, a quien se desenfrena, enfrena,
Quiebra al Zoilo inobediente diente
Quando tan docta, no disuena, suena.
Quando tus fuerzas combatiente tiente,
Tu sol venere la Agarena arena,
Tu gloria vn Angel eloquente, cuente.

CDIII.



ADDAM duos Sonetos, quos Viennæ in Austriâ Reuerendissimus P. Didacus Quiroga Capucinus, Mariæ Imperatricis Confessarius nobis communicauit, vt nostram & aliorum erga Reginam Angelorum deuotionem intenderet.

SONETO.

GRanada hermosa, que en estrecho trecho
Granada ya sin dar dentera, entera
Y limpia estas, en la primera hera,
Pagando al Cielo sin despecho pecho. (1)
Esto fue en Celestial barbecho hecho;
Y quien Diuina luz tuuiera, viera,
Que Dios te sella, qual sincera cera,
Dando a tus sombras de su elecho el hecho. (2)
A ser tu grano el Ser Diuino vino;
Su gracia en ti como en esposa posa
Resplandeciendo con frescura escura. (3)
Granada Dios te dio contino tino,
Y assi quedaste qual grandiosa Diosa,
Y eternamente tu ventura tura. (4)

Fuit hic Sonetus à Margarethâ Augustâ, Serenissimâ Philippi III. Hispaniarum Regis Vxore concinnatus. Virginem-Matrem concipit sub specie Granatæ, & constans symbolo de eius puritate discurrit. Maria Imperatrix Matris suæ Margarethæ deuotioni insistendò, hanc Echo scripsit.

SONETO.

MAr de gracias en callada allada,
Sin que de culpa el emprestado estado
Dexasi Virgen tu collado hollado,
Estas por gracia de enalzada alzada. (5)
Vaxo aqui Dios por tu sagrada grada
A darte assiento en su comprado prado
Donde oy te tiene en regalado lado
Sobre su brazo repechada hechada. (6)
Dentro del seno de la cana Ana,
Queriendo, dar a mi locura cura,
Oy Dios te viste de galana lana (7)
En ti se ablanda mi verdura dura;
Y assi por ser de peste sana, sana
Mi mal, que en ti qualquier ventura tura. (8)

Sic Augusta veraque (Parens, Filia) de Immaculatâ Virginis Conceptione disseruit.

(1) *Granatam Margaretha ob oculos hominum ponit, ut Deipara pulcherrimam imaginem exhibeat. Granata, præter vegetatiuos rubinos nihil habet; nihil Virgo præter dotes & gratias Christi sanguine purpurascentes.* Granada *in primo versu est nomen substantiuum, in secundo adiectiuum.*

An nondum mea lingua vicit? *icit*.
Quisnam corporis iste sulcus? *Vlcus*.
Cur hiscit tibi quæso rictus? *ictus*.
Certe hæc vulnera facta ploro, *Loro*.
Hem loro tibi faux premenda, *menda*.
Tace putide funge, sueue, *va, va*.
Quid vox flebilis ista plorat? *orat*.
Tua vt contegat ossa gramen? *Amen*.

Alia Iacobi Lom. in promotionem trium Doctorum S. Theologiæ.

CDXX.

DOctorum Triadi, Musę, Charitesque decorę,
Dum texunt sacra Biblica serta manu,
Fors ego secreto conuallia læta recessu,
Et solus capto per loca sola viam.
Hæc vbi de meritis Doctorum laudibus Echo
Audita est reduci voce referre mihi.
Quis clamor passim, est turbis? *Vrbis*, vaga plausis
Num læto resonant, compita? dixit. *Ita*.
Sic ne fauent ciues sactis patribus? *Tribus*. Illis.
Hæc laus mandatur? reddidit illa; *Datur*.

Illos

Ios ornabit iam Biblica laurea? dixit
Aurea, nec meritum differet? illa: *feret*.
Ergo da bit huic Triadi laudes? *Audes*? referâq;
Munera mutua? mox imperat illa: *Tua*.
Soluitur illi igitur merces virtutis auitæ?
Vita. Et præstantis pectoris? *oris*, ait.
Et quo Palladio sudauit puluere? *vere*.
Stirpe tamen præstans, & grauis? inquit: *auis*.
Ac fugit mundi discrimina? *Crimina* quæque
Is maculas prodi? continuo, *Odit*, ait.
Virtutesque colit præclaras? protulit: *Aras*,
Hic ornamentis? *Mentis* & illa refert.
In cathedrisq; valet facris? *Acris*, mala carpit:
Cum delicta hominis? reddidit illa: *Minis*.
Et bona dat nunquam mortalia? *Talia*, clamat.
Haud exempla parans turpia? at illa: *Pia*.
Hostiles vincet fastus? *Astus*, noua siqua
Hæresis exurget? protinus *Vrget*, ait.
Tandem fulgebit ceu cœlica castra? ait *Astra*.
Hoc vrbis columen? *lumen* & illa refert.
Longa quiesq; aderit post tanta negotia? reddit
Otia, quo virtus euehet? illa; *vehet*,
Et nobis priscæ surgent ætatis amores?
Mores atque animæ dulce leuamen? *Amen*.

Alia Guilielmi Salmanni Poëtæ laureati in promotionem licentiæ Io. BirchKmanni.

CDXXI.

SEu Dea seu vox es, seu vocis imago relatæ,
Dic Echo, num tu sis quoq; Nais? *Ais*.
Quis Deus hic fluuij Tyrrhenus? *Rhenus*, Orcas
Est Echo, an Dryade se quoque clamat, *Amat*.
Hæc arbor quænam sacratum ne vlla? *Betulla*
Gallica eratne arbor roreque flerat, *Erat*.
Fronde renidet? *id &*, cuiusce coloris? *Oloris*.
Queis folus? *Oleis*: est generosa? *Rosa*?
Hæc in Romuleos fasces fera transit, *An fit*?
Quod lignô est Signi est stirps tibi grata? *Rata*:
An puto gestamen? *Tamen*. An de Cõsule pulchris
Fulcrum Lictores mos decorabit? *Abit*.
Sunt betulæ lusus? *Visus*. BircKmannica tigna
Signa, Vale, satis est, Nympha pudica, *Dica*.

Alia Iosephi Scaligeri.

QVidnam significat Scaliger? *Aliger*.
Alath Podagræ mancipiû est? *Pium est*.

Antonij Thebaldei Echo admodum elegans.

CDXXII.

DIc, Echo, quid vult, vt semper viuam ego mœstus?
Æstus, non facit hoc spes moriens? *Oriens*.
Meno vrit facies? *acies*: acieśne fauilla?
Illa, diu miserum me fore retis? *eris*.
Respicit hūc tamē *bamū*, laurū? *aurū* & amor cor.
Accensum? *censum* corde recedet? *edet*.

Estne silex? *lex*, quæ causa meæ est facis? *Acis*.
O rem animo pestiferam! *astiferam*.
Quid per tam longū pariet mea lumina fletum?
Lhetū, scis quid scit, quod tu adamas? *Adamas*

Petri du Blance Auenionensis, de Eucharisticâ pompâ.

CDXXIII.

FAllor, an exultat vox tanto in puluere? *Verè*.
Hymnis turba Deum cur pia clamat? *Amat*
Panis imago cibi est anni hic veri esus? IESVS.
Est hominū hic pastor munere verus? *Herus*.
Donat in æternum sacra hostia viuere? *Verè*.
Sumenti an vitæ præmia debita? *Ita*.
Dic mihi, quis donum hoc libando fit integer?
Sustentatne animâ sic sacra malit? *Alit*. *(Æger.*
An mihi fas, vnquâ sacra illa relinquere? *Quare*.
An superis dignus, qui bene quærit? *Erit*.
Vnde latex sacri promanet nectaris? *Aris*.
An nox rum expers hac dape cedet? *Edet*.
Quos inquis fructus sacra hostia parturit? *Vrit*.
Libans virtutum ad culmina vadit? *Adit*.
Num spectasse viro, aut coluisse satis foret? *Oret*.
Num laudas eadem sacra iterata? *rata*.
Scanditur ad cœlum si digne sumitur? *Itur*.
Quos mihi si extremo funere conor, *honor*.
Ergo tam fœlix erit æui Vespera? *spera*.
Perpetuum hoc donent astra leuamen. *Amen*.

Qui volet alia Echus Exemplum longe pulcherrimum de rebus sacris, inueniet, sed Gallico Idiomate conscriptum in libello, qui inscribitur: *Poemes spirituels Du. Sieur de Neruezæ imprimé à Paris An.1606. pa.42.*
In obitum optimi parentis sui ARNOLDI MYLII Typographi ECHO Hermanni Mylij.

CDXXIV.

TE quæro, quæ dum solum solare loquendo,
Sola manes, montesque altos, locaque ardua quærens
Ingratos nobis tertæ hortos spernis amœnæ.
Mene? videre alias, tua si sint membra, cupiui,
Nunc id nō quæro, satis est modo diua loquare,
Quare: eheu lugens, non quæ tua regna, requiro,
An Dea es, an fumis, vel thus adolesne, *dolesne*.
Heu rogitas, nescis? pater optimus, eheu
Occubuit, mortemq; volente ita numine passus
Æterno, *terno* nos hic sua pignora liquit
Innita, *in vita* Nempe hoc sibi verba volebant
Illa, quidem frustra; sed non sine fine relata
Illa nimis tristis, nimium vera omnia vatis
Dicentis, quando Francfurti Mœni alinquens
Direxi gressum Gallas securus ad vrbes,
Tu, dicebat, abis, sed si mea dicta sequare,
Non linguæ studio, externæ non gentis amore
Exi.

Exires patrijs à sedibus, *ædibus*, Hæc nunc
Occurrunt misero, *fero*. Nempe vt mea fata
Perciperem, & tristis quæ me fortuna maneret,
Linquere me natale solum, longeque remotam
A patria & notis me quærere oportuit vrbem
Lutetiam; *te; etiam*, sed fors fóret illa ferendo,
Ast ob Illsti ArnoLDe MyLI, pater optime, vere
Nestoreos annos dignus vir viuere, *verè*.
Ergo quid causa est, quod nō tua Nestoris annos
Durauit vita, aut plures quam Nestoris æuum.
Omne tulit, quæ caufsa patri quod vita rescissa
Percaro? *caro*, & ob carnem mens nescia finis (est
Consūpta est *sūpta est*, ad sūmū est sūpta polorū
Patronum, *thronum*, Ibique pijs tua pignora votis
Ditabis gemino tibi nomine subdita, *dita*.
Speraram quando septena volumina viuens
Annorum nouies compleras, tutius esse
Tempus viuendi ac aliquo nos tempore tecum
Victuros præcepta pij auscultare parentis.
Sed spes decepit, fœlices esse vetauit.
Natus visceribus, lumbis & renibus hærens
Calculus, horrendo distendēs membra dolore,
Vt quandoque solet lictor, tormenta voracem
Excedunt Tityi volucrem, Phalarisque boantem
Taurum, vel quicquid primorum sæcula regum
Inuenere olim, aut quæ restant flagra tyrannis
Effingenda nouis. *O vis!* dein debilitarunt.
Membra senex ætas, mala quondā passa iuuetus
Quæ fuit iniuste, hinc summus languoribus acti
Anni intermedij, quos hulcera pestis, & angor
Pectoris ad mortem lectis affixerat, Hinc est,
Hinc factum est dico in numerum vt nos fata vocarint.
Per vim morborum *orborum*, quos fortirer omnes
Æqua mente tulit, facile illud sola dolorum
Ostendo, puto, vis, *vt ouis*. Quapropter ab alto
Respiciens merita, ista polo, pater optime, reddet
Omnipotens meritas palmas, *almas*, Tua vero
Pignora nos, amisimus an te? *misimus ante*,
Ante sequuturi miseri nos misimus, *imus*. (vna
Et sequimur. Nam lex hæc omnibus, omnibus
Semita stat calcanda, sequendaq; buccina mortis.
Ortis, Quicquid habet uā rebus in omnibus ortū
Tendit ad interitū, *ritum*. Hæc nos lege tenemur
Excepto nullo, Quapropter ad ardua cœli
Sidera conuersus, supplex ad numina dulci
Pro patre, filius intercedo. *cedo*. Valeto.

Echones aliquot Io. Honthemij, ac prima quidem in nuptias D. Arnoldi Milij iunioris, & lectissimæ Virginis Catharinæ Lennipiæ.

☞ CDXXV. (cessus,

QVæ colis vmbrosos ECHO, inter saxa re-
Arenresq; facis ripas, collesque supinos.
Mutaque saxa loqui: Nunc te fas reddere dictis
Mutua dicta meis, alternasque edere voces
Nympha decet vocalis, amāt alterna Camœnæ;
Mene? Negat mihi Phœbus opē, Tu viribus ergo
Audentem maiora meis Dea, dirige, Cernis,
Ducat vt in thalamos casto succensus amore,
Præstanti Mylius Catharinam corpore nymphā
Lennipiam? *Piam*. An hic muti de more silebo
Piscis, & ingratus vano superante pudore
Non ausim Mylium nostris intexere chartis?
Artis. In exiguo tenuique poëmate magnæ
Non erit artis opus, mihi detestabile sat sit
Pectoris ingrati vitium effugisse: Sed ecce,
Quisnā est ille, domus, qui stans in limine primo,
Gemmato intrantem sponsam cratere salutat?
Scilicet hic ille est, Venerem qui nuper & illi
Hærentem semper puerum (cui plurimus ignis
Ore, manusque leui numquam frustrata sagitta)
Contemnens: Longumq; iubens vtrumq; valere,
Resque suas sibi habere: domo patrijsq; relictis
Sedibus in terras sese iactabat iturum
Longinquas. *In quas?* Italas, nisi fallor, vt vrbem
Lustraret, dominam, toti quæ præsidet orbi,
Moles excelsas, *Celsas*, Capitolia, circos,
Suadentes metas, arcus, teretesque columnas,
Quæq; per Italiā passim amphitheatra, *Theatra*,
Tum quoq; Cymmeriū ardebat currere ad oras,
Spectatum Amphrysiæ Cumeaque antra Sybillæ
Ille? sed incassum pueri desistere tantis
Cogitur inceptis cœci nunc cuspide victus,
Ictus Echo Veneris flammas nunc sperne furētes
Vrentes, cæci nunc sperne Cupidinis ignes,
Sperne Myli, & patrio peto Garmatus ore reli-
Victus es infelix, *felix*, felicibus inquam, (cto,
(Quid dico Infelix) vinclis & compede grata
Te virgo domat, & victum vinctumque coercet,
Cede Deo, neque enim reor esse resistere Diuo
Fas immortali. *Tali*. Quid quærere terras
Externas prodest, alioque sub axe iacentes?
Qui manet atque domi tacitus sua gaudia carpit
Plus habet hic vita, qui trās mare currit & Al-
Plus habet ille viæ: Nunquid via vilior ipsa (pes,
Vita? *Ita* Longinquos igitur scrutetur Iberos
Qui volet, est Mylio melior sententia nostro.
Qui fugit ista via discrimina, *Crimina* vitæ
Tranquilla & placida sectatus gaudia, *Dia*.
Tantane vis formæ? Sed quē nō forma moueret!
Quę mētes superū, atq; adeo quoq pectora magni
Alta mouere potest Iouis, *O vis!* Aspice Nymphā
Aspice, vt incedat velut altera corpore Iuno
Erecto, *Recto*, & moto vix puluere. *Vere*.
Nunquid Leda manus? nūquid Venus illa nitore?
Ore. Viden' pulchro nitidam curuamine frontē
Elatam? *Latam*. Tum contempleris ocellos
Ardentes, *Dentes*, cuiusce coloris? *Oloris*.
Puniceo vt splendent depicta nitore labella?
Bella, Genis quātus nitor insidet aspice Nymphę
Ambrosijs, *Rosets*. Quid si certamen in illud
Hæc

Hæc quoq; venisset formæ, quo Pallada & ipsā
Iunonem vicit Paridis Venus aurea Diuas
Arbitrio vna duas, Venerisne futura fuisset
In dubito palma: hei vereor, Reor. Anne fuisset
Tyndaridis facies ab eodem spreta Lacenæ?
Na nec id immerito *Merito* Quod prælia mouit
Illa, viro facies: *Acies*: quot tela, quot enses!
Et te forte tuæ facies ad prælia nymphæ,
Credo, MYLI. exstimulat, *stimulat*, sed noxia nulli
Solane forma tibi tantos inspirat amores?
Mores, ingenui, casti, formæque venustæ
Consimiles, *Similes*, & amor pietatis auitæ,
Vita, tum generis splendorque & fama parentis
LENNIPII, *Py*, ouās quam tota Colonia honorat,
Prosequitur votis, patriæque decusque patreq;
Clamat, *Amat*, columen, *Lumen*, firmumq; suorū
Præsidium. O tali fœlices prole parentes!
Sed tamen, Anne precor melior & iure beatum
Dicere Nympha, queam, cui pulcrum hunc carpere florem
Contigerit, similemque è pulchra virgine prolē
Atque ex hac alios iterum sperare nepotes:
Na potes, O quæ erit hæc matriq; patriq; voluptas,
Cernere filiolum, MYLIO qui parnulus aula
Ludat auo similis, patriue, aut alter oberret
Ante oculos matris ΑΕΝΝΗΓΙΟΣ, ΗΠΙΟΣ *aut si*,
Nascatur pulchræ similis Catharinula matri:
Hoc Iuno coniux velit & Germana Tonantis
O precor, atque Dei mater Cytharea iocosi,
O si: Rex velit hoc Christus: stellantis Olympi,
Connubijque bect grato vos pignore fautor,
Author, hic, vt vestri nunquā turbentur amores
Procuret, *curet*, Christo irquā hæc auspice vobis
Et precor & spero connubia prospera. *Spera*.
Hoc tua laudati pietas hoc clara parentis
Promeruit, *meruit*, virtus vigilesque labores
Hoc meruere patris, qui, dum sua pagina libris,
Ingenijsque suis viuet calor, omnibus orbis
Partibus. Eois simul Hesperijsque vigebit
Arte typographica, *Graphica*, famaque perenni
Præclarus, *Clarus*. Nostra nunc vrbe Senator
Hui quam se comē ostendit, quā ciuibus æquū
Nestoreos annos dignus vir viuere. *Verè*.
Tu quoque fac patris vestigia clara secutus
Laude in ea firmè perstes; dum vita superstes,
Perstes. Insignem multa tereddidit arte
Pallas, & eloquio facili natura laborque
Ditauit ΚΙΚΙΡΟΝΟΣ *Honos*, His artibus altum
Ad celebris famę culmen conscenditur, *Itur*.
Sed quo digredior. Procul hinc procul aufuget plā
Angor, Lętanti veniat vultu Cythareia, (gor
Eia, Deęque puer pennatus. *Natus*, & ille
Bis genitus Citharę veniat pulsator Ephœbus,
Phœbus, & Aoniæ Musæ, Pallasque Tritonis,
Cumq; tuo Semeles puer adsis Bacchę liquore
Diuino, *Vino*: Generoso pocula Baccho
Despument, *Spument*. Vosq; ô nunc frōte serena
Este hilares iuuenes, nitidæque ætate puellæ,
Lætitiæ locus hic sertis, salibusque, iocisque;
Suauiolis. *Violis*, Curarum hinc omnis abesto.
Fluctus, *Luctus*, atrox procul hinc absistat Erynnis
Quidquid triste, animis secludite, *Ludite*, nym-
Quisq; suā apprēdat: lęuis innectite dextras, (phā
Atque lęues animis lætis agitate choreas.
Iam canit & citharam pulsat crinitus Iopas,
Oppas Quæ iuuenes, quæ vos tam sera moratur
Segnities? En sponsus adest: Quis gaudia sponso
Distulerit præsente? dies decedit, Olympo
Deuexo propior fit Vesper, & humida cælo
Nox ruit, ad thalamos spōsū nouus incitat ignis
Insolitus, facei; *Acer*. amor præcordia tota
Occupat, & sponsā ad genialia gaudia poscit
Non expertā antehac æqualia *Qualia*? Nescis?
Sed quis erit verbis Echo, modus? exigat annos
Mille, *Ille*, & quantos vixit Cumæa Sybilla,
Illa, beati ambo, seros videantque nepotes.
Tuq; vale, & nobis dic Nympha: valete. ualete.

In nuptias Dn. HERMANNI MYLII BIRCKMANNI nec non Sophiæ à VVedich Dn. Hermanni à VVedich filiæ,

CDXXVI.

SVpprimier Mylius mea Carmina iussit, opi- (nor
Quod pomogriseos ille timeret equos
At vox qui genus hocce nouum nouistis equorū
In lucem nugas vultis abire meas?
Ecquid agam? Sponsi non est violanda voluntas
Nec fas, Quentelij spernere iussa mihi.
Ergo licet vigili nondum data carmina limæ
Quentelio tamen hæc dedico scripta manu
Sic cū scripta quidē tamē haud impressa, futurū (est
Vt fiat voti compos vterque sui,

ECHO.

Tēpora vinctus Hymē sertis (sacra Nympha) triū- (phos
Ecce nouos, noua festa parit noua gaudia cernis
Solemni vt sponsam iungit sibi fœdere Sponsus?
Fallor an est Mylius (*Mylius* cui nuper agenti
Gallorum in regnis fratremque piumq; parentē
Vno eodemq; anno mors abstulit horrida? cuius
Occiduisque plagis notumque est nomen Eois?
Ois. At egregio quęnā est hęc corpore Nympha
Quam sibi Felici coniungit fœdere Tœdæ.
Ede Putasne hęc est quam verbis nuper amicis
Affari solitus. Cum nostra ô (diceret illi)
Gaudia, tu noster amor sanguisque caroque?
O qua? Frōtis honos quātus? nōne illa Cytheris
Idalia est? *Alia est*. Nisi me sententia fallit
Hermani de VVedichs est filia, pectore casto
Prædita? *ita*. At quęnā hanc multis è milib. vnam
Ducere iussit cum spes? ÆS? non eris egenus
Hic adeo cupidusne. sacris virtutibus aurum
Vt

Vt præponat, erat. Quænam res ergo repente
Insolitos adeo Iuueni (Dea) suscitat ignes.
Id mihi cōmemores? *Mores.* Hi in Virgine primū
Dein placuit pietas. *Ætas.* Formæque venustas,
Natiuusque calor, violæ, & cui lilia cedant.
Quis Porphyreticis amet æsypa (vt Pudor ingēs)
Mixta lutis? ΟΥΤΙΣ. Fucū hæc pigmētaq; nescio
Natiuo formæ contenta decore? DECORÆ.
Scilicet vt proprio contentus lumine, lumen
Nullū aliundè petit, Titan. ITAN? Ecce venusta
His veluti formæ radijs ac fomite virgo
Accensum pectus Iuueni inflammauit amorem.
Quis memoret quantis ex illo tempore pressus
Solicitudinibus (quantos fiet ille dolores
Perpessus? Quis vota canat, suspiria, questus? (lori
Essus. Sed quodnā huic tādē (sacra Nympha) do-
Inuentum lenimē? HYMEN. Quę vulnera primū
Ergo inflixit, opem (dictis memorabile) sponso
Hæc eadā feret? *Hac eadem feret.* Oscula iunget
VNGET. Achilleo, sic quondam scilicet hosti
Tuta manus pariter (quis nescit) vulnus opemq;
Attulit. An simili hæc Mylio ratione medela
Contigit, aut secus. *Haud secus* hęc spōso ergo sa-
luti
Sit medicamē. *Amen.* Verum venit Hesperus, vxor
Ducitur ecce Myli, tibi, deserit Hesperus Oetan.
O fœlix sponso hæc, O fœlix vespera. *Spera!*
Sec (qui virginibus mos est subducere sponsas)
Iugi nocte viro prima illa cauebit? *Auebit.*
Quicquid id est tu sponse vide, quæ restat opinor
Fabula, Cortinas inter peragetur? *Agetur.*

Alia in obitum prudentissimi Viri
ARNOLDI MILII SENIORIS.
Senatoris & Typographi Coloniensis.
☞ CDXXVII.

QVis nouus hic luctus? totā plāgoribus Vrbē
Effusā in lachrymas video misceri ier, ac,
ceu
Mœnibus immineant hostes, iuuenesq; senesque,
Omnes insolitos premere alto corde dolores
Nescio quos, *Scio quos.* Scin' quas ediscere causas
O liceat neque de paucis rogitare scientem
Displiceat, *Liceat.* Sicne olim Martia Drusos
Roma suos Deciosque ac seui fulmina belli
Scipiadas vita cassos deflere solebat?
Emiliosque suos, Fabios fortesque Camillos?
Illos. Nam similis nostram quoq; perculit vrbē
Casus? an ereptus nobis quoque forte Camillus
Et aliquis. Decius ve aut quisquā concidit alter
Æmilius? MYLIVS. Myliusne heu mortuus ille?
Ille, vrbis columen? *lumen* Vere occidit ergo
Musarum Titan *Itan?* occidit? *occidit*, eheu,
Ille senatoris qui, dum rata vita manebat,
Gessit in vrbe Vbium sacra non ita munia pridē?
Idem, Quique annos dignus superare Sybillæ?
Ille, secatrices poterasne inhibere parumper
Parca manus atrox? *anus atrox!* Hei mihi fata.
Crudeles nimium heu Parcę nimiumque seuerę.
Vere. Quid vita hęc tenuis nisi PVLVIS & VMBRA?
Et quid homo nisi fumus? *humus,* sic ne ergo pe-
Ibit Tantorūne operū vanescet in auras (ribit?
Fama, quibus Musis harumque sequentibus artes
Omnibus ille modis studuit prodesse? Camœnæ
O tantum perhibete nefas, vestrisque ciete
Acribus ô stimulis vates Heliconis alumnos,
Vt Mylio inferias dignas pietate rependant.
En dant. vos etiam exsequias persoluite Musæ,
Ac tumulo latices aspergite. *Pergite,* vestris
Dum vixit fauit vir partibus? *Artibus.* An non
Sic dices? an nō hoc pulchrū tibi Nympha, vi-
detur,
Hùc toto Musas properare Helicone relicto,
Ac Mylij innumeris *numeris* decorare sepulchrū?
Pulchrū. Sed Mylio refert, vnde hęc gloria venit?
Vnde honor iste viro? num à stirpe petitus auita?
A vita. Exemplum totine hæc præbuit orbi.
Terrarum? *rarum* Quantos heu mente labores
Sustinuit. *Quis eo iusti seruantior?* author
Consilijs quam non hic futilis! *Vtilis.* Ecquis
Hoc melior lites componere? *ponere* Quisnam
Promptior hoc ad opē afflictis miserisq; ferēdā?
Quis demū hoc pacis (ciues quæ seruas & vrbes)
Communisque fuit studiosior, oro, salutis?
ΟΥΤΙΣ, Inexpletæ vah formidabile Mortis
Imperium! sicut ergo Myli squalentia regna
Ignauique nigrum Cocite littus oberras?
Erras. An cœli potius, dic Nympha, beatis
Ille sacris fruitur nunc sedibus? *ædibus.* Ergo
Quid frustra vlterius questus lachrymasq; ciemus
Heu miseras? *feras,* satiusne age, vertere vela
Gratarique anima hinc regna ad cœlestia rapta?
Apte. Quid lachrymas gemitusq, quid anxia pro-
Assiduè cumulare nouis suspiria curis? (dest
Vris. Resne viri est frustra opplere omnia vanis
Lamentis? *amentis.* Habet quoq; luctus, vt omnes
Res aliæ, certum finemq; modumq, Quid ergo?
Num stolidi sumus, aut rectæ rationis egeni,
Qui, quasi defuncti fletu reuocentur in auras,
Incassum lachrymis ploramus fune a mœstis?
Estis. Apud superos omni nunc ille solutus
Anxietate, Dei fruitur dulcique beatoque
Aspectu, insani deridens gaudia vulgi,
Fors etiam nostros celsos deridet ab axe
Fletus, *latus* & inuidiæ face liber ab omni
Alloquijs fruitur Diuorum, Præmia dantur
Hæccine post casus superatos militi acerbos
Emerito? *merito* Verum quo pectore fatum
Sustinuit, retrone amens vestigia pressit?
Insuetasne vias tremebundus gressibus, Echo,
Corripuit pauidis? *auidis,* mortemne reluctant
(Vt solet incautum ac nimium variabile vulgus)

Oppetijt, *petijt*, nimirum vt corporis huius
Mole soluta graui, vinclisque exuta caducis
Libera cum Christo posset mens viuere, *Verè*.
Æthereas donet (quod *nunc* exsangue sepulchri
Conditur hoc tumulo) corpus reuocetur in auras
Atque alti repetens sensus collegia. terræ
Emicet è tenebris aliquando. *Quando*, Tribunal
Angelicanæ tubæ ad Christi vocitante? *citante*.
Idem Ioh. Honth.

Alia in nuptias Ioan. Goldschmidt, & Gertrudis Reussiæ.

CDXXVIII.

SEu Dea seu vox es, seu quicquid es antra relinque.
Horrida paulisper, precor ô resonabilis Echo.
Quid cessas? vbi tarda lates? nec te audio, nec te
Inuenio. *Xenio*. Viden' hæc sacra Nympha, vetusto
Saxo templa Deo Regi stellantis olympi
Condita, *ita*, & strepitus audis dulcemq; tumultũ?
Multum. Sed quid agunt? (neq; enim discernere possum)
Rident an plorant? *Orant*, O musica! voces.
Pegasidum iures dulces has esse dearum.
Harum, Latoidi vox ne illa videtur Ephœbi?
Phœbi. Ecquis Cytharæ argutam, dic, pulsat eburnæ (quamur
Nympha fidem? *Idem* At nunc paulo maiora se-
Linquentes cytharas *Aras*. Hac mentẽ oculosq;
Flectamus, Viden' hunc lunato poplite sacras
Prostratum ante aras iuuenem, iuxtaque soluto
Crine Deam ambrosio fulgẽtẽ? fallor, an hic est
Ianus, & hæc nostra est *Gertrudis Reussia* virgo?
Fors fallunt oculi, nouisti? isti, Ergo puellam
Ianus amore sibi xui operat, vincloque iugali,
Coniungi? *Iungi*. Quid eos rogat pro Sacerdos?
Gertrudem xutu Iane, & tu Gertrudis Ianum?
Hoccine Nais? *Ais*. Coniux qui ad ista nouellus
Respõdet? *Spondet* quid Reussia? X. Deus author
Gonnubij inceptis adsit, faxitque secundo
Producant cursu centum feliciter annos,
Alterutrique alter fiet omni tempore vitæ
Dulce leuamẽ *Amen*. Nũc si lubet ire, Cauernas
Vmbrosas Echo repete. i; licet, antra require,
Horrida. Cede precos nimium mea fessa fatigat
Guttura raucedo, *Cedo*, Iam gaudia nobis
Præbebunt alia viuentes viuida Nymphæ,
His dare grata iocis blandis permixta licebit,
Oscula, sermones his cum miscere licebit,
Integros tu de multis extrema remittis
Tantum verba, nimis præcisa, valeto. *Vale & tu*.
Idem.



Alia D.D. Petro Beyvveg. Godefrido Snellio, Henrico Andreæ Gailio, & Ioanni VValraff SS. LL. Licentiæ Laurea recens condecoratis. conscripta ac dedicata.

CDXXIX.

SI te, Nympha, vocem, nunquid mihi verba roganti.
Dic respondebis tria? Bis Tria, Fasne mihi sit
Quattuor hos iuuenes legum cantare sacrarum
Laude coruscantes? Cantes At forte suarum
Abs alio poscent laudum præconia vate?
A Te Nonne vides has, ô sacra sorores,
Doctiloquas O Qvas? Musas censesne decere,
Concelebrare suos istas prædiuite vena
Symmistas? *Istas*. Me docti inscitia versus
Solenni haud sinit hoc tentare adeo ardua festo
Esto. Sed vnde viris (hoc vnum Diua recense)
Quo ve modo hæ frõdes (quæ circum tempora) partæ? (nor.
Arte, sacræ Themidos? sic certe adopinor, Opi-
Præmia tanta ferunt antiqui scripta Iasonis?
Azonis. Lectusque iterumque relectus, Vbaldus?
Baldvs. At à nobis procul hinc sit Baldus, Vbaldus.
Bartholus, & fama quamuis super æthera notus
Alciatus Cyatvs? Cyathus despumet Iaccho
Aureus, atque iterumque iterumq; reuersus in orbem.
Circumeat, Quid iners retinet tua pocula dextra?
Extra Num calices sic euacuabat Vbaldus
Baldus * Nugarũ satis est, abeamus, Eamvs.

Alia in mortem Clarissimi Viri Ivsti Lipsi.

CDXXX.

ERgone Lipsiadem etiam in sua fata rapax,
Eheu pertraxit mors truculenta manu!
Nec quiquam pietas, animi nec candor honestis
Artibus, aut cultum profuit ingenium?
Pro dolor! *O dolor*? At quænam hæc vox missa per auras
Auribus insonuit? num tua Nais? *Ais*.
Quid ploras? *oras*? Etiam te hæc funera tãgũt?
Angunt. Et dolor hic te quoque lædit. *Edit*.
O pia Nympha: meis semper quæ mœsta querelis
Associas questus officiosa tuos,
Tene viro inferias etiam bustumque parate,
Tam bene de Musis promerito? *O merito*,
Carmine quis canat hunc digno, verbisue solutis
ΦΥΤΙΣ Et hic nostra dic quoq; laudis ege
Haud is eget. Satne huic lacrymarum & laud abunde.
Si vel cum nemo carmine flerit? *Erit*,
Quid precor ergo animam nisi Christus vt ipse
Sãctũq; accipiat cũ Patre Flamẽ? *Amen*. (*orata*
Idem.

Alia

Alia in libellum de Asse D. Georgij Henischij Medicinæ & Mathaseos Doctoris Clarissimi.

GEORGIVS HENISCHIVS.

Anagramma.

OH EGREGIVS HIC NISVS.

CDXXXI.

NItitur ad laudis decus altum Henischius, *Echo*.
Oh mihi dic: An non Nisvs Hic Egregivs ;
Regivs, Ingenio nunquid vir præditus acri ;
Gratvs & ille Viris, dic age Nais. *Ais.*
Idsonat Hebrais Henich adopinor, *opinor*,
Illius hinc omen, nobile nomen habet ;
Omen habet. Toti quando ergo est cognitus orbi,
Amplius ille meæ nil puto laudis eget.
Haud is eget Verum quid erit dic nomine, cuius
Illum sera colet posteritas ; *Erit as*.
Rectene explicuit, quænam natura sit Assis ;
An scripta hæc reris digna latere? *Tere*.
Commoda dic an erit mihi perceptura Iuuentus
Illius è Libris quæ sibi quærit ; *Erit*.
Oh ergo Egregivm Nisvm pulchrumq; laborē,
Quid decus egregium perpetuumque feret.

Idem Io. Hond.

Alia in nuptias D. Iacobi Sagittarij & D. Magdalenæ Homburgæ ; à quodam Daniele Saxone composita.

CDXXXII.

ECho garrula iam loquare. Quare?
Quid sagittifer ille gaudet? Audet.
An in rete feram coëget? Egit.
Et telo penetrante vicit? Icit.
Nam trux, horribilis, proterua? Cerua.
Nunquid cornua gestat vlla? Nulla.
Quid? iuuencula, vel vetusta? Iusta.
Forsan coruit fuit puella? Bella.
Cui fauit tria pene lustra. Frustra.
Hanc feram-ne sagitta læsit? Hæsit.
Ignes incipit hac fouere? Verè.
Venatoris amore rapta? Capta.
Hæc mitis, proba, mulicella? Stella.
Hæc est florida, delicata? Grata.
Hæc est ferax, quasi vitis alma, Palma.
Lecti pignora num datura? Plura.
Viuent molliter absque lite? Ritè.
Annos quot superabit ille? Mille.
Et quot secula Magdalena? Dena.
Echo garrula nunc abibis? Ibis.

Nonnullæ voces liberiùs ponuntur : sed hæc ipsa libertas suam gratiam habet.

Alia Homini viam rectissimam ad cœlum ostendens.

CDXVXIII.

SApiens amatne voluptatem, an fugit? Fugit.
Quid egit post in hisce vita totius
Tempus exactum? Actum. *Sed quàm citissima*
Ad mortem via? vel Tartaro quis proximus
Consensus? Sensus. *Vitam quisquis diligit,*
Amatne pulchritudinem eius, an Deum?
Eum. *Ergo per terrestrium mortem datur*
Vita? Ita. *Quid ampliùs corpus meum petis,*
Quando suam clarissimè sententiam.
Tam manifesto declarauit numine ;
R. Temerarium & periculi plenissimum
Obluctari diutiùs, accipio iugum.

Textoris lib. 3. Prosodiæ. ECHO.

CDXXXIV.

DIc mihi Nympha cauis habitas quæ in vallibus Echo
Semicaper Faunus, cur ita clamat? amat.
Qua tamen illa furit cuius male sanus amore
Diuitis à Codri filia Nais? ais.
Est opulenta quidem sed turpibus obsita rugis
Debuit hanc bifrons ducere Ianus? anus.
Candida me vere Thaumantias vrit amantem
Cuius forma decens est generosa? rosa.
Huius amore flagro. sed dic resonabilis echo
Quæ res ergo graues sunt in amore? more.
Ver est conueniens blandis & amoribus aptum
Vere nouo sponsum me fore reris? eris.
Interea gelidis in vallibus ipsa valeto
Vox tua sæpe mea voce sonabit? abit.

CDXXXV.

In Castro Doloris (liber est curiosus, quem P. Eugenius à S. Ioseph in morte Ferdinandi III. Romanorum Imperatoris euulgauit) reperitur hæc Echo.

IN Parnassi aliquis, Quis? *nescio, monte canebat,*
Pallenti in Cœlo squalebat Luna colore,
Ore; *solum lacrymis Auroræ,* Rore, *madebat,*
Hoc Phœbus moriens, Oriens, *dignus nè dolore?*
Vulcanus, Canus, *latè per tecta ruebat,*
Atque Aulæ è lignis Ignis *strepitante fragore,*
Re. *Ne fortè dies tenebrescat lumen habebat,*
Phœbi commotus, Motus *Vulcanus Amore.*
Cœlica castra, Astra, *ascendit Fernardus Achille*
Major. Hic occasum, Casum *Sol nescit:* Atratur.
An Laurum, Aurum *Vulcani petiere fauillæ?*
Illæ. *Aurum Cæsar fuerat. Nempè igne probatur.*
Rumore, Ore, *fremit cur Aulicus omnis? an ille*
Fit Lauru exusta? Vsta. *Phœbo obeunte crematur*

Versus sunt Metro-rhythmici, quoniam numeris Heroicis, & concentui Rhythmico, cui apud Hispanos *Soneto terciado* nomen est, correspondent.

CDXXXVI.

STephanvs Tabourotius cap. 16. agit de Echo: & quia Lucretius dixerat.

Sex etiam ac septem vidi loca reddere voces.

inquit, An Echo duplex aut triplex possit fieri? & respondet Tetrastichum hoc producendo.

Ex

En grand remord mort mord,
Caux qui parfaicts faix faicts,
Ou par effort fort fort,
Das clers tous frais rez rais,

Addit Echones aliquas Gallicas, in laudem, in vituperium fœminarum, &c. à Bellayo, Maroto, Pasquierio & alijs poëtis claris compositas; & hanc Latinam, quæ VIDVA inscribitur,

Vidua & Echo introducuntur.

V. NVnc ego sola meos hic, nullo teste, dolores
Solabor, tristis & ipsa loco.
Hac à parte iuuat Syluarum obscurior vmbra,
Musco inde placent antra referta situ.
Hinc etiam fontes, è quorum murmure leni
Exiguos lapides ingemuisse puto
Atque inter tantos si fas gaudere, dolores,
Hunc equidem lætor me reperisse locum:
Nullus adest. E. *est.* V. Hic loquitur quis justius æquo?
Ec. *Echo.* V. Responde tu ergo Dea? E. *ea.*
V. Qui me agitant fluctus? E. *luctus.* V. Semperne manebit?
Aut dolor assiduè me superabit? E. *abit,*
V. Non abit, at contrà Cadmæi militis instar,
Nascitur, & lætam me fore retis? Ec. *eris.*
V. Absit vt hoc credas, prohibent fata aspera. E. *spera*
V. Quid sperem, accepto vulnere quæso refer?
E. *fer.* V. Fero quod possum, verum mors conjugis inter
Præclaros primi sic mea corda mouet.
E. *Amouet.* V. Ab illo facile abstinuisse putabis
In quo magna Deum munera erant sita. E. *ita.*
V. Naturæ suadet vis. E. vis. V. Tum cætera disce.
E. Dice. V. Omnes dotes opto referre. E. *fere.*
V. Si quidam omittam? E. *haud mittam.* V. Excusatio talis
Sufficit, en dico principio. E. *incipio.*
V. Artibus excultus. E *cultus.* V. Fuit atq; disertus.
E. *Certus.* V. Tum leges excoluit. E. *Coluit.*
V. Quòd si fortunam spectes fuit omne decorum
E. *Aurum.* V. Est quod pluris tu facies. E. *Facies.*
V. Pulchra quidem facies perfecta ætate virili,
Illum qui cernit numina sperat. E. *erat.*
V. Plura sciat fecisse illum hæc quisquis legit. E. *egit.*
V. Iam dolor haud patitur plura tibi. E *i.*

☞ CDXXXVII.

IOANNES Alstedius Encyclopædiæ libr. 10. sect. 4. cap. 5. §. 6. Echonem ΠΑΡΗΧΗΣΙΝ appellat & sequentibus versibus refractis dilucidat.

ECho, qualis amabo, quæue nympha es,
Quæ valles colis hasce, propter antra
Palatina? Latina. Vin, loquelâ
Dignari resonantiore Paulum?
Paulum Te rogo quippiam, quod hercle
Nescio. Scio. Me sed ecquis audit
Te præter, mera verba per nemus qui
Dem? Nemus quidem Ain? Sed auris auris
Inest. Auris inest, Capace lucus
Aures sic habet ob vias meatu.
Au! res sic habet, ob vias meatu.
Dic sodes modò, cor flagrans mihi vnde est
Et furens adeò! à Deo. An liquore
Tinctus, destituar furore? Rore.
Ecquo rore, liquente dum marino?
Marino, dabit hunc Rosina; cordis
Margarita? Ita. cujus esse gustus
Arbitraris, amare & haud amari?
Amari. Id stomachi est acerbioris.
Acerbi oris. At ipse nil acerbi
Sentio; ora fibris carent amaris.
Amaris. Quid, age, est quòd illa tam sit
Clemens? Mens. Adeone mitis in me
Hæc mens perpetua est? Tua est. Erit me
Cum concorde Adamas fauore semper.
Cum concorde adamas fauore semper.
Qui mensis decus addet inde maius?
Maius. Sed mihi quos dabit parenti
Sermones comes ille & illa? Comes,
Ille & illa. Repulsa nec parata est?
Rata est. Ambiguè loqui videris.
Forsan, ó dea, veritate aberras.
Erras. Quam vereor? Reor. Cupis me
Irritare, quid angor? Irritâ re
Quid angor? mihi nonne præstituta est?
Tuta est. Et mihi destinata? Nata.
Fato scilicet Ilicet. Puella
Nubet ergo mihi illa verè! Vere.
Sponsæ ritè sacrabo liba? Liba.
Melissæque vocabo nomen? Omen.
An post ducier huc sines Rosinam?
Sinam. Ille ipse dehinc, mihi illa junget
Basio oscula suauiore? Suaui
Ore. Labra per hæc litum sapis mel
Isse cerno. Sapis Melisse, cerno.
Interim mihi suauiter valebis.
Valebis. Mihi dulciter vale. Ter
Vale. Et sta requieta. Re quietâ.

Sępe ΠΑΡΗΧΗΣΙΣ comitem habet ΟΜΩΝΥΜΙΑΝ: vt,

Quid facies facies, veneris cùm veneris ante;
Ne sedeas, sed eas, ne pareas per eas.

METAMETRICA:
APOLLO
ANAGRAMMATICVS.

Sunt aliena quidem, sed pulchra Anagrammata, profert
Pagina quæ præsens; hæc saltem laudibus effer.

CDXXXVIII.

QVEM Græci *Proteum*, Latij *Vortumnum*, nos dicimus *Apollinem Anagrãmaticum*.

Fuit autẽ Proteus, Deus Marinus; Oceani & Tethyos filius, Neptuni phocas pascens. Dicitur fuisse Vates peritissimus; se in formam quamcumque transmutans. Eum his Virgilius versibus 4. *Georg.* describit.

Est in Carphathio Neptuni gurgite Vates
Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus patriamq. reuisit
Pallenen, hunc & Nymphæ venerantur, & ipse
Grandæuus Nereus, nouit namque omnia Vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahãtur.
Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.

Et equidem quidquid de Poetarum acuminibus sit, fuit Proteus Aegypti Rex, patriâ Memphites, qui Pheroni (fortè, Pharaoni) in regno successit. Quæ de eius mutabilitate dicũtur, ab Authoribus commodè exponi solent. Ipse enim, quod & Caligula posteà fecit, habitu incessit vario, iam Leonis exuuijs tectus, iam alius animalis: iã serico, iam auro indutus: iam arbori, iam monti similis: &c. Possent referri ad mores hęc: nam Paulus, omnibus omnia fiebat, vt omnes lucraretur Christo: & quicumq. Princeps, debet esse omnia omnibus, vt singulos in officio contineat. Ideo quidam Poëta.

Cæsar, Rex, Princeps, qui non se accommodat orbis
Omnibus ingenijs, non habet ingenium.

Placet conceptus, & vt à nostratibus intelligatur, illum ad numeros sequentes reduco.

Rey fue Vertumno, expexo de los Reyes,
Y assi pudo poner al mundo leyes.
Simple y astuto fue, manso y seuero,
Rustico, y caballero,
Con los grandes gigante,
Con los chicos pygmeo,
Blanda cera, durissimo diamante,
Bello con estos, con à quellos feo:
Que es Politica mala,
La que todo lo iguala,
Y assi el Monarcha que quiere de prudente
Gozar laurel, y coronar su frente,
Serà trueno sin rayo para el bueno,
Para el malo serà rayo sin trueno.

Hoc idem Numen à Romanis cognitum & admissum: Vertumnus dictus, quod in varias formas conuerteretur. Eum Tiberius Donatus *Vortunum* dicit, vt voci *Portunus*, à portando deductæ, sit similis.

Hæc ipsa mutabilitas hodie à nobis grammaticè consideratur; nam characterum [illegible] rum Protei, vulgo dicuntur Ana[illegible], vt cum *Rodulfus II.* fit [illegible] & *Fridericus*, *Fidecuris*. & ebrietas, [illegible] cum vox *Roma* transit in *Amor*, *Maro*, *Oram*, *Ramo*, *Mora*, & alias similes. Et hæ possent reduci Retrograda, vt *Roma*, *Amor*, *E*[illegible] *Mare*, &c. sed quia habent hæc specialem locum non debuerunt reliquis cõmisceri. Anagrãm ita fiũt in omni linguâ. Illud Esaiæ 40.26 מי אלה ברא. *Quis illa creauit?* habet anagrammaticum responsum ex Genes. 1.1. ים ברא אל *Creauit Deus.* Sic apud Græcos ἀρετή. anagr. ἐρατή. sic [illegible]. anagr. [illegible]. sic etiam [illegible]. anagr. [illegible]. *Tu es agnus.*

Sicut literarum Protei *Anagrammata*, ita dictionum Protei dicuntur *Analexes* quæ extra metrum raro, aut nunquam ponuntur, at in metro habent gratiam, postulantque, vt seruatâ debitâ vocalium quantitate, dictiones mutentur inter se: vt cùm Hypothesis Thyconica salutat Copernicanam, immensasque fixarum stellarum moles (sunt enim tantùm non immensæ Copernico) irridens & insultans exclamat:

Tot porrò sunt monstra tibi, quot sydera cœlo.

Quod carmen in multa millia transformationum ire poterit. Illæso enim & sensu & metro, possemus etiam dicere.

Porrò monstra tibi tot sunt quot sydera cœlo.
Sydera quot cœlo, tot porrò monstra tibi sunt. &c.

Et quidem de Anagrammatibus nunc, de Analexibus inferiùs disputabimus.

MVSA I. DOCENS.

CDXXXIX.



POSSVNT in omni linguâ conformari Anagrammata, sed quia Latinis præcipuè scribimus, ex Latino idiomate exempla potiora sumemus.

Sunt Anagrammata in magno apud aliquos precio: apud alios in paruo. In Reginæ Eloquentiæ Palatio exercitat. 1. lect. 2. punct. 6. pagin. 57. hæc lego. *Huc anagrammata pertinent, plerumque laboriosi magis, quàm ingeniosi partus, vel potiùs quoddam tormentum ingenij: sunt, autem, vt obiter dicam, varij generis. &c. parcius assumenda, nisi quid ænigmatici venustè pariant, & ad institutum faciant: aliequi res multo sudore steterit, nullo fructu: multis odiosa; quia noua; nonnullis inuidiosa; vel ridicula; quia singularis & inaudita videbitur. Si tamen elegans fuerit, & aperto demum artificio, tanquam velamine sublato, perspicua: si fuerit opportuna, non ingratos amores & delicias faciet. &c.*

Anagramma in purum, & impurum diuiditur. Illud est, in quo nulla litera deest, aut superest: vt *Maro*, *Armo*. Istud, in quo est aliqua imperfectio: puta, si vna litera desit, si aliqua supersit, si aliqua mutetur in aliam. Desunt literæ, quando plures sunt in Programmate, quàm Anagrammate; supersunt, quando pauciores sunt in illo quàm in isto. Considera exempla sequentia.

Dei Mater Anag. *Diameter*. Est purum.
Ferdinandus Anag. *Dura fides*. Deficit N.
Virgo Maria Anag. *Mira rogauit*. Deficit T.
Eucharistia Anag. *Hic vera vita*. Mutatur S. in V.

Primum Anagramma est purum: tot enim habet literas, & tales, quot & quales Programma. Cætera omnia sunt impura. Secunda impuritas in defectu consistit; nam *Ferdinandus* habet vndecim literas, & *Dura fides*, decem: quod, si dicamus, *Dura findens*, erit Anagramma purum, & nullo laborabit defectu. Tertij impuritas in augmento consistit: nam Programma habet decem literas, & Anagramma vndecim. Ergo, si dixerim, *Mira rogaui*, dederim purum Anagramma. Et tandem quarti impuritas non iam in numero, sed in qualitate consistit: nam *Eucharistia* tot habet literas, quot *Hic vera vita* (vtrumque habet vndecim) sed non tales, nam S, quæ erat in Programmate, conuertitur in V in Anagrammate.

Semper pura cæteris sunt anteferenda: at tolleratur impuritas, si simplex; etiam interdum duplex: nunquam triplex: quam ob rem, si tria habuerint vitia, reijciuntur.

Et hic tu opportunè, quia multa licentiosa Anagrammata, quæ impura sunt, & in leges communes impingunt, laudari & celebrari vides; interrogas, an liceat semper vti facultate, aut licentiâ, quam canones præscripti indulgent? Rem admissam ab omnibus non sine acumine negari Romæ: nam cùm deuotus quidam Doctor immaculatam Virginis conceptionem impuro & licen ioso Anagrammate concelebrasset, fuit monitus isto Tetrasticho:

Non bene defendes impuro Anagrammate Iane
Conceptum purum Virginis Angelicæ.
Immaculata Parens laudes sine labe requirit;
Ore nec impuro debuit illa coli.

His tamen non obstantibus, Anagrammata, quæ vnum habeant vitium, si arguta, laudantur; & quæ habeant duo, tolerantur: nam, vt dixi, tria vitia non solent permitti.

Aliquid volo addere, vt consilam facilitati. Si velis non perturbari in transpositione literarum, scinde chartæ particulas quadratas quot fuerint necessariæ: singulis inscribe vnam literam: & supra nudam mensam illas coordina, & semper habebis ob oculos adsumptas, & neglectas, & mul o faciliùs quid sis facturus scies, quàm si calamo vtaris.

Vbi multæ sunt consonantes & paucæ vocales, pura Anagrammata vix fieri possunt. Sequentia in exemplum produco.

MADRID. Anag. MADRE.
Deest D: & Transit in E.

Esta gran Babylonia en que reside
El Catholico Nino,
Desde el gran Apenino
Hasta el Caucaso sus conquistas mide.
Los que ayer opprimio como enemigos,
Oy recibe por hijos,
Y con mill regocijos
Los socorre y ampara como amigos.
Y assi es bien que le quadre
A Villa tan feliz nombre de MADRE.

MADRID. Anag. MARIDO.
Vertitur D. in O.

Se casò Madrid (Señor)
Con muy poderosas gentes,
Y con ser tan differentes,
Las muestra muy fino amor.
Desde America a Mayor
Las de esplender mas lucido

Por

Por su quenta à recebido,
Y es, dando à todas la mano,
De las parciales hermano,
De las sugetas MARIDO.

MADRID. Ana'γ. MAR, ID.
Deest D.

M. Tirsus de Molina, in Comœdia, quæ inscribitur *Martha la piadosa*, act. 3. introducit Pastranam Marthamq. de Mançanares (riuulus est, qui Madritum alluit) differentes.

Pastr. *Que rio?* Marth. *El de Mançanares.*
Pastr. *Riome del rio yo.*
Marth. *Antes quiero, que repares,*
Que es rio de quien nacio
El Rey de todos los mares;
Rio de Madrid, que es MAR,
Que esas letras tiene en si.

Etiam si duplex DD. transire iubeantur in A. *Madrid* in *Maria* conuerti poterit.

CDXL.

De Anagrammatibus concatenatis.

Inter alios ingeniosos Discipulos, qui meam domum & gymnasium honorarunt Louanij, D. Petrus Vander Hagden, Brugensis Consulis filius, inter præcipuos fuit. Claruit in Philosophicis; ita tamen, vt amœniores Musas nunquam contemneret. Sudabat sub prælo D. Landri Bandtij Liber, olim à me Hispanicè editus, & ab ipso in linguam Latinam stilo florido & polito translatus, &, dum omnes Domestici in laudem Authoris & Libri se profunderent, & vtrumque Anagrammatibus concelebrarent, censuit acutus Adolescens non benè laudari ingenium peregrinum Bandtij, nisi & Encomiastæ semitam ingrederetur peregrinam. Hanc ille ob causam, Anagrammata concatenata, Veteribus ignota & inusa, proposuit; & publicauit hos numeros ingenij plenos. Tu singulos bene considera.

Ioannes de Caramuel. Πρόγραμμα.
Ἀνα- (ac Leander, Musæ in o- Est purum.
γράμ- (cio leues. Ad arenam v- Est purum.
ματα. (icère æmulos, sana dan- Addit S.
do arma. (Ne cane leuis. Est purum.
Ἐπίγραμμα.

Ne cane lingua leuis dignas grauiore cothurno
Illustres Musas, sed cane lingua grauis.
Prisca nouem colunt Parnassi Numina sacri
Religio; præstat nunc coluisse duo.
Tu, quas dispersas dotes habuere sorores,
Vnà Caramuel, *Tuq.* Leander, *habes.*
Vos duo Parnassi Dunensis Numina, Musis
Doctrinâ, & studio nobiliora neuem.
Ingenio lenes generosa per ocia lauris
Cingitis inuictis tempora, fronde comas.
Aemulus est victus: malesuado dente malignus,
Nam mordere nequit, rodere cuncta solet:
Rodat q. & rodat, siquidem pars magna triumphi
Zoili erit lessus, inuidiaq. fragor.

Placuit ingenijs Academicis Anagrammatū nouitas: &, quia illa imitati sunt aliqui, modum, & normam eadem fabricandi subijcio.

Erat Πρόγραμμα. *Ioannes de Caramuel.* Hic erat Author Libri; &, quia etiam D. Leander Bandtius, qui Librum in linguam Latinam transtulerat, laudandus erat, primum Ἀναγράμμα dedit, *ac Leander Musæ in o-*? Sed quid in *o-*? sensus ad secundum Ἀναγράμμα progreditur, & ait *cio leues.* *Ad arenam v-* superest *V*, & ne abundare dicatur, ad tertium Ἀναγράμμα percurritur, videlicet, *icère æmulos sana dan-* Et quia opus erat vocem vltimam (nempe, *Dan-* absoluere, additur quartum Ἀναγράμμα (videlicet *do arma. Ne cane leuis*) quod sensum claudit.

Hinc patet facilius esse côcatenata Ἀναγράμματα, quàm simplicia condere. Debent igitur concatenata à nouitate, & facilitate laudari.

Huic simile est Parthenium hoc, quod olim Imperatrici Angelorum inscripsi.

Salue Regina Maria. Πρόγραμμα.
Ἀνα- (Iram rege. Lunas à ia- Est purum.
γράμ- (nuà mirà geris. A- Est purum.
ματα. (nimas riga, leua, sale. Mutat R, in L.

Ἐπίγραμμα.

Ratum patimur Stygium dum Damona nostri
Incautè pectus crimina multiplicat.
Nos contrà idcircò succenditur almus Olympus,
Expiet vt culpas, fulmina torquet Atlas.
Tu rege (nempe, fuga) audentes Cacodæmonis iras,
(Nempe, arce) Cæli fulmina ne noceant.
Ianua si est vitæ Conceptio, Gratia Luna,
Virgo tibi Altripotens, vtraq. mira fuit.
Aridus est animus? tu Cœlicola Virgo rigabis.
Et iacet, & serpit? tu pia Virgo leuas.
Esurit, & sitit? illum tu virtutibus alis,
Ambrosiâ nutris, nectare fortificas.

CCCCXLI.

De Anagrammaton iure, & licentiâ.

Interdum iure vtitur suo Anagrammatista: interdum sibi indulget, & vtitur tolerata licentiâ. Dicitur vti iure, quando varietatem literarum admittit, quæ cum puritate componitur: sed tunc licentiâ vtitur, quando varietas officit puritati.

Habet ius vertendi I. & V. vocales in I. & V. consonantes; nec enim scio fuisse vel vnicum criticum, qui ob altercationem eiusmodi Anagrammata impuritatis accusaret. Vtroque iure

gaudet hoc Anagramma *Iulia*, *Liuia*. Ibi enim primum I. est consonans, hic vocale: & ibi V. est vocale, hic consonans.

Veteres, cùm Y. literam Græcam, mutarunt in V. vtebantur suo iure. Multa exempla congerit Ianus Laurenbergius in suo Antiquario literâ V. dixit enim Liu. Andronicus *Cuclops*, pro *Cyclops*: Ennius *Olumpus*, pro *Olympus*: &c. Hodie igitur, siquidem Y. sonat vt I. si nolit Orator Græcas literas penitùs extirpare, poterit saltem Anagrammatista I. pro Y. ponere, quoties postulet ratio. Pono exemplum. *Syderum* ἀνάγραμμα *Mus ride*: *Ridemus*.

H. à Grammaticis dicitur non esse litera: ergo omitti, vel addi poterit illæsâ puritate. Vnde *Monachus* dat *Canosum*. Vt Anagrammatis sinceritati consulant, nonnulli H. omittunt, etiam in Diagrammate, vt videre est in S. Benedicti vitâ à D. Iosepho Costaltâ centum pulcherrimis Anagrammatis dilucidatâ, quorum Diagramma fuit, Benedictus *Anicius Monacorum Patriarca*, in quo bis omittitur H.

Literæ etiam duplices (videlicet X. & Z.) sicut etiam istæ (ct, st, ss, ff, ffi) & similes, aut solui, aut contrahi possunt. Sic apud Ovvenum *Vxor* anagrammaticè est *Orcus*: & apud alios *Sfeza* (apud Bohemos Iouis irati fulmen fuit) erit *Axis*.

Fortè erunt, qui Iura alia producant, sed meo Lectori expedit esse religioso, nenimio iure vti, vel abuti dicatur.

Licentia à Iure differt, quoniam literarum versiones licentiosæ puritatem amittunt. Est ergo licentia, cum vel vnica litera additur, vel vnica demitur, vel vnica in aliam mutatur. Pono exempla.

Ferdinandus.	Programma.
Dira fundes.	Anagramma purum.
Dura fndes.	Etiam purum
Iras funde.	Demitur D.
Diras fundet.	Additur T.
Mira fundes.	Mutatur D. in M.
Radios fundes.	Additur O. & S.

In vltima lineâ duæ adduntur literæ, & hoc non tam vsu licentiæ, quàm abusu: nam licentia, nisi vnica sit, non solet ab eruditis tolerari.

Occurrit dubium, quod sæpissimè solet proponi: nimirum, *An consulendum puritati Anagrammatis sit, an elegantiæ, & maiestati sensus? An anteponi debeat impura literarum varietas grandi prædita sensu, puræ, sed humilem sententiam exhibenti?*

Hieronymus Genuinus huic dubio respondisse videtur: multa enim in illo libro, cui à nominum metamorphosi nomen, reperies Anagrammata impura, quæ esse potuerunt pura, si sensûs nobilitas negligeretur. Aliqua exempla pono. Libro 2. mutat E. in V. in hac literarum metamorphosi *Peretus* ἀναγ. *vt Peerus*, quæ esset pura conuersio, si diceretur *Et Petrus*. In hac autem addit T videlicet, *Maphæus Barberinus*. ἀναγ. *Mea Vrbs*, & *Vrbis Phana*. quæ esset omnino pura, si omitteretur T, & legeretur, *Vrbs è meâ Vrbis Phana*, vel saltem, *Vrbs bis vre mea phana*. Et iterum, *Maphæus Barberinus*. ἀναγ. *Habes pia munera Vrbis*. Additur I. & negligitur puritas, cum tamen dici potuerit, *Vrbs habes pia munera*, vel etiam, *Pia Vrbs habes munera*.

Dubium aliud succurrit. *An vocum compendiis & notis vti possimus, aut in Diagrammate, aut in Anagrãmate, sine puritatis iacturâ?* Quod est quærere; *An sint pura hæc Anagrammata*. D. Ioannes. ἀναγ. Anno dies. *Sic etiam* Antonius è paupertate perit. ἀναγραμ Puer ætat. ann. vij. pro te est.

Ego, & multi viri docti mecum, huic dubio assertiuè respondent.

❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀

MVSA II. ERYCIA ETIAM DOCENS.

CCCCXLII.



Quæ breuiùs Musa prima, hæc vberiùs deducit & dilucidat: & ab Erycio Puteano, Regio Historiographo, Arcis Louaniensis Præfecto, bonarumque Artium & Literarum Professore (quem nominasse, laudasse & celebrasse est) nomen sortitur. Ille quidem, dum viueret, mihi coniunctissimus fuit. Amaui suauissimum, & doctissimum Senem: eiusque gloriam, famamque, quà potui, promoui & defendi. Voluit interdum speculationes nostras suis adiungi, aut ob argumenti identitatem, aut methodi similitudinem. Prodijt Bruxellæ apud Ioannem Mommartium libellus sub hac inscriptione.

Erycii Puteani de Anagrammatismo, quæ Cabalæ pars est, Diatriba, amœnitatis causâ scripta, vtilitatis edita. Accedit Ioannis Caramuelis breuissimum totius Cabalæ specimen: curâ & studio Iusti Cæcilij Puteani E. F. Patris permissu.

Voluit igitur prudentissimus vir, hos duos libel-

libellos simul lucem adire, vt alter alterum iuuare posset. Et ego, quos ille olim coniunxit, separari non patiar: & hanc ob rem, cùm in ipso limine Metametricæ, quæ nihil aliud est, quàm quædam Latina Cabala, specimen illud posuerim, volo Anagrammatici Parnassi Meditationes honorare, Diatribam Erycij adiungendo. Illam interlege, & Authoris admireris ingenium, toti Orbi notum, & sæpè à doctissimis Viris laudatum. Fruere & Vale.

Per-Illustri, & Amplissimo Domino

D. FRANCISCO IOANNI DE ROBLES,

E COMITIBVS D'ANNAPPES,

Præposito, Cancellario, & Conseruatori Louaniensi,

NOSOCOMII REGII

Magno Administratori.

PERILLVSTRIS ET AMPLISSIME DOMINE.

INTER seria recenter opera amœnus, amœnis his diebus, Optimus parens meus fuit, & ANAGRAMMATISMVM, intactum alijs argumentum, ingenio & stilo complexus est. Ad delicias venit, & philosophari potuit, ad otia, & occupari. Scribendi occasio & caussa ab intercepti nuper Epistolis: quod crimen qua fraude commissum, eâ audaciâ defensum est. Quid remedij? Aut non scribere, aut Notis Litterisque scribenda occultare. De Litteris hic agitur, non Commutandis, quæ Synthematica ratio est, sed Transponendis, qui propriè Anagrammatismus appellatur. Quam verò originem, quem vsum ille habeat, scire hac DIATRIBA licebit: scire, inquam, Quoties nomen vnumquodque, præsertim Proprium, verti possit, & Quomodo: quo Numerus compendio, quo Ars ac Methodus ordine constituatur. Plura huius cõmatis sunt, nec obvia, quæ omnia tamen Anagrammatismo continentur; digna certè, quantum Docti & Amici iudicant, non scribi tantùm, & publicari; sed Nomini tuo inscribi. Vni multa, Patrono Amica; expressa, & tamen occultata. Sed lucem omnia à tergemina tua luce accipient: à Stemmate, Virtute, Dignitate. Stemma antiquissimum est, & perillustre: Virtus pro Stemmate, Nobilissima: Dignitas pro Virtute, non vno titulo Amplissima, siue Vrbem hanc nostrâ & Academiam, Siue Rempublicam & Militiam spectemus. In Vrbe quidem, Summi Templi (præfiscinè dixerim) Præpositus es, & Sacrorum munus imperio & exemplo egregiè sustines. In Academia, Cancellarius, & honoris titulos, post emerita Studiorum spatia iuuentuti bono Patriæ dispensas: item Priuilegiorum Conseruator, & pari auctoritate ac Iustitiâ litterarum Tribunal regis. In Republica denique & Militia, Sanctus Nosocomij Regij Præfectus, siue Administrator, & tam insigne Institutum, vigilantiâ, curâ, prudentiâ ostendis verè Regium esse; prorsus tanquam nomine munus exprimas. Quia enim ROBLESIVS es, agis quod diceris, & salutare Robur læsis, tuo etiam neglecto commodo liberaliter adfers. Sed hæc qua attingo, maius ab ipso Parente meo Elogium, & tempestiuè accipient: qui Te, vt Sidus & Cynosuram in Studiorum suorum pelago suspicit: benignâ sic quoque vsurus Musarum aurâ, quam tuus fauor adspirabit. Nunc igitur DIATRIBAM istam, à mea manu, ab illius ingenio cape, & vtrumque dedicatum tibi habe: imo Amicos omnes habe: quorum Nomina, quasi ad ornamentum, Anagrammatismo tecta sunt, & sic protecta erunt. Ita Parens, ego, Amici, Stemma tuum, Virtutem, Dignitatem veneramur. Vale, Perillustris Amplissimeque DOMINE, & Litterarum Patrocinio gloriam extende. Kal. Iunijs, ∞ .IↃCXXXXII.

Cliens PP.

Iustus Cæcilius Puteanus, Bamelrodius, E. F. Magno Senatui Mechliniensi à Secretis. Suo, & Parentis nomine.

VERVLTHA EVPANTO.

DIuinæ triplices haustus, EVPANTE, VERVLTHAE.
Attribuis mentis, cordaque trina mihi.
Qualem tergeminum testatur Iberia Regem,
Qualem Roma refert Enniademque suum.
Te colo, te miror triplicatæ munere mentis,
Te plusquàm triplici munere cordis amo.

ERYCIVS PVTEANVS.

Anagrammatismus.

VERVS PYCTA VENIS.

PYCTA, *pugil*, Græcè πύκτης: quam vocem & Latini vsurpant. Columellæ, *Victor Gallinaceus pyctes est*. Plinio, *Euthymus pycta semper Olympiæ victor, & semel victus*. A quo? à Theagene, vt notauit Pausanias: & quomodo? dolo. Proinde nec victus: quippe cui mulctæ nomine, talentum pendere Theagenes iussus est.

ERY-

ERYCI PVTEANI
DE
ANAGRAMMATISMO.
QVÆ CABALÆ PARS EST.
DIATRIBA.

CAPVT I.

Exordium à latebra scribendi, quæ Litterarum partim Commutatione, partim Transpositione constituitur. Cryptographiam propriè in Commutatione esse, Anagrammatismum in Transpositione.

§ CCCCXLIII.

NON vna scribendi latebra est: nulla promptior, quàm quæ Litteris, siue Alienis, & *Commutatis*; siue Proprijs, & *Transpositis*, formatur. Commutatio in toto sermone, aut eius parte; quando quæ significamus occultanda sunt. Transpositio, in Nominibus potissimùm Proprijs, quando fictam hanc personam Viri Docti vel sumunt, vel admittunt; cauti, vbi nesciri pulchrum; tuti, vbi latère necessum est. Vt tempora, proh dolor! & homines aliqui sunt, vitijs pleni, sed diuitijs ebrij, interuertere alienas epistolas audent, & tanquàm nulla sigilli religio sit, effringere, ac violare. Crimen deprehensum est: in remedium cautio sit, vt non res tantùm, quæ scribi solent, sed seorsim hi ipsi, qui scribunt, imò hi ad quos, & de quibus scribitur, arte abscondantur. Vrbes clausæ ac munitæ sunt, vt hostes arceantur: in vrbibus domus, vt fures. Imò verò & supellectilem quisque suam cellâ aut conclaui seruat; monilia & nummos arctiori scriniorum ac cistarum fide. Nomina hic igitur Propria, vt monilia quædam sunt & peculiari synthemate digna, siue vsus, siue lusus placeat: quemadmodum vel amœnitas, vel necessitas, hos Litterarum dolos excusabit.

De Commutatione quidem Litterarum, quæ CRYPTOGRAPHIAM propriè habet, peculiari Libello ante annos aliquot egi. De Transpositione, quæ ANAGRAMMATISMVM, hac nunc Diatribâ actùrus sum; breuiter, vt in sterili argumento; libenter tamen, vt publicum faciam, quod ab alijs hactenus siue relictum in medio, siue neglectum est.



CAPVT II.

Litterarum Transpositionem aliam aptam & concinnam, aliam abortiuam & informem esse. Sæpe & significationem deesse. Quid ANAGRAMMATISMVS, *quid Tractatio, Nomina Ex tica, siue Barbara, eorumque vis.*

§ CCCCXLIV.

EX vno nomine plura educere, curiosa Litteratura est: vnum è multis seligere, quo tuum dissimules ac tegas, semper iucundum, sæpe vtile, interdum necessarium. Etiam in ornamentum Nomen vertitur, ex ijsdem elementis, vel singulari sensu, vel opportuno encomio, vel eleganti scito exsurgens. In varia hac conuersione, vel Apta, vel Inepta Litterarum constitutio est. Ineptam hiulcus Consonantium concursus facit. Aptam ames, quando significandi vim habet; toleres, quando non habet. Sed quomodocumque, inter Figuras à Grammaticis recepta est, & *Metagrammatismus*, siue *Anagrammatismus* appellata: Latinè *Tractatio*, siue *Transpositio* Litterarum: vel, vt insolentiori vtar voce, *Tractatio*, *qua alium vultum dictio sumit, etiam ignotum, etiam barbarum, etiam exoticum, & ex aliena quasi lingua adoptatum*. *Traiectio* hic, & similiter Translatio, propriè de loco in locum motio est, siue Litteram in syllaba capias, siue syllabam in dictione, siue dictionem in sententia. *Tractatio* Varroni placuit, lib. IV. de Lingua Latina, vbi quatuor ob caussas nomina docet ex nominibus constitui: *Litterarum Demptione, aut Additione, & propter earum Tractationem, aut Commutationem*. Perperam enim hic *arctationem* legi, Turnebus animaduertit. Esse autem *Tractationem, cum tanquam manu litteræ tenentur, & huc, aut illuc transponuntur, ac traijciuntur*. Sic à Cicerone scribi, de Oratore: *Materiam in verbis esse, Tractationem in collocatione verborum*. Vbi tamen alij, sed nullo sensu, *attractionem*. Præterea, *Barbaries*, è Tractatione nasci hic fortasse soli, pro cultu sit, peregrinitas pro elegantia, significario ipsa, quia nulla, pro energia. Huc traho, quod Ingeniosus ille Picus Mirandula Disputationibus suis Magicis asserit, Thesi XXI. *Nomina Barbara, & nihil significantia, plus habere efficacitatis*.



CA-

CAPUT III.

Antiqua origine imaginem Anagrammatismi in Sacris Litteris inueniri: sed impropriè, & per Commutationem; qua Iulius Cæsar postea, & Augustus vsi. Nomina ἰσόψηφα.

☞ CCCCXLV.

ORigo Anagrammatismi antiquissima est, & cum Litteris, vel statim post Litteras. Ipsa Sacra Oracula hoc alibi inuolucro tecta sunt; imò hoc ornamento insignita, vt quia latent, diuiniora appareant. Exemplum ab Hieremia Propheta, cap.xxv. *Et Rex SESACH bibet calicem vini furoris.* Quis Rex? Babylonis: sed Litterarum latebra delusius, ne sacris minis irritatus noceret. Dictio enim בבל *Babel* in ששך *Sesach* Anagrammatismo (nisi potius Metathesis sit) Hebræis vsitato, transformata est. Nempè solent hi vltimam Alphabeti sui litteram primæ loco, penultimam secundæ, antepenultimam tertiæ, & sic deinceps statuere, vt D. Hieronymus hic adnotauit. Quæ & apud Græcos Latinosque ratio, sed alio atque alio ordine, obtinuit; Iulio Cæsari, & Octauiano Augusto familiaris. Et Iulius quidem D. pro A, E pro B, F pro C, ac perinde reliquas quaternario interuallo ponebat. Augustus, proximam B pro A, C pro B, D pro C, pro X autem duplex AA. vbi notes Y & Z inter elementa Latina non censeri; quod & Victorinus Afer in Grammatica sua annotauit. De Litteris istis singularijs videndus Suetonius in Iulio & Augusto, Dio Cassius, lib.xxxix. A. Gellius, lib.xvii. cap.ix. Isidorus, lib.i. Orig. cap.xxiv. & Cryptographia nostra. Sed an satis tutæ eiusmodi latebræ? A Litteris ad Numeros, qui significari litteris solent, ingeniosè translata olim nomina, & ἰσόψηφα facta. Exemplum in Artemidoro, lib.iv. cap.xxvi. *Apud Græcos γραῦς, anus, ægrotantibus visa, mortis signum est; IƆCC. enim & IV. repræsentat: quem numerum implet quoque ἡ ἐκφορά, elatio, siue funus.* Nimirum anus funeri proxima est, paratum, vt sic dicam, peculium Proserpinæ. Sic Δαμαγόρας, homo prauus & perniciosus quidam, & λοιμός *pestis*, in veteri Epigrammate Græco lib.ii. Anthologiæ: æquales enim numeri sunt, cccxx. par malum, velut bilance expensum; atque plus pestis in homine, vt Poëta inibi ludit, quam in ipso morbo fuisse.

γ	3	ἡ	8	δ	4	λ	30
ρ	100	ε	5	α	1	ο	70
α	1	κ	20	μ	40	ι	10
υ	400	φ	500	α	1	μ	40
ς	200	ο	70	γ	3	ο	70
	——	ρ	100	ο	70	ς	200
	704	α	1	ρ	100		——
			——	α	1		420
			704	ς	200		
					——		
					420		

CAPUT IV.

Aristarchum, aliosque de Anagrammatismo scripsisse. Ingeniosam hanc solertiam Somnijs quoque interpretandis adhibitam; sed varia posteà superstitione infamatam.

☞ CCCCXLVI.

DE Anagrammatismo verò, vt coli Græcis ingenijs cœpit, scripsisse Aristarchum, illum censoriæ seueritatis Grammaticum, aliosque nonnullos, idem Artemidorus tradit, lib.iv. cap.xxv. Et hos serios quidem fuisse, quòd scripserint; ridiculos, quòd, in somnijs præsertim interpretandis, non vsurpârint. Verba eius sunt: Διδάσκουσι τί ἐστιν Ἀναγραμματισμός, οὐδαμῶ δὲ φαίνονται αὐτῷ χρησάμενοι, οὔτε μεταθέντες συλλαβάς, οὔτε ἀποβάλλοντες, οὔτε προσθέντες γράμματα: *Docent, quid sit Anagrammatismus; sed videntur eo vsi non esse, neque transponentes syllabas, neque reijcientes, neque apponentes Litteras.* Sed neque reijciendæ, neque apponendæ litteræ erant, vt Anagrammatismus esset. Satis erat, Transponere. An fallor? Nimio plus Somnio, & sic Anagrammatismo tribuit. Addit verò, huius vsum illius interpretationi necessarium interdum esse, & ad perfectionem dignitatemque ἀναμιχθῆναι facere. Hâc laude Aristandrum fuisse, qui Alexandri, longâ & dubiâ circa Tyrum obsidione hærentis, somnium feliciter syllabę varius beneficio interpretatus est, & victoriam addixit. Rem Plutarchus narrat; sed verba sequor Artemidori, somnij modum mutantis. Satyrum ecce Rex in scuto suo ludentem per quietem viderat. Quid Vates? Anagrammatismo vsus est, vocabulumque diuidens, *Quia tuus*, inquit, est Σά τυρος, *Satyrus*, σὰ Τύρος, *Tua est Tyrus*. Somnium toleres: Somnium enim est. An dicam? Ad ὀνομαντείαν siue γραμματομαντείαν superstitio progressa est; tanquàm à nomine, quod quisque gerit, fata & futura dependeant, & è litteris, variè collocatis, eruantur. Ampliùs: tanquàm vitæ mortisq; vires & vices Anagrammatismo obnoxia sint, & elementorum traiectione ac situ regantur. Hinc Philostratus lib.iv. puellam narrat, quæ Romæ in funere efferebatur, ab Apollonio (penes Auctorem sit fides) nominis mysterio, quasi postliminio animatam.

CAPVT V.

Lycophron Poëta Tragicus à pangendis Anagrammatismis celebris. Πτολεμαῖος ἀπὸ μέλιτος: Ἀρσινόη, ἴον Ἥρας: Iunonem pro Aere poni. Exēpla plura ex Eustathio. Neque Homeri ingenium ab hac elegantia abfuisse.

❧ CCCCXLVII.

SEd præcipua Artis huius laus Lycophroni Chalcidensi Grammatico & Poëtæ Tragico, vni ex Septem, qui Pleiades appellati, à Scholiaste eius tribuitur. Non fortassis quia reperit Anagrammatismum, sed vsurpauit & excoluit: celebris διὰ τὸ λέγειν ἀναγραμματισμούς, *quia Anagrammatismos formabat*; imò carus Ptolemæo Philadelpho, Lai filio, & sorori eius Arsinoë, vel ob eas delicias. Πτολεμαῖος illi ἀπὸ μέλιτος, transpositis Litteris, quasi *è melle*; Ἀρσινόη vero ἴον Ἥρας quasi *Viola Iunonis*. Sed bone Deus! quanta hic nobis promptior laudis materia est, à Magno, & diuinitus dato Belgis Gubernatore MELLO! quanta etiam à cælesti Coniuge eius, Gratiarum Matre, Virtutum idea VILLENA! Et ille quidem totus è Melle, & melleo nomine, vel sine Anagrāmatismo exprimit quicquid plus quàm humanum est. Ptolemæus, imò Philadelphus est, decus non armorum tantùm, sed librorum; tanquàm & in Castris Litteras habeat; belli felix, quia Pacis artes Poliorcetes æstimat. Hęc autem quędam quasi Arsinoë est, & Viola Iunonis VENILLA est, vt familię nomen Anagrammatismo comprehendam, & Vrania illa Venus, illa à Platone descripta; in qua nullus animi nęuus formam & pulchritudinem corporis dehonestat. Suaue quidem & melleum, imò & venustum hoc diuerticulum fuit: ad tramitem reuertor. Eustathius ad illud Homeri Iliad. θεὰ λευκώλενος Ἥρα, *Albis cubitis Dea Iuno decora*, vim, ac mysterium Anagrammatismi agnoscit: Ἥρα ὁ ἀὴρ καὶ ἐκ τοῦ ἀναγραμματισμοῦ, ἐξ ὧν γὰρ ἥρα γράμματων, ἐκ τούτων καλεῖται καὶ ὁ ἀήρ: *Iuno, aër est, & quidem Anagrammatismo. Ex eisdem enim quibus Iuno Litteris, etiam Aër dicitur.* Sic & Cicero philosophatur, lib. II. de Natura Deorum: *Aer, vt Stoici disputant, interiectus inter mare & cælum, Iunonis nomine consecratur: quæ est soror & coniux Iouis; quod & similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio.* Hanc similitudinem, & coniunctionem suis breuiter notat verbis Macrobius, lib. I. in Somnium Scipionis cap. XVII. *Iuno soror Iouis & coniux vocatur. Est autem Iuno aër: & dicitur soror; quia iisdem seminibus, quibus cælum, etiam aër est procreatus. Coniux, quia aër subiectus est cælo.* Serius, vt solet, & seuerus hic Arnobius, lib. III. *Si Iuno aër est, quemadmodùm vos ludere ac dictare consuestis, Græci nominis posteritate repetitâ, nulla soror & coniux Iouis reperietur.* Cæterùm, Ἥρα, vt Platoni placet in Cratylo, quasi ἐρατή, *amabilis*. Vnde Virgilius: *Gratior & pulchro veniens à corpore virtus.* Hinc alius etiam, & apud eundem Eustathium Anagrammatismus, ἐρατὴ, ἀρετὴ, *Virtus*: quæ verè *amabilis*, quia pulcherrima est, & omnis boni mater. Etiam Comico teste:

Virtus omnia in se habet, omnia adsunt bona quem penes est virtus. Plura exempla ab Eustathio subiunguntur; sed paucula hic nobis sufficiunt: χόλος, ὄχλος, *ira, turba*; hinc rursus λόχος, *insidiæ*: φλύαρος, φαῦρος Atticè, *nugator, vilis*: Χλόη, quod Cereris cognomen est, χολή *bilis*. Ἄτλας, Cæliter *ille Axem humero torquens, stellis ardentibus aptum*, τάλας, *miser*. Pauca ista sunt; sed omnium optima, vt Scholiastes ille Homericus monet: in quibus εὑρίσκεταί τις ὥσπερ ἐν γράμμασιν, οὕτω καὶ νοήμασι· *quædam velut cognatio est, vt Litterarum, ita sententiæ.*

CAPVT VI.

De Transpositione accuratiùs dictum, ratione Proprij & Appellatiui. E Proprijs & pluribus vnum seligendum, quod aptissimum vsui sit, Epistolis & Dialogis aptum. Anagrammatismi nostri in Como.

❧ CCCCXLVIII.

SEd omnis Transpositio, vel in Proprijs est, vel Appellatiuis. E Proprijs vel Propria rursus fiunt: vt *Iulius, Liuius, Augustus, Gustauus*, quo nomine doctissimus ille Princeps *Selenus* latere voluit, vt prodesset omnibus: ille, qui curiosâ ingenij subtilitate integrum nobis Cryptographiæ Systema dedit, & Trithemij Steganographiam omni Magiæ infamiâ & simul obscuritate felicissimè liberauit. Potuit id quoque eximius EMARVLCA noster, qui nihil non ingenio potest: potuit nouâ & admirandâ solertiâ, nullam detrahens GVSTAVO laudem, & totam sibi vindicans; par iam Trithemio, quem post Gustauum explicauit. Fiunt & Appellatiua, vt *Celsus, scelus*; *Anna, nana*. Ex Appellatiuis vel Propria, vt *nana, Anna*; *scelus Celsus*: vel Appellatiua, vt *riuus, virus*; *domus modus, porcus, procus, & corpus*. Quid in hæc eo? Plura ab vno nomine manāt nomina, tanquàm à fonte riui; & vnum cùm audias hominem, plures putes; alium aliâ appellatione, qui tamen idem est, designari. Ergò sæpiùs mutabit quisque nomen: idem ipse tamen erit, diuersâ sempar formâ vnam tegens. In Aegypto desine Proteum quærere; vbique repe-

reperitur. Anagrammatismum quisquis induet, Proteus erit. In multiplici hac nominum copia, quam paucæ aliquot litteræ situ variare, suppeditant, vnum aliquod cuique eligendum; siue mollius sono, siue blandius sensu, suauitate quadam atque dignitate in aures se insinuās. Epistolæ quidem, atque Dialogi has delicias quærunt: sic scribi amant, vt liberras sub festiuitate ludens, dum aliud videtur æuum exoticis nominibus exprimere, sui censuram effugiat. Sic aliquando vt promiscuos Orbis mores, Luxu ac Lasciuiâ laborantes, notarem, Comum Deum stilo Menippæo effinxi, vbi ipsemet personam mutans, maximè tamen retinens, EVPANTVS, imò & PANEVTVS esse volui; vt si aliud sumerem nomen, feriatem animum, & in tenebris Cimmeriis accensâ ingenij faculâ, faciliori tramite ad Sapientiæ spatia gradum proferrem. De me, fed in Somnio, tanquàm de alio loquor: me à me quoque moneri, pulcrum arbitratus sum. Hic etiam ADERBA ille meus, quem studiorum familiaritate & indulgentiâ vt filium habui, mecum somuians vigilat, an vigilans somniat? Hic bonæ mentis Mysta, & tranquillissimus senex Tabutius philosophatur. Hic Erulpio, Dranses, Panperches suis latebris noti sunt; & quamuis obscuri, lucent.

CAPVT VII.

Anagrammatismum ad sermonis securitatem facere, & titulorum compendium. De his obiter dictum, & appellatione Domini.

§ CCCCXLIX.

Nolo aliorum, qui hodie famam ingenio adepti sunt, exemplo consilij mei verecundiam tutari: quemadmodum Anagrammatismo vsus sum; ita & alios ipse excitaui, quorum ad maiorem industria securitatem venit, quia in nominibus partim fingendis, partim abscondendis, ingeniosa fuit. N mirùm, animosior docentis, siue monentis fiducia est, sub personâ loqui: vberior amœnitas, vbi sub nomina, si vel nuda viliter, vel nota familiariter, vel magna subtiliter vsurpantur. Qui peregrinati solent, aliam sæpè sumunt faciem, vt ignoti sint; aliam vestem, vt viles sint; aliam fortunam, vt tuti sint. Nomen mutare, & non mentiri, securitatis tessera est. An mutare? Tuum est, quod non tuum, in proprio peregrinum, in peregrino proprium: eisdem litteris, aliâ structurâ, iisdem membris, alio corpore: quod si inspicias, & ad examen syllabarum voces, te tibi, & quasi per ludum, repræsentabit. Aliud quoque ex Anagrammatismo commodum, titulorum compendium; quos vno & velaro omnes nomine, etiam magnos, eximios, sublimes, absoluas. Teguntur nomina, & sic tituli, qui adhærent. Simplicitas maiestas est, redit que ad prisci æui imaginem sermonis Genius, quando ambitiosis Epithetis non inflatur. Cæsar olim, & in epistolâ, & in affatu ☞ Cæsar erat; Cicero, Cicero; Cato, Cato; & solo nomine plenam laudem inueniebant. Hodie quæ deliciæ! Siquis miles, fortissimi titulum exigit; siquis orator, facundissimi; siquis senator, sapientissimi. Sic mores sunt, ac tot pænè modis peccamus, quot vel scribimus, vel loquimur, nisi ad lancem ac demensum ambitionis vocabula persoluantur. Nuda appellatio, si Dis placet, displicet. Alius autem Nobilis, alius Magnificus, alius Illustris, aliterque vocari vult; omnes promiscuè Domini: cùm tamen id vile, aut vilibus aliquando tributum. Martialem audiamus:

Cùm voco te Dominum, noli tibi Cinna placere:
Sæpe etiam seruum sic resaluto meum.

Augustus, vt est apud Suetonium, cap. xxxxxiII *Domini appellationem, vt maledictum & opprobrium semper exhorruit.* Et Tiberius, apud eundem Suetonium, cap. xxvII. *Dominus appellatus à quodam, denunciauit, ne se ampliùs contumeliæ causâ nominaret.* Sed nostra tempora circa titulos lalciuiunt; vtinam meliori & Romano ritu corrigenda! Virtus in pretio sit, & ab hac sola pompam & pretium quisque capiet. Magni enim, quia animo, etiam nomine magni sunt, cætera symatis loco trahunt. Bonos igitur & Doctos inter Magnos numero, qui tam facilè sine titulis boni doctique sunt, quàm libenter ad Anagrammatismum se duci patiuntur.

CAPVT VIII.

Viros Principes, aliosque Magnos Anagrammatismo delectari: sub nomine suo, non suo, dum latent, generosiùs splendere.

§ CCCCL.

Illi ipsi qui inter Magnos eminent, viri Principes, & Rectores aliorum, ideò & adeò benigni sunt; vt quid sit latere, experiri ament, alio nomine, & tamen suo: quasi tum demum intelligant, se Magnos esse, quando paruis quodammodo similes, à verborum pompa ac splendore fortunam suam sinunt, & conditionem sejungi. Si rectè calculum ponis, hoc est sæpe-

re, & verè eminere: imò hoc eſt, in aliquam Dei ſimilitudinem euehi; qui ſuo & ſolo id totum eſt nomine, quod exprimi non poteſt, & omnem appellationem continet. Sic igitur verè Magnus ille RVMASSA (nouo titulo & dignitate TAGRADVLEON) ſub inuolucro mihi, ſeptem litterarum, quaſi Palladis numero, triumque ſyllabarum, quaſi felicitatis myſterio reſplendet, totâ armatus & ornatus virtute, vt Belgica bella lætis regat auſpicijs, fata victorijs attollat. Sic OBENNO, totâ ad Bonitatem naturâ compoſitus, vt animo, ſic ore aureus, Belgij Primas, Hierarchiam ſuam, quâ prudentiâ, eâ pietate regens, quâ vigilantiâ, eâ doctrinâ, Sacrorum maieſtatem in ipſis Bellis & conſeruando ornat, & ornando conſeruat. Sic ALVEDA, priſci clarique ſanguinis, dignus à Magno Rege habitus, qui poſt præcipua Militiæ Belgicæ munia, rebus Inſubrium ſummo cum imperio præeſſet: poſt arma placidus, & in ipſis Martialis, ſenario, id eſt, perfecto litterarum numero nomen velans, perfectum ipſo animo decus explicat. Sic VALZEMIZVS, tam Suauis quàm Doctus, gloriam & familiæ ſuæ, & ſæculi ſui tam ingenioſo efferens ſtilo, vt gerere ipſe quæ ſcribit, & eiſdem litteris regere videatur. Sic MENTALCVS, diâ mente, origine Regiâ, etiam ſine titulis, quos infra ſe habet, excellit: idem fortiſſimus & prudentiſſimus, totuſque meus: tribus etiam ſyllabis, quarum tribus ſingulæ conſtant litteris, Muſarum numerum complexus, hanc ſibi laudem vindicat, vt Heros & Hercules dici mereatur. Sic VERVLTHA, & origine, & eruditione tam Græcâ, quàm Latinâ Inclytus, Pacis Arbiter, cum plena & Baſilica poteſtate conſtitutus, triplici virtutis commendatione Hiſpanus, Germanus, Belga: quemadmodùm triplici ſyllabarum ſtructurâ compoſitum Anagrammatiſmum habet. Sic STOFRANDVS, antiquæ apud Inſubres Nobilitatis, & ex ea familia, quæ Orbi Chriſtiano Summum Sacrorum Principem aliquando dedit; vir cultu externo modeſtus, ſolida ab animo ornamenta fortunæ capiens, laude dignus, quia nominari, quàm laudari mauult. Sic AMANALCAS, ille negotiorum Bellicorum quaſi Atlas, tam à titulis alienus, vt ad familiaritatem ſimplex amet nomen conferre; dignitatem, qua eminet, modeſtiâ; auctoritatem qua pollet, humanitate commendans. Sic ASOR, diuini planè ingenij, eloquij, conſilij, & ſplendens Belgarum ſidus, incorruptus ſedulusque Summæ Majeſtatis aſſertor & vindex: qui etiam in motu tranquillus, in quiete occupatus; ſemperque ſui ſimilis, ad plenas virtutum laudes, breui & ſimul venanti nomine conuerſis litteris aſcendit. Sic BITHOSCO, magno illuſtris munere, & aliquid Solis habens, Iuſtitiæ ſplendorem vbique inuehit, duodecim ſe Dignitatis ſuæ litteris velut radijs inuoluens, vt omnibus luceat. Sic NICOTHISCVS, vir ad Rempublicam, nec minùs ad Sapientiam natus; qua, velut normâ, & vitam, & mores componit: benignus omnibus, ſeuerus ſibi, Regios ſic adminiſtrans theſauros, vt ipſe Regi tanquam theſaurus ſit; virtuteſque ceu diuitias inferendo, perenne Aerarium faciat. Sic SORELBIVS, è Sacro & Academico Ordine; qui cùm titulos alijs tribuat, in ſe negligit, quia his major, Majores ſuos non iactans, ſed exprimens, generoſum ab indole, tranquillum à ſtudijs animum in gloriam ducit. Sic & alij ex eâdem Orcheſtra, vel ſanguine nobiles, vel virtute celebres, vel famâ inſignes, has nominum imagines læti ac lubentes admiſere; latere iucundum rati, cùm obſcurari nec poſſent, nec viderentur poſſe.

CAPVT IX.

Amicorum & Familiarium Album, qui nomina ſua in Anagrammatiſmum contulere. Pietas Melodarbiana. Arietis laus, qui Græcis Ἀμν, & Latinis Mars. Aries Martis Signum.

§ CCCCLI.

SEd familiares ego pleroſque meos, loco aut lare proximos, gente aut genio Belgas, hac amœnitate complexus ſum; quorum alios genus aut dignitas commendat; alios doctrina aut elegantia; omnes candor, & exacti ad probitatis normam mores. Recenſeri quis volet? habeo certè, paucos è multis, & honôris atque amoris cauſsâ; ſuo quemque nomine, an dicam non ſuo? quia Amicos & familiares, ſuo, non ſuo, notos, & tamen ignotos. Cùm nemlnem nominem, omnes ecce oſtendo; cùm loqui non videar, Nomenclator, & quaſi ex Albo. Quia Litteris tota hæc amœnitas variatur, Litteræ hic quoque ordinem Latinâ ſerie conſtituent, Hi igitur inter alios mei ſunt, & quia ſub Anagrammatiſmo, magis mei. Belgæ pleriqùe, alij tanquam Belgæ.



AMI-

AMICORVM ALIQVOT NOBILIVM, DOCTORVMQVE

ALBVM,

AD PLVRES EXTENDENDVM,

Quorum Nominá, hic tecta, in apertum mox, & cùm Elogijs venient.

AHenus
Ambrynus.
Amyleda.
Anacarpo.
Andrigensius.
Appius.
Arbelaus.
Belaus.
Bidous.
Binyvo.
Carasto.
Caricasius.
Chiusco.
Catonæocritus.
Cibolius.
Cimusco.
Cotenuchbunda.
Damzilaus.
Dancdernius.
Deluvenneda.
Delmo.
Dennerfas.
Denutenergas.
Derinetes.
Dergis.
Deseriarpa.
Diarba.
Dilo.
Dinaptus.
Dinto.
Disurta.
Dwiglotta.
Drvigunnius.
Demnorfus.
Dreno.
Duneltus.
Ebredus.
Effilicbius.
Effulius.
Elborena.
Emarulca.
Emylies.
Erigetus.
Eriscurius.
Erosilaus.
Eserius.
Eubisa.

Eubucyuer.
Eucurcyreta.
Eucyneander.
Eudanaus.
Faqueruca.
Fichalcus.
Focus.
Fronca.
Gassenusa.
Gendassus.
Geneadorus.
Gelbergondius.
Gelporesbius.
Gistanus.
Gnodius.
Gonuchetus.
Grecherbo.
Gumsba.
Hebisca.
Hesynus.
Heneda.
Herugena.
Hielederves.
Hisenius.
Hiuso.
Hyamnus:
Hyrous.
Hyiunus.
Lasca..
Latilaus.
Lerbo.
Lonileus:
Lucenas.
Lyzius.
Mæmlaus.
Maliassus.
Mecyranus.
Melceto.
Melippus.
Mellurus.
Melthon.
Meltor.
Mermirto.
Meropus.
Mesa.
Mesurgo.
Mesurius.

Mnotta.
Moluna.
Mousinius.
Monzina.
Morwvius.
Mychelba.
Mylerpus.
Nalgernus.
Napontus.
Narduses.
Nectarfar.
Nelodonerca.
Nelsiganiltus.
Nesylo.
Nevenunda.
Nibunicio.
Nicander.
Niclesilnus.
Nicontxus.
Nisia.
Nineveldus.
Nouilanus.
Nucaleon.
Nusinno.
Nychio.
Nymetus.
Nyolanus.
O chierca.
Ominerco.
Onerbus.
Oralcus.
Oralnes.
Otorva.
Ovissus.
Patharpius.
Phinus.
Pinotus.

Proteus.
Quiceto.
Reberra.
Reuilaus.
Rhebegenunda.
Ruarca.
Rupelto.
Senermo.
Sennermus.
Sercbo.
Smonanctus.
Somirtus.
Somnosca.
Somo.
Sotas.
Talemnius.
Taristus.
Teffilcbius.
Telbigenander.
Tbarius.
Thenesa.
Thursinastus.
Tiera.
Timmaromus.
Tirous.
Titulla.
Titus Bulerycius.
Tovonander.
Tylbertucius.
Veda.
Vierbus.
Vigaretus.
Vimber.
Virius.
Vrchetus.
Xudelco.
Zapius.

Seorsum Liberos superstites lubet singulari affectu, & sic Anagrammatismo complecti.

PLEIAS
MELODARBIANA.

Tusius.
Fusatus.
Amilmnaxius.
Darenas.

Helessus.
Vbaretus.
Arbunus.

Sed bonum factum. Ex Amicorum hoc Albo vnus expunctus est, homo tam delicatus, vt elegantiam contumeliam putet: tam ingeniosus, vt in Anagrammatismo suo monstrum nobis monstret, & meram quasi chimæram.

Spectatum admissi risum teneatis amici?

Et videtur tamen, quia malignè passim quere-

las depromit, feriò nugari. Prorsùs tanquam Litteræ a. te transpositæ *Arietem* effingant,& furore quodam armatum. Somniat,an delirat? an ludos nobis facit? Innocentissimus hic sanè ingenij lusus est,sine imagine, sine vmbra iniuriæ, aut læsionis. Scire interim licet, Iouem Hammonem Cornibus Arietinis religiosè insignitum, & banc Alexandro Magno,vt filius Iouis crederetur,imaginem Cornifrontis placuisse. Quid? Cornua habere,diuinum est. radij enim sunt, & cælestem quandam dignitatem repræsentant. Sic & Oraculum olim Arietinum erat,cuius Aulus Gellius meminit,lib. III.cap.III.Quid verba facio? redeat ad nomen suum, qui innocenti Anagrammatismo grauis est;& quod accusat,inveniet: inveniet Arietem, quia Martem nomine continet,etiam litibus Martialis. Aries,inquam, Mars est, Græcis Ἄρης, qua Plautus voce vsus, Truculēto: *Sis tu in legione bellator,si vis: at ego in culina Ares.* Latinis autem Aries *Ares* erat. Varronis verba sunt,lib. IV. de Lingua Latina: *Aries, quòd eum dicebant Ares Veteres* Non frustra etiam Martis signū,siue domus in cælo Aries est; cùm bellicosam Dei indolem frontis ferociā exprimat, Tauro iam & fortior,& formosior,quia vellere fulget aureo, & auro ferit. Quinetiam, cui Mars placet,& ante omnia carum est aurum;placebit Martis Aries, qui totus est aureus. Quam etiam hic vim voces Hebraicæ habeant, alijs considerandū relinquo. Sed nihil agimus: exuat Anagrammatismi elegantiam,qui non capit,qui sub homine,vt sic dicam,quàm sub nomine latere manult, & fallere; qui alieno quoq; ingenio se attollit. Tessera nostra candor est,a fuco,& fallacijs,more maiorum,alieni sumus: Honestas est; fraudes,sordes, strophas detestamur: Modestia est,fastum, & ambitionem Lare, & magis pectore secludimus. Abeant vitia; amicitia inter bonos est: veniant Virtutes, Scientiæ, Elegantiæ; firmam, & iucundam amicitiam facient. Gaudēt, qui sic iuncti sunt, ἀναγραμματίζεσθαι: inuolui nomine, quod è suo quisque nomine capit, nunquam alius, quamuis esse videatur; semper idem quamuis plures formas assumat.

CAPVT X.

De multiformi Anagrammatismi Varietate, pro numero & natura Litterarum. Harum diuisio, & obseruatio.

☞ CCCCLII.

Has nunc prosequi lubet, totamque Anagrammatismi fertilitatem ad *Numerum*, & *Modum* vocare, vt quadam velut arte includā. Scire igitur solerti licebit compendio, *Quot in vno nomine Nomina sint, & quam Varietatem admittant singula, parua magnam, magna immensam.*

Et Varietas quidem à monade ad multitudinem consurgens, incremento suo nūmerum ac rationem Litterarum sequitur, è quibus nomen vnumquodque compositum, ac formatum est; vel Singulis, vel Binis, vel Pluribus. Vnius Litteræ, quæ & Syllabam, & vocabulum potest facere, vna positio est, nulla tractatio siue transpositio: quia enim vna vnum simplicemque situm tenet, Vocalis sit necessum est, vna ex quinque A, E, I, O, V. Duarum, duæ positiones sunt, vna transpositio, atque hæ duæ (sed extra diphtongum) vel vocales sunt, & fit Dissyllabum, vel vocalis & consonans, & manet Monosyllabum. Vna, inquam, duarum litterarum transpositio est: quia enim duæ sunt, prima, vt à suo abeat, non potest, nisi secundæ locum occupare: vt VT, in Vt, & TV, vbi Coniunctio in Pronomen desinit. Item IO Inachi filia, à Ioue in iuuencam mutata, & OI dolentis particula, quasi metamorphosin suam deformata puella Anagrammatismo suspiret. Trium litterarum tergemina transpositio est. Prima enim situm secundæ & tertiæ capit; secunda, tertiæ & primæ; tertia, primæ & secundæ: vt MVS, quo nomine seruulus Epicuri fuit, in MSV, VSM, VMS, SMV, SVM. Deinceps maiori incremento surgit coniugatio, ordine hic nobis exprimenda, partim verbis, partim notis. Vt enim Binæ litteræ binas dant positiones, Ternæ bis ternas: ita

Quaternæ, vicenas quaternas 24.
Quinæ, centenas vicenas, 120.
Senæ, septingentas vicenas, 720.
Septenæ, quinquies millenas quadragenas, 5040.
Octonæ, quadragies millenas, trecentas vicenas, 40320.
Nouenæ, trecenties sexagies bis millenas octingentas, octogenas, 362880.
Denæ, trigesies sexies centenas millenas, vicies octies mille octingētas, 3628800.
Vndenæ, trecenties nonagies nouies centenas millenas, decies sexies mille octingentas, 39916800.
Duodenæ, quater millies septingenties nonagies centenas millenas, mille sexcentas, 479001600.



CAPVT XI.

Ratio ac regula, qua tota Anagrammatismi Varietas ad numerum veniat. Contortuplicata nomina.

☞ CCCCLIII.

HAec Varietas Anagrammatismi est, & extendi potest: Ratio à numero Litterarum, quæ suo in se ductu multiplicantur, & has regulas habent.

Si vna erit Littera, & nomen vnius fortassis Litteræ, ad numerum non veniet: semel enim sumpta in se redit, & vna est, non aliam ob caussam, quàm quia vna.

Si Duæ, in 1. ducendæ sunt, & erunt 2. Semel enim duæ sunt duæ, & hæc tota hic varietas est.

Si Tres, in 2, & erunt 6.
Si Quatuor, in 6, & erunt 24.
Si Quinque, in 24, & erunt 120.
Si Sex, in 120. & erunt 720.
Si Septem, in 720. erunt 5040.
Si Octo, in 5040, & erunt 40320.
Si Nouem, in 40320. & erunt 362880.
Si Decem, in 362880, & erunt 3628800.
Si Vndecim, in 3628800, & erunt 9916800.
Si Duodecim, in 39916800, & erũt 479001600

Quod dico, facio; & multiplicationis ductus gradatim in numeros quemque suos scansiles ostendo.

1— 1
2— 2
6— 3
24— 4
120— 5
720— 6
5040— 7
40320— 8
362800— 9
3628800—10
39916800—11
479001600—12

Licebit verò hoc ordine ac methodo progredi, si grandiora nomina sint: quemadmodum esse possunt, præsertim ficta, & quæ in scena ludunt. Illa Plautina, Persâ Act. IV. Sc. VII. verè longa & *contortuplicata* sunt; sed ingenium dispungentis occupent. Etenim si fraudulentum vis hominem, ecce *Techniloquides*, & *Nugidololoquides*: si superbum, *Vaniloquidorus*: si auarum, *Nummorum-expalponides*, *Argenti-exterebronides*, *Quod semelarripides nunquampostearipides*. In quo vltimo triginta nouem elementa sunt: & possis minori iam operâ in omnes formas suas Alphabetum diducere, verba omnia quotquot XXIV. apud Græcos & nostrates litteris confici queant, numerare. Quantum opus! summam pono, tu pronuncia.

620448401733239439360000.

CAPVT XII.

Modus ac Methodus, qua omnes formæ quotquot numeratæ iam sunt, constituantur. Exemplum in digrammato & trigrammato.

☞ CCCCLIV.

SAtis de Numero, & Ratione Numeri: Modus ac Methodus, qua formæ omnes habeantur, quamuis labore constet, ingenio tamen absoluitur, & quibusdam velut præceptis, quæ subiungo.


Quot Litteræ, tot ordines constituendi sunt, tanquàm è singulis noua vocabula descendant. singulæ etiam in principijs toties locandæ, quoties reliquæ, quæ vocabulum absoluunt, situm variant. Redeat IO, & exemplum Dissyllabum faciat, vna iuuenca geminâ Litterarum specie. Hic vel I præponitur, & erit IO; vel O, & erit OI: sed quia O, post I, in IO vna est, non potest ex IO, nisi OI efformari.

I O.
IO. OI.

A duabus ad tres venio Litteras, vnâ tamen syllabâ comprehensas. DIS esto, quem Plutonem appellant. Singulæ hic Litteræ bis mutantur: quia enim post primam D. duæ sunt, I, S, gemina collocatio est. Ergò bis D, quia secundo & tertio loco scribi potest: bis I, quia tertio & primo: bis S, quia primo & secundo: ergò post D. potest esse IS, vel SI; post I verò SD, vel DS; post S denique DI, vel ID. Si dicere hæc satis non est, ostendo.

D.	I.	S.
1. DIS.	3. ISD.	5. SDI.
2. DSI.	4. IDS.	6. SID.

Quemadmodum verò (quod animaduersione dignum est) ex vna hic constructione senæ sunt: ita conuersionis necessitate ternæ retrogadæ: vltima primæ, quincta quartæ, tertia secundæ: nec sine ordinis elegantia, quam lineæ ostenduot.



CAPVT XIII.

Exemplum in Tetragrammato. In tota Anagrammatismi Varietate partem Litterarum dimidiam retrorsus ire.

CCCCLV.

AVgendus est numerus: & quidni ROMA, hic nobis verè quadrata, conuertatur? Vere Amor ac delicium Orbis, vt elogium ex ipso Anagrammatismo exsurgit. Sed Maro accedit, vt quo potissimum ingenij iubare clara sit, nomine suo ostendat. Viginti igitur quatuor diuersæ è quatuor Litteris formæ sunt, quot apud Græcos orationis elementa. R. sexies principiũ occupat, quia O, M, A, quæ sequuntur, sexies singulæ situm variant: ternario autem numero hanc inesse necessitatem, priori iam exemplo ostendi. Nascuntur igitur post R, OMA, OAM, MAO, MOA, AOM, AMO, suo quidem ordine, & in circulum vocabuli Litteris reductis. Sic post O, MAR, MRA, ARM, AMR, RMA, RAM: post M, ARO, AOR, ROA, RAO, OAR, ORA: post A, ROM, RMO, OMR, ORM, MRO, MOR. Laterculum adiungo.

R O M A.

1 *Roma.*	7 *Omar.*	13 *Maro.*	19 *Arom.*
2 *Roam.*	8 *Omra.*	14 *Maor.*	20 *Armo.*
3 *Rmao.*	9 *Oarm.*	15 *Mroa.*	21 *Aomr.*
4 *Rmoa.*	10 *Oamr.*	16 *Mrao.*	22 *Aorm.*
5 *Raom.*	11 *Orma.*	17 *Moar.*	23 *Amro.*
6 *Ramo.*	12 *Oram.*	18 *Mora.*	24 *Amor.*


Hic etiam, vt viginti quatuor tractationes sunt: ita duodecim retrogradæ: vltima primæ, vigesimatertia vndecimæ, vigesimasecunda decimæ quinctæ, vigesimaprima quartæ, vigesima octauæ decimanonæ decimæoctauæ, decima septima quinctæ, decimasexta nonæ, decimaquarta secundæ, decimatertia duodecimæ, decima tertiæ, septima sextæ.

Vt ROMA, sic ROSA est, eodem numero Litterarum, ordine, modo, si M in S commutetur. Romam Rosam voca, Reginam florum, vt Vrbium habebis.

Ordinis huius ἀκολουθίαν, partim numeris, partim lineis in numeros redactis, tabella exprimit.

ANAGRAMMATISMI

Quatuor Litteris retrogradi, partim numeris, partim lineis coniugati:



CAPVT XIV.

Exemplum in Pentagrammato. Non ex omni Litterarum coagmentatione syllabam creari. Vbi de natura Consonantium.

CCCCLVI.

AD quinas iam Litteras exemplum profero, & à Platone sumo, bono omine, bono nomine: quippe qui & numeris philosophatus est, & de Nominum ratione in Cratylo scripsit; bis Plato, cùm Aristocles appellaretur; maior nomine, & alter tantus litteris, quia imminutus. Nimirum hic quoque Hesiodi illud locum habet, πλέον ἥμισυ παντός: *Dimidium plus toto*: illis occinendum, qui diuites & auari sunt; indigni opibus suis, imò non suis; quia aut malè, aut non vtuntur. Vbi honestas igitur? vbi probitas, candor, fides? Post nummos hæc omnia, & lucro virtus seruit. Rectè Naso:

Cura quid expediat prior est, quàm quid sit honestum;
Et cum fortuna statque caditque fides.

Licètne addere? sed Satyrici Venusini ore:

Tan-

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. Congestis vndique saccis
Indormis inhians, & tanquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tantùm gaudere tabellis.

Sed ad Platonem redeo, quinque litteris, duabus autem syllabis tot continentem traiectiones nominis, quot annis olim Mensis Magnus Aegyptiacus (de quo in Bissexto meo) cōputabatur. Mirari incipe: centum viginti in vna forma formæ explicatæ sunt: eo modo, ingenio, arte, quibus iam dixi, & docui in compendium laborem conuerti. Quia enim quinque litteræ sunt, quinque ordines vocabulorum constituuntur: & quia post primam quamque quatuor reliquæ sunt, viginti quatuor vocabula ordines singuli recipiunt: quatuor enim Litteræ vigesies quater variantur.

	P		L		A		T		O
1	*Plato.*	25	*Latop.*	49	*Atopl.*	73	*Topla.*	97	*Oplat.*
2	*Plaot.*	26	*Latpo.*	50	*Atolp.*	74	*Topal.*	98	*Oplta.*
3	*Pltoa.*	27	*Laopt.*	51	*Atplo.*	75	*Tolap.*	99	*Opatl.*
4	*Pltao.*	28	*Laotp.*	52	*Atpol.*	76	*Tolpa.*	100	*Opalt.*
5	*Ploat.*	29	*Lapto.*	53	*Atlpo.*	77	*Toapl.*	101	*Optla.*
6	*Plota.*	30	*Lapot.*	54	*Atlop.*	78	*Toalp.*	102	*Optal.*
7	*Patol.*	31	*Ltopa.*	55	*Aoplt.*	79	*Tplao.*	103	*Olatp.*
8	*Patlo.*	32	*Ltoap.*	56	*Aoptl*	80	*Tploa.*	104	*Olapt.*
9	*Paolt.*	33	*Ltpao.*	57	*Aoltp.*	81	*Tpoal.*	105	*Oltpa.*
10	*Paotl.*	34	*Ltpoa.*	58	*Aolpt.*	82	*Tpalo.*	106	*Oltap.*
11	*Palto.*	35	*Ltaop.*	59	*Aotpl.*	83	*Tpola.*	107	*Olpat.*
12	*Palot.*	36	*Ltapo.*	60	*Aotlp.*	84	*Tpoal.*	108	*Olpta.*
13	*Ptola.*	37	*Lopat.*	61	*Aplto.*	85	*Tlaop.*	109	*Oatpl.*
14	*Ptoal.*	38	*Lopta.*	62	*Aplot.*	86	*Tlapo.*	110	*Oatlp.*
15	*Ptlao.*	39	*Loatp.*	63	*Aptol.*	87	*Tlopa.*	111	*Oaplt.*
16	*Ptloa.*	40	*Loapt.*	64	*Aptlo.*	88	*Tloap.*	112	*Oaptl.*
17	*Ptaol.*	41	*Lotpa.*	65	*Apolt.*	89	*Tlpao.*	113	*Oaltp.*
18	*Ptalo.*	42	*Lotap.*	66	*Apotl.*	90	*Tlpoa.*	114	*Oalpt.*
19	*Polat.*	43	*Lpato.*	67	*Altop.*	91	*Taopl.*	115	*Otpla.*
20	*Polta.*	44	*Lpaot.*	68	*Altpo.*	92	*Taolp.*	116	*Otpal.*
21	*Poatl.*	45	*Lptoa.*	69	*Alopt.*	93	*Taplo.*	117	*Otlap.*
22	*Poalt.*	46	*Lptao.*	70	*Alotp.*	94	*Tapol.*	118	*Otlpa.*
23	*Potla.*	57	*Lpoat.*	71	*Alpto.*	95	*Talop.*	119	*Otapl.*
24	*Potal.*	48	*Lpota.*	72	*Alpot.*	96	*Talpo.*	120	*Otalp.*

In primo ordine, post litteram P, sexies L, reperitur, sexies A, sexies T, sexies O. Duæ deinde reliquæ litteræ suâ sequelâ, TO, OT, OA, AO, AT, TA, & sic in reliquis. In secundo ordine post L, sexies A, sexies T, sexies O, sexies P. Post A, verò bis T, bis O, bis P. Et ita deinceps.



In varia hac etiam vicissitudine litterarum syllabæ alibi syllabæ non sunt, molestæ ori, difficiles pronunciatu: litteræ sunt, & manent litteræ, nullam in vocem, quia singulariæ, aut certè hiulcam admodum coëuntes. Caussa à Consonantium concursu, & collisione, præsertim quando Liquidæ L, M, N, R, Mutas præcedunt, & ipsæ planè mutæ fiunt. M, hìc etiam peculiari est indole: nam cùm sorores Litteræ L, N, R, sequi Mutas possint, non præire; hæc neque præit, neque sequitur, nisi post T, vt *Tmesis, Tmolus*, quemadmodum in semiuocalibus, non nisi post S, vt *Smaragdus*, *Smegma*. Cùm etiam Liquida Liquidæ coniunctionem respuat, hæc vna cum vicina N, coalescit, vt *Mna*, *Mnemosynon*. Ipsa etiam vocabula, quamuis vocabula sint, ac pronunciari possint; significatione tamen plerumque (vt monui) velut animâ destituuntur. Corpora duntaxat, nisi & interdum monstra malis appellare. Sed hi abortus, vt sic dicam, Litterarum sunt, tanquàm ipsa vitium fertilitas adferat, & mixturâ peccet. Formæ retrogradæ numeri dimidium occupant, quas annotare, operæ & amœnitatis pretium sit: qui volet, lineis quoque exprimet, curiosam admodum velut harmoniam inuenturus.

Hìc nunc sunt ANAGRAMMATISMI, quinque Litteris Retrogradi, Numeris signati.

1 120

1	120	31	66	61	118	91	47
2	78	32	10	62	76	92	5
3	60	33	112	63	41	93	107
4	110	34	56	64	105	94	37
5	92	35	21	65	87	95	19
6	50	36	99	66	31	96	97
7	42	37	94	67	23	97	96
8	106	38	52	68	101	98	53
9	88	39	17	69	83	99	36
10	32	40	81	70	13	100	86
11	117	41	63	71	115	101	68
12	75	42	7	72	73	102	26
13	70	43	119	73	72	103	18
14	28	44	77	74	30	104	82
15	113	45	59	75	12	105	64
16	57	46	109	76	62	106	8
17	39	47	91	77	44	107	93
18	103	48	49	78	2	108	51
19	95	49	48	79	114	109	46
20	54	50	6	80	58	110	4
21	35	51	108	81	40	111	89
22	85	52	38	82	104	112	33
23	67	53	98	83	69	113	15
24	25	54	20	84	27	114	79
25	24	55	90	85	22	115	71
26	102	56	34	86	100	116	29
27	84	57	16	87	65	117	11
28	14	58	80	88	9	118	61
29	111	59	45	89	111	119	43
30	74	60	3	90	59	120	1

CAPVT XV.

Ratio Litterarum ad Syllabas, item ad Dictiones translata. Proteus, In Militia, Conuiuio, Ambulatione Anagrammatismum esse; Vsu, & lusu probari.

CCCCLVII.

HIc igitur Anagrammatismus est, Numero suo fœcundus, Modo varius, Arte & Labore tractandus. Si quæ de Litteris dixi, ad Syllabas, imò ad Dictiones transferre libeat, noua in compendio amœnitas erit.

Et Syllabæ quidem, vel singulæ sunt, & nulla mutatio est: vel binæ, & binas habent: vel ternæ, & bis ternas: vel quaternæ, & vicenas quaternas: vel quinæ, & centum vicenas: vel senæ, & septingentas vicenas: & sic deinceps. Quid tamen est? Si quis aut Artem longam, aut laborem morosum existimet, ingenio, atque etiam fortunâ vtatur. Ante omnia expensis Litteris, vltima vtique syllaba constituenda est: vt molli, & vel Latinâ, vel Græcâ terminatione venustatem assumat: ita enim in suam reliquę formam faciliùs venient, vel non inuitę ducentur.

Dictiones carmen, & um pręcipuè versum respiciunt, quem Proteum appellamus. Quoties hic autem verti possit, satis in Thaumatis nostris, cùm & Pietatem amœnam faceremus; explicatum. Sed ne in solis vel Litteris, vel Syllabis, vel dictionibus ingenium detineam, etiam in Conuiuio, etiam in Militia, etiam in quotidiana Ambulatione Anagrammatismum esse libens ostendo. Et in Militia quidem nonne ordines sunt? in singulis Bini, Terni, Quaterni, Quini, Seni, aut plures eunt: qui omnes ratione numeri locum mutent, & aliam aliamque exhibeant constitutionem. Si Bini, duæ formæ erunt. Qui enim dexter, fieri sinister potest: contra, qui sinister, fieri dexter. Si Terni, sexies inter se variare locum poterunt. Si Quaterni, vigesies quater. Si Quini, centies vigesies: quemadmodum de Litteris dictum. Eadem Conuiuij ratio, vbi vario numero, sed vel Gratiarum, vt Varro docet, vel Musarum, vel intermedio, perbellè sedetur: si plures Sympotæ sint, ac toties singuli bibant, quoties mutare ordinem queant; tota vindemia satis non sit. In Ambulatione, quæ reciproca spatia itu redituque conficit, partim mutatione loci, partim solâ conuersione vices sunt, partim vtráque. Duorum facilis ratio. Redire nequeunt, nisi conuertantur. Hoc modo, qui dexter, sinistri locum capit, qui sinister, dextri. Sed mutatione loci dexter semper dexter erit, & sinister sinister, quia sinistrorsum se vterq; flectet. Ternarius hic numerus senas omnino tropas, atque vicissitudines habet, quemadmodum more suo Hispani hodie, & eleganter ambulant. Singuli igitur, sed distinctis spatijs, nunc medium subeunt locum, nunc dextrum, nunc sinistrum. Qui dexter est, fit medius; qui medius, sinister, sinister autem solâ conuersione dexter. Item, dexter & medius sinistrorsum circumaguntur; sinister dextrorsum. Dici solet in rebus perplexis, ac dubijs. *Quò me vertam nescio*. Respondeat, non sine ioco Comicus:

Si Deos salutas, dextrouorsùm censeo.

Atque talis in Sacris motus, talis solennitas, tanquàm cælum homines sequantur. Sed in Ambulatione ista aliquid sacri esse, & aliquid simul profani, varietas ostendit: maior futura, si personarum augeatur numerus, & suum loca ordinem, suumque conuersio obtineant. Ne sine figura verba sint, senariam mutationem signis repræsento, tribus litteris totidem personas.

A	A	C	C	B	B
B	C	A	B	C	A
C	B	B	A	A	C

A, B, C, primus itus est, A, C, B, reditus: C, A. B, se-

B, secundus itus, C, B, A, reditus: B, C, A, tertius itus, B. A. C, reditus. Sed manum de tabula: dixi, quæ huius, & hactenus non tractari, quod sciam, argumenti sunt, & quæ ad Anagrammatismum Nominum Propriorum propriè fatiunt; amœna, si lusum æstimaueris; seria, si vsum. Quid é amœnus egomet fui, vt Amicos & familiares aliquot meos nominarem, serius, vt tegerem. Hi ipsi, quia Amici, nominari pulchrum censuere; tutum abscondi.

MVSA III. VTENS.

CCCCLVIII.



QVO modo formentur Anagrammata, Prima & Secunda Musa docent: ergo ex contemplatione progredia.mur ad praxim, videamusque nonnullas ingeniosas, & doctas vocum Metamorphoses, quas Viri Eruditi fecerunt.

In ordine nullam legem obseruo: sed quæ priùs ad meas venerunt manus, sunt priùs posita: omnes Viri docti meo iudicio sunt primi, nullus vltimus: nec volo alicuius gloriæ & meritis ex hoc capite præiudicari.

CCCCLIX.



HONORET etiam librum hunc P. Bohuslai Aloysii Balbini S.I. ingenium pium & eruditum: nam inter alia, Diuæ Vvartensis miracula & prodigia calamo eloquenti descripsit, & tot exornauit conceptibus, vt Concionatores, Rhetores, & Poëtæ multa inueniant, quibus suas possint speculationes exornare.

Meritò Vir optimus suum stylum dedicauit Deiparæ: quoniam, vt ait D.Bernardus serm.3. super *Salue Regina*. *De Mariâ, & ob Mariam, & propter Mariam omnis Scriptura facta est: propter hanc totus mundus factus est: & hæc gratiâ Dei plena est. & per hanc homo redemptus est: Verbum Dei caro factum est: Deus humilis & Homo sublimis*. Et vt D.Bonauentura in Speculo B. Virginis cap.8. *Ipsa* (Maria) *Dei mater est, qua maiorem Deus facere non posset. Maiorem Mundum facere posset Deus: maius Cœlum facere posset Deus: maiorem Matrem quàm Matrem Dei, facere non posset Deus*. Hæc duo testimonia præmiserat, subiungitque.



MAGNÆ DEI MATRI.

a *Thesauro Trinitatis*,
b *Altari Animato*,
c *Prodigio Cœlesti*, &
d *Sacratissimo Spectaculo*,
e *Fundatrici Ecclesiæ*,
f *Reparatrici generis Humani*,
g *Paradiso secundi Adami*,
h *Epitomæ excellentiarum Dei*,
i *Officinæ miraculorum*,
k *Primogenitæ Redemptionis*,
l *Centro Terræ*,
m *Collo Ecclesiæ*,
n *Throno Dei*.

MARIAE;

Per quam post DEVM totus viuit Orbis terrarum.

GRAMMATISMA.

a Origenes ap. Causs. in Aula S.T.l. l.3. sect.15. *b* Methodius ap.eundem. *c* S.Ignatius Antioch. epist.ad D.Ioan. *d* Idem ibidem. *e* S.Cyrill.ap. Causs. *f* S Fulgent. ibid. *g* S. Proclus hom.de Natiuit. Chr. *h* Andr.Cretens. ap.Caussin.l.cit. *i* S.Ioan.Damasc. Orat.de Natiuit. *k* S.Bernardin. Senen. Tomo 2. Concil.51. artic.3. cap.4. *l* S.Bernardus serm.2. in Pentecoste. *m* Spinellus in Throno B.V.C.14. num.17. *n* Id.ibidem.



IPSI SOLI

hunc de Vvartensibus miraculis Librum offerebat,

Et hoc Anagramma laboris maximi Voto suscepto Faciebat.

P. Bohuslaus Balbinus è Societate IESV.

PROGRAMMA

ET ORATIO ECCLESIÆ.

Sodalis loquitur.

Salue Regina, Mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra salue! ad te clamamus exules Filij Euæ; ad te suspiramus gementes & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et IESVM benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria.

ANAGRAMMA PERFECTVM,
Et Responsio Beatissimæ Virginis,

Iisdem omnino litteris, nullâ desideratâ, nullâ superfluâ *Beatissima Virgo consolatur Sodalem* Salue *recitantem:*

ME SALVERE CVPIS? VENIO
TVA VIRGO, SODALIS.
SIC TE CLAVDO SINV, MATER;
LAC ACCIPE NOSTRVM!
VBERE CÆLESTES DESTILLO
MELLIS HONORES,
ET TERGO LACRYMAS, ET VVLTVM AMPLECTOR AMATVM
ARBOR ERO VITÆ, SPES SI IN ME
FIXA RECLINET.
FIDE DEO: IVVAT INGENVOS
MEA CVRA SODALES,
DEIN VVLTV OSTENSO, MEA MAXIMA GLORIA CHRISTVS,
TE FESTVM (ô IOCVNDA DIES!)
IN SIDERA CONDET.

Sunt tam in Oratione quàm Responsione nec pauciores, nec plures Litteræ:

A	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	r	s	t	u	x	y
24	2	2	14	11	36	3	4	2	25	16	15	13	21	4	17	27	20	2	1	

Hoc P. Balbinus ingenioso Anagrammate Libri initium ornauit: & vt finis conionaret initio, hoc illum clausit.

PROGRAMMA.

AVe MARIA, gratiâ plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS: Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in horâ mortis nostræ. Amen.

Responsio Beatissimæ Virginis ad Sodalem hoc Aue recitantem, eisdem omninò litteris, nullâ desideratâ, nullâ in aliam litterâ mutatâ.

Inuitatur à Beatissima Virgine Sodalis ad amorem Virgineum.

Chare Sodalis ama! ut non te peccata morentur:
Ingredere sinum: tuus est: clauderis in isto:
Totus ibi Matrem bibe, sæpius vbera prensa;
Nam tibi nectar erunt: cordi fauus: omnia vincit,
Vincet Amor.

Sunt tam in salutatione seu Oratione, quàm in Responsione, seu Carmine, litteræ nec pauciores nec plures.

A	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	r	s	t	u
16	1	5	8	4	16	1	1	1	17	2	8	13	8	3	13	12	15	14

Cognoui P. Balbinum in Bohemiâ, virum ob pietatem doctrinamque Populo & Principibus charum: vt vidi, cœpi venerari & amare; quod omnes faciunt, qui illi semel loquuti. Scio alia adidisse ingeniosa Anagrammata; sed quia illa nondum habere potui, multo splendore carebunt

.ebunt iitæ paginæ. Addentur, si librum recu- dit contingat.

CCCCLX.

EST Eminentissimus Rospigliosius, Princeps omni litterarum genere exornatissimus: Scientiarum Promotor, & omnium Ingeniorum Mecœnas. Habet in aulâ suâ Viros dignissimos, quos Fama celebrat: vt inter cæteros Paginam hanc nobilitat D. Ioannes Baptista Agnensis, mihi in Mariâ Charissimus, nunquam oculatior, quàm cùm cœcus. Ingenium consecrauit Deiparæ, & multa ingeniosè & deuotè scripsit, quæ merentur applausum. Anagrammata exhibeo, vt meum Lectorem in Metametricis instituam, & in ipso aduersum Angelorum Reginam deuotionem intendam.

PSALTERIVM

ANAGRAMMATICVM

MARIANVM IMMACVLATVM,

Seu

Centum-quinquaginta Anagrammata prorsus pura pro Mariâ Deiparâ, Immaculatè concepta, ex his Salutationis Angelicæ verbis eruta.

AVE MARIA, GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM.

Auctore IO. BAPTISTA AGNENSI, Cymeo, Caluensi.

Eminentissimi Principis S.R.E. Card.

IVLII ROSPIGLIOSI

Aulico, à multis mensibus omninò cæco.

Declaratorius Auctoris erga Diuam affectus.

AVE, MARIA, GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM! En interno mentis lumine dedi cor meum in similitudinem picturæ, quam in bono tuo lumine colloco, Lampas indeficiens. Ecce triginta & vnum Angelici huius acroamatis, veluti Mensis tui totidem dierum numero distincti, characterem, seu literas, tanquam totidem Stellas Ordine vario choreas agentes, ac Immaculatæ tuæ gloriæ ancillantes, & amabili concursatione alia ex aliis elogia Tibi texentes Tibi Sisto, illuminatrix *MARIA. Accipe hæc sidera noctis meæ. Ita mihi longa hæc oculorum* nox *erit* illuminatio in deliciis meis, *dum tu eris* oculus cæco *tuo: nam ad laudes tuas, vt vides*, cæci vident. *Te feram in oculis cordis amore non cæco, dum per Te*, gratia plena, *hic luce gratiæ, olim lumine* gloriæ *fim videns. Hoc est, Domina, quod 150. hisce anagrammatibus, veluti totidem psalmis tuis, tibi canunt, quam* defecerunt oculi mei dicentes, Domina, quando consolaberis me? *Ecce* lumen oculorum meorum ipsum non est mecum: *Sed tecum est, dum est* Dominus tecum; Dominus illuminatio mea, & salus mea. *Hoc est quod cæcus clamo secus* viam: *Domina*, vt videam *Filium tuum* in patria: *& tunc lumen oculorum meorum erit mecum*.

CAno Reginam Iure tutam è *lapsu* Adami
Reginam *videtis* à nota maculæ puram?
Do Reginam puram, & sine macula auita.
Reginam (at næuo puram) læti dicamus.
Io Regina, pura, munda, & Immaculata es.
Io, Regina amara: dic tu: En almè Pura sum.
Pura animata sum à Rege mei dulci nato.
Pura Vnica ego sum, Mater alma Dei nati
Caro mea pura à malis, Dei natum genuit.
Ego superna, Immaculata Diuina Mater.
Templum Dei sum, Arca ignara notæ Aui.
Regia Munda, & Palatium emicans auro.
Ego aurum nitens, Immaculata Deipara.
Pia, Munda, Iusta, Alma Creatorem genui.
Ego mitis, Pura, Immaculata, veneranda
Margarita cæli sum; niuea aptè munda.
Sat pura è malo Adami Increatum genui.
Vna semper Immaculata, Virgo Dei nata.
Deipara augustè Immaculata nominer.
Arca pura Nati Dei, eum tegam almo sinu.
Aula sum tota munda, ac Regina Empyrei,
En Virgo, en Deipara sum, at Immaculata.
Clarè Purà, ideò Amantis Amatum genui.
Ego Eua, armis Paracleti munita munda.
Ego amans, mirè pura, Dei Natum lactaui.
Casta Mater, pura Diua Anguem elimino.
Longè caput Iræ à summa Diuinæ Matre.
Procul anguis à me, vna Mater Dei amati.
Ruat Anguis amarè, immane caput elido.
Sum Mater vnigeniti à Deo pura, ac alma.
Tota sine macula Adam, purè germinaui.
Pergam inuiolata, ac Munda Mater Iesu.
Viuam Deo Integra, Immaculata parens.
Perijt Anguis coram Eua munda, & alma.
Deipara inuenta sum, ergo Immaculata.
Si pariat vna Deum, en ergo Immaculata.
Pura, & digna Mater; summa cæli Ianua.
Digna Mater Iesu, & pura à macula omni.
Sola purè, ac mirè munda animata viget.
En Paradisum, at ignotum itæ maculæ.
Eua, vti Parens, Adami ignoret maculam
Eua secunda malum ignorat primæ? ita
Virgo nè semper munda à macula? ità, ità.
Vna est Deipara Virgo: en Immaculatam.
Vna est Immaculata Virgo: En Deiparam.

 Ea

Ea pura à malo mira genuit sanctum Dei.
En Regia tota lucida, anima summè pura.
En Mater amata, Diua pura, signum C.
Mundi mali vigeat super omnia creat.
Purè amata, & mundè à macula originis.

Regina summè Diua, purè intacta à malo.
Dei summa Imago, clara, & pura inuenta.
En Virgo nata Diua, semper Immaculata.
Regia Nata cuadens luctum amari pomi.
Almi Dei Virgo ante casum præmunita.
En Virgo pariet Deum, sana, Immaculata.
Niuea Mater Iesu, culpam ignorat Adam.
Virgo est, ac præmunita ès Adæ malum.
Ista Virgo almè, purè, ac mundè animata.
Tanta Virgo merè Immunis à culpa Adæ.
Deipara Magna venit, morsu mali vacet.
Ea sanè tota pura, miraculum Magni Dei.
Iram, maculamuè Adæ penitus ignorat.
Purior Angelis, Deum, vnicè amata, amat.
Regina nitè tuta à lapsu communi Adæ.
En pura Domus aurea micat almè ignita.
Virgo veneranda, ipsamet Immaculata.
Ista Eua Regina, mundo almè pura micat.
Maturè nego in Deipara iusta maculam.
Lapsum, ac reatum Adami Niuea ignoret.
Iure negamus maculam in tota Deipara.
En pura Dei amans, & Immaculata Virgo.
Amici, en pura genuit Adam Saluatorem.
Ergo sine macula auita: nam Deum parit.
O sanè claram, & puram Dei viui Gnatam.
O Diuam purè genitam sine atra macula.
O Diuam ingenti macula præseruatam.
Age munda, I pura, tota mirè sine macula.
Age Numen paris, ò diua ter Immaculata.
Age Idea sane clara omnium puritatum.
Purè Immaculata es, nam Virgo *Dei* nata.
Vna paries Dei natum, ergo Immaculata.
I, age pura à sorde, & munita in maculam.
Munda à macula, i Iesum parito, & regna,
En Ciuitas alma, purè munda Regi amato.
Munda venis, Virgo amata, prima Electa.
Ingenua, prouida, Mater Immaculata es.
Gaude Eua, spinâ malorum mirè intacta.
Vale pacis Mater, Virgo mundè animata.
En Deipara; ergo tuta, Immunis à macula,
Eua, mundi Regina, almè micas tota pura
Eia Pura, mundi Regem amato sine lacta.
Tu, ô Alma, specie tua mira, i, regna munda,
I, Regum Patrona: en Diua Immaculata es.
Iam munda es à culpa Virgo intemerata.
Vna *Deo* Immaculata es, Mater puri Agni.
Eia ergo pura, munda Immaculata nites.
I Virgo sanè munda, apertè Immaculata.
Eua te dignam iuro sine macula partam.
Pura à macula, esto etiam mundi Regina.

TV Regina pia, summa, & munda Cœli Aia.
I Virgo almè amata, pura, munda nitesce.
Sanè digna, meritoue pura Immaculata.
Verum Dei Agnum, intacta à malo paries.
Agè purè animata, mire cumulata donis.
O Regina summè nitida, & pura à macula.
Cæli merè gaudium, Nata Pura Amantis
Virgo planè munda, ac Mater Iesu amati.
Eia Pura, munda, Tu magni electa amoris
Virgo antea Immaculata; en paris Deum
En vacas multâ pomi, Regina diua Mater.
Mater Virgo pia, iam vale sanctè munda.
Eua Regina, summo amanti Pura dilecta.
O vera Immaculata, Dei Gnatum patiens.
Tu parens veri Dei, O magna Immaculata.
Adam, & Euam in macula purè ignorasti.
I alma, intacta, Eua Virgo semper munda.
I ergo pura, I sanè munda, & Immaculata.
Euge mali nescia, pura, munda, mira tota.
Euge pura miræ lucis, animata munda.
Age Patrona mundi, Iure Immaculata es.
En tu Immaculata es, nam Virgo Deipara.
Eua fecunda, pura Mater Agni Immolati.
Magna Deipara vnicè tuta è morsu mali.
Tu Iure Immaculata, ò magna Deiparens.
Tu munda seruata à nece mali diri pomi.
Tu Regia purè munda, anima amicta Sole.
Eia munda parens, & Immaculata Virgo.
Tu è summo data Pura à nece amari ligni.
Tu vera primogenita sine macula Adam.
Tu ergo Immaculata; nam Deipara venis.
Tu Regia, munda animata, Cœlum aperis.
Tu, Alma (duce Amoris igne) purè animata.
Primatum tenes, ò Diua ignara maculæ.
Tu paries Virgo, Mundè, ac almè animata,
Virgo semper munda, intacta à væ mali.
Virgo à macula Adæ patenter immunis.
Tu pura, munda è malo, facitue agni Mater.
Sana, & mira, en procul à te Iugum Adami.
Angelorum Diua, & purè animata micas.
Eia pura, munda es, o Regina, à tactu mali.
Tu magna, almè Pura, Diua cincta nitore.
Tu ergò, i, iam per secula, animata munda.
Næuum, & maculam ignorasti Deipara.
Diua Mater genita pura omnis maculæ.
O Iesu; en digna Mater, Pura Immaculata.
O munda à macula per merita Iesu Gnati.
Te puram, sine macula genitam adoraui.
Roma! En Diua Parens Immaculata viget,
Agnita pura maculæ à Montium Sidere.



spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ, & Intelligentiæ est, & Pietas esse otiosa non potest: quam obrem D. Ioannes Baptista Agnensis, *Deiparam amare pergit, eius laudibus studere non cessat. Priori Psalterio Anagrammatico addidit alterũ, purissimum, & ingeniosissimum: quod hoc deuotum* Epistolium *præmittens, Diuæ consecrat.*



N iterum Tibi se sistit Anagrammatographus ille tuus, & singulas Angelicæ Salutationis literas, læto gestu, ordine variè multiformi iubet ire in laudes tuas. Nam nisi me cælestibus his occupem, *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?* Video in his Te, quæ S. Epiphanio es *Cælum splendidum*: S. Ioanni Damasceno *Cælum viuum*, è quo *post has tenebras spero lucem in lumine viuentium*. Ita *tenebræ non conculcabunt me*, neque *catena*, aut *procella tenebrarum* trahet me *in tenebras exteriores* Ancillatur Tibi in tenuibus hisce tuarum laudum meditamentis modica hæc tenebrarum mearum lux: ita vt & lux mea, & tenebræ meæ, & hæc ipsa in corpore meo, velut in obscuro conclaui, clausis oculorum fenestris, sedens anima, sit in manibus tuis, sicut sunt *oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ*. Tu Mater illius es, qui *totus oculus est*, in quo *sperant oculi omnium*. Tu noctis meæ Luna pulcherrima es. Tu *ô mulier amicta Sole* tege me splendido illo tuo pallio, nam *contexerunt me tenebræ* Interea *Benedicite lux, & tenebræ meæ Domino*, ac Matri Domini. In manibus tuis depono oculos meos. *Propter lumen cæco tuo: illumina tenebras meas.* Nam à Te ductus, cæcus licet, cæli viam inueniam, & non errabo *in itineribus æternitatis*. Hæ ipsæ tenebræ meæ mihi erunt pro luce, ac face, vt per Te ad Deum perueniam, qui *posuit tenebras latibulum suum*. Tu fac vt in hoc tenebrarum mearum latibulo latentem inueniam illum, qui dixit *cum ipso sum in tribulatione*, qui *in manibus suis abscondit lucem* oculorum meorum: & si vult, *præcipiet ei, vt rursus aduentat*. At quicquid sit de hac luce, ego malo præ hac, *vt lux perpetua luceat mihi in regione lucis, & pacis*; vbi cum Angelis, & omnibus Tibi singulari animi propensione addictis iam non cæcus in gloriæ lumine Salutator dicã: *AVE MARIA*.

VErum dico: salue, Magna purè animata.
Salue Pia, te Agni amor Mundam creauit.
Virgo an deturbata es à macula? minimè.
Palam nitesce, Virgo amata, iurè Munda.
Dic ita Virgo: en almè amata, en pura sum.
Pura animata sum: nam Virgo Dei electa. . . .
Mater pudica sum, notae, maliue ignara.
Munda, ac alma vitis, vitæ germen paro.
Sana, ac Pura, en tuli gremio Dei amatum.
Ceu Turris animata ego Pia almè Munda.
Magna Deum mirè portaui lactea nauis.
Emisor, agite, Iesum, Pura, Munda, ac alma.
Io, en Agna Dei sum ter Pura Immaculata.
Caro Iesu, almi Gnati, mea, Pura, & Munda.
Ignea luna, imò lactea, merita, Pura sum.
Almè intacta à morsu Adami, purè genui.
Ego peralta Cedrus Munda animata iui.
Integra, mera, Munda placui Iesu Amato.
Cognita sum niuea, Pura, alma Dei Mater.
Pracuta Cæli Mater, agnita Munda sum.
Almo pede irrui, mactaui Anguem, Satan.
Pura vadam, longè sit à me Ataui Crimen.
Agna iurè munda, mei Pastorem lactaui.
Iesum lactaui, ergo animata permunda.
Roma, vidi puram ante secula genitam.
Vide Arcam Puri Agni, è malo sanè tutam.
Agnosce Puram, nitidamue laureatam.
En Deiparam, ergo tutam in maculas Aui.
Ponas Dei Virginem à rea macula tutam.
En summa Via lactea merito digna Pura.
Pange Diuam; at iure sine macula ortam.
O, Agnam Dei intueris; & Puram à macula.
O, nega maculam in Matre Dei Pura, iusta.
Agna Pia, Munda Iesum Creatorem alute.
Virginem adora è spina maculae tutam.
Agite laeti, en adoramus vnicam Puram.
Agite, en Rosa Pura dumi, en Immaculata.
A communi lapsu Adae iurate integram.
O, laudate, eia, Virginem, Puram, sanctam.
Ait Angelus: Matrem dici Puram à naeuo.
Vndè ergo, vndè dicite eam sat mali Puram.
Virginem adeò Puram ita altè Canamus.
Solum Agna Dei Mater, Pura naeui micat.
Pura ignorauit sentem maculae Adami.
Ea summo mane clara, nitida, Pura viget.
Ignorauit Adae culpam, nam Mater Iesu.
Turris Euae communita in Adae plagam.
Rosa punicea, Munda, mira, & alma viget.
Vna Eua Regia Mater, Munda micat Polis.
Pia, & mera Eua Adami ignorans luctum.

VIrgo Prudens, ea Immaculatè animata.
Eia satorem Mundi Pura, ac Alma genuit.
Mater Virgo Pia, Munda eat sine macula.
Ea sacra, Munda Eua Primogenitum alit.
En Virgo sanè tuta è macula primi Adam.
Emititur Iesum Pura, Magna, ac Alma Deo.
Dulcis Amor manè auertit à Pia Anguem.
Prostrauit Anguem vna almè Amica Dei.
Pura à luto irae Adae, cingat immensum.
Ruit Anguis coram ea Pia, & almè Munda.
Eua Munda euasit Capturam originalem.
Eua ista maculam primae nudè ignorat.
Tota Pura à casu mali, ea Mundi Regimen.
Arca ignea, Mundaue mali, Iesum portat.

Eua

Eua Virgo, Pia Mater, sanctè Munda mali.
Mater Almi Agni, ea ipsa vocetur Munda.
Inuicta Virago Alma eat, semper Munda.
Virgo sanè permanet Diua Immaculata.
Parit ne Iesum? ità, Ergo munda à macula.
Primogenita data sine vae macularum.
Lactea Virgo Iesum pariat Munda manè.
Amata, Munda, Puriorue angelis emicat,
Casta Virgo, Pura mali, ea Munda eminet.
Ouis lactea, Munda, ea mire Agnum parit.
Electae Anima ita Pura in summo gradu.
Sanè euadit pomi lutum Agna mirè cara:
Nil creatum amo purius ea dignè amata;
Virgo mea, en dulcis Pura animata meat.
Veni ergo summa dilecta animata Pura.
Age, veni, mirè Munda, ac tota Pura malis.
Iure ò Nata Anguem perdis Immaculata.
Macula, siuè ira Adam te Piam non vrget.
I, tam animata Pura, & Angelorum Decus.
A primo ad vltimum en cares vae Agnati.
Integra Deum paris, naeuo Immaculata.
Tu integra Munda ò pomi vel amari esca.
Pura enites, ò Regia Munda Immaculata.
Tu Regina, tu sine rea macula pomi Adam.
En tu Immaculata Deipara Virgo manes.
Emiteris Deum, ò Agna, Pura, Immacutata.
Aurea scala, te non premit iugum Adami.
Virgo serena, Pia, Munda, & Immaculata.
Io, Agna Immaculata, en parturies Deum.
Iam Pura es; age alito Deum incarnatum.
Euge Munda, sine pari orta Immaculata.
Amata-Pia, Munda, Cœlum terrae iungis.
Auri lampas grandem Aui noctem euita.
Pia, ac alma Virgo, Mundaue Mater nites.
Iurè Munda pates, ò Regina Immaculata.
En paritura es Agnum Dei, ò Immaculata.

AGe, ò Vita almè Munda Increatum paris.
Vige, ò sanè Munda, pariter Immaculata.
Agni aurea Domus in te, Perimmaculata.
Vna paries Deum, ò integra Immaculata.
Virgo amanda: purè enites, Immaculata.
Vitam nudè paris, nae ergo immaculata.
Tu Regina Diua: nempe Rosa Immaculata.
Eua purior Adam, ingens, & Immaculata.
Io Agna, Dei Mater, lupum Auerni mactas,
Ito amata munda, placa Regem vniuersi.
Diuina ope regnas tu merè Immaculata.
Agna Dei Mater, iustè Pura omni macula.
Cœlum aperuisti Regina amata, Munda.
Virgo Munda, & semper intacta à vae mali.
Salue, perge, mira, cui Anima tota Munda.
O Agna mira, summè Pura, ac in Dei Tutela.
Tu naeuo Immaculata, Paradisi germen.
I, lacteum Mare, Virgo Pia, sana, & Munda:
O Mare, tamen placidum sine ruga Auita.
Meus Dei Amati, tu Regina Pura maculae.
Merè nites; ò Pura Agna diù Immaculata.
Virgo nudè animata es Perimmaculata
Euge iam intacta Rosa purè Munda mali.
I, age, Rosa intacta Veprium almè Munda.
Regia emicans, tota Pura, Mundaue mali.
Mundi Regem alis, ò Vnica amata, & Pura.
Regina Diua; semper tuta à macula omni.
I, parua, tota Magna, i mirè Munda eluces.
I, ò magna, & almè Pura, Sanctuarium Dei.
Tu Mater Agni Dei, Pura es à macula omni.
I, Rosa matutina, i, perge Munda maculae.
O Vitis amata, Germen dulce, Anima Pura.
Oliua Pacis Mater, Materue Agni Munda.
Inuicta Virgo, peralmè amata, Munda es.
Alma Regina iurè munda es à tactu pomi.
Eua Mater Adami, ignores Aui planctum
I, age, te sacram Lunam notae Puram vidi.
I, vera Iesu Mater, palam Cognita Munda.
Ostendi te Reginam Puram à macula Aui.
Viue, regna, ac impera tota Munda malis.
Iam vale intacta Virago semper Munda.
Casta, imo pura mali, in aeternum gaude.
Iam es iurè Cognita Alma Pura, & Munda.
Perge mira tota Munda sine macula Aui.
Sancta Mater Magni Dei, Pura malo viue,
Regina Cor Iesu, tam Pia, tam Munda, vale.
En Regina amata Diua, te Puram colimus.
Eia, te ingenti macula Puram adoramus.
Eua Paracleti summi, nota Regia, Munda.
Virgo, i, Munda patens, Mater Amica, Vale,

☞ CCCCLXI.

PErillustris Dominus Lucas Carolucius, Canonicus, & Regius Sacellanus Regalis Matricis Ciuitatis Altamuræ, Poëta celeber, ad honorē Beatissimæ semperq. Virginis MARIAE Anagrammata sequentia composuit, & ALEXANDRO VII. Pontifici Optimo Maximo dedicauit.

SVb tuum præsidium confugimus, Sancta Dei Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa, & benedicta.

Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.
Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

COncede, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium, vt, qui Sanctæ Dei Genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eumdem Dominum nostrum.

Anagramma purum. 396.

GRandis ALEXANDER, cùm summos
SEPTIMVS insis
Inter Alexandros Vrbis, & Orbis ATLAS,
Eia,

Eia, FIDE, culpae fine forde fuisse MARIAM
Conceptam statuas; incipe; iure decet;
Praeferuata fuit; sic SCOTI dextera scribit:
Confregit torui Daemonis ipsa caput;
Endius Candor, Ros, Ignis, Gratia, Virtus,
Enq; nouus, mitus VIRGINIS Albor, Amor;
VIRGINIS immensis meritis, en MOTOR IBE-
Poscit id; ò signis, indice nempè nota; (RVS
Oh initis BOMBVS consurget, & ignis in ignem
Vi, vi dissidium corruet! Ecce QVIES. 396.

Clauis Litterarum. *D. Lucas*

27.	7.	18.	14.	39.	4.	10.	1.	59.	5	19.	27.	23.	9.
A.	b.	c.	d.	e.	f.	g.	h.	i.	l.	m.	n.	o.	p
2.	30.	45.	26.	28.	3.								
q.	r.	s.	t.	u.	x.								396

Carolucius.

CCCCLXII.

SAlue Regina, mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij Euæ. Ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis, post hoc exilium ostende. O clemens, ò pia, ò dulcis Virgo Maria. 285.

Anagramma purum.

COelestes Ciues, iam verè effundite versus,
Plaudite, vos diuas sollicitate lyras;
Est sine labe, micans, concepta Puella, vigescēs,
Daemonis horrendi cornua sacua scidit;
Mox Homo, redde modos ad coelica tecta; To-
Surrexit meritis immaculata Parens; (nantis
Tum demum, ò verè melicum Ver, Orbis Origo,
Florigeras Musas soluat, vt cugè tonent.
——— ———Alleluia.:———————285.

Clauis Litterarum. *D. Lucas Carolucius.*

16.	2.	14.	11.	38.	3.	4.	2.	25.	16.	15.	13.	11.	4.
A.	b.	c.	d.	e.	f.	g.	h.	i.	l.	m.	n.	o.	p.
17.	27.	10.	24.	2.	1.								
r.	s.	t.	u.	x.	y.								285

CCCCLXIII.

PErillustris, & Reuerendissimus D. Iosephus Costalta, Abbas dignissimus Congregationis Cassinensis, ita scientias eminentiores tractat, vt floridiora studia non omittat. Dum esset Sublacensis Prior Sanctissimi Nostri vitam centum pulcherrimis Anagrammatismis descripsit, & Romæ edidit anno 1655. Illa ego, vt omnium erga Deum deuotionem promoueam, & Librum hunc honorem, hic subscribo.

BENEDICTVS ANITIVS

MONACORVM PATRIARCA.

ANAGRAMMATISMI.

NVnc audi Vir, arcana mira, & obstupescito.
Prodam tibi Naturæ, ac virtutis conamē.
Accipe. Do tibi Virum, nec natum. Sancta orat.
In sacro Abundantiæ vtero Puer, sic canit.
Nursia stat canora. Benedictum ortum capit.
Eupropius canit, ac breui dat Natū Romanis
Pia Anitiana Domus, cor Vrbis, carum tenet.
Roma indoctus abit, ne merè vanis capiatur.
Arua corde dimisit; Sublacum arcanò petit.
Orans Capisterium vnit, ac bonum dat Caræ
Nudus vestem, & cibaria à Romano accipit.
Sub Crypta iacet Vir, vnde Monastica Norma.
Rumpit Canis, Aes sonorum, ac Vir nec cadit.
A Viro non abest Deus, immò hic cuncta parat.
It inunis Presbyter, ac dat cara vna cum vino.
Pastor ait; Num bestia, Hic, an Vir? Carū Adeo.
Capiens cibum à reo, dat Cor, nutrit Animam.
In spineto accubans, Amoris Arcum deuitat.
Monasterij bonam curam, Vir adactus cepit.
Cœnâ virus à Monachis Patri datur Nec obit.
Actâ Cruce, en abijt Mensâ virus; Domo Pater.
Tria supra nouem Monasteria nunc dicabit.
Erat; nominabatur Primus Occidentis Abba.
Maurus, ac Placidus noti, boni, rectè amantur.
Monacus à Patre, in carne vi ictus, diu orat.
Ab rupe Montis non recti Caris ducit aquam.
Ferrum sicut Natans accedit, pio Manubrio.
Maurus ab Aniene concito Placidum trahit.
Inimici Panem, coactus Coruus terrâ abdit.
Casinum cū Renatis adit, ne Amor Arcu obsit:
Presbyteri; ni amari, Acta, Casum condoluit.
Casini carus Pater Dæmonium constrauit.
En victor, Martino, Baptistæ sacrum dicat.
Casini Terrâ, omnibus prædicat cor nouum.
Indicat Pater, an sit Oceanus Miraculorum.
Daemonium in vna petra. Carus orat, sic abit.
Mens rapta Natis. Coquina comburi videtur.
En Carum. Orat, ac spectrum ignis vani abit.
Intimè orat, ac sanat Puerum ruina occisum.
Caris en diuinat sumpta cibaria. Commonet.
Arcana ait. Corripit sumentem cibos in via.
Arcanum Totilæ cum bardis, in seruo capit.
Repone (dicit) cara, arma. Nō est ius tuum. Abi.
Iustorum bona nactus mirè edicit arcana
Nam Carus, Totilæ prædicit Annum obitus.
En diuinat. Roma, vna, Caput Orbis marcescet.
Vi oris accinctus sanat Daemonio arreptum.
Hic re sanatus, ab Daemonio iterum capitur.
Nam vetitus à Caro, accipit sacrum Ordinem.
Pater ruinam, occasum Monasterij diuinat.

Is noscit vina abdita, ac monet Puerum cara.
Minor paret Ecce atrum. Vasi abdita Anguis.
A Monaci orante accipit munera subditus.
Nato is Orbi mirus, accepta munera diuinat.
Patri Monacus infeitur, ac vana corde init.
Arcana vir scit. Nato diuinat cor superbum.
En farina votis parta. Bis centum modia. Cur?
Panis non erat Caris iac Deum orat ob victum.
Ascitecium à Natis construendum Cari ope.
Monasterium Pater ni Visu creat, ac condit,
Corripuit Natas ter maledicas in Monacum.
Cara communione duas is priuat, ni taceant.
Mortuas, non vnitas reijcit Arcâ peccatum.
Hic mortuas absoluit. Diù permanent in Arca.
Natus amatus en Patri inobedit, ac moritur.
Sana terra proijcit Natum, nec Diuo carum.
Ob Corpus Domini (en causa terra nati capit.)
Amans, ac curans inobedienti compatitur.
Cœnobita à via Crucis errans, mundum petit.
Viri iusso Draco nae premit Natum, ne abeat.
Puerum scabie orta in carne ictum, is sanat.
Debitis arctus orat Pium nummos. Nec in Arca.
Oratus orat. Ecce nummi. A Pio manibus datur.
Hic Patet, ni bonus, sanat viro cutem variam.
Imperat Castus Oleum dari. Natus ibi non dat.
Sancit, vas vitreum non datum, Arce proijci.
En datur sanum, vas proiectum, Cor cari Nati.
Ob accidens nae mirum stupet Cor nati auari.
Is Pater nunc orat, ac ibi dat Oleum, ni maius.
Eijcatur ab Nato Daemon curis, manu Patris.
Arctus à fero manibus, vi, Patrem inuocat.
En Visu canina corda premit: Arctum soluit.
Rustici Natus ob Parcae manum, en adit Orci.
Rustici Natum is voce abripit à cana morte.
Pater vnà cum Natis adit vicinam sororem.
Inuitâ sororem nunc is amat, ac cupit abire.
Orat Scolastica, vt imbre nunc impediatur:
Ecce nunc it in Paradisum, Vatis beata soror.
Ab Arce aspicit, Mundum in vno sole arctari.
Noctu arcanà Germani Spiritus adit Cœlum.
Innocuus Pater dat nobis Caris viam rectam.
Iustinianus Pium, vt Cor amat. Ecce dat bona.
Ambo Patrueles, varij dant Normas cunctis.
Cor Vatis praescit vnà Annum, ac Diem obitus.
Pater scandit Cœlum vià nimis ornatà. Cur?
Tot vana, Orbis curas, Carnem, Daemonia vicit.
Nactis cor verum Abbas in specu mira donat.
In imo specu à Beato insana curatur. It mira.
In specu Virtus Sancti. Ora. Beato animum da.
Nunc Ioseph Costalta Animum dat. I, care Vir.



Ioseph Costalta Prior Sublacensis.

Anagrammatismus.

Sub alis celsi Patris sto. Hæc pono.

CCCCLXIV.

FLoret Romæ Carolus à S. Antonio Patauino, Piarum Scholarum Sacerdos, Vir vere pius & doctus, cuius pulcherrima Anagrammata cum laude & vtilitate leguntur. Pono aliqua, quæ typis edita admirationem promerentur.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FABIO

S.R.E. CARDINALI CHISIO

(Nunc

ALEXANDRO VII.

PONTIFICI SVMMO) AN. M.DC.LII.

Dies Natiuitatis Domini nostri IESV CHRISTI secundum carnem.

Anagramma purum.

Hic altissimus astris: at nunc (vides) in fæno miser tacet, nudus tremit.

Aliud. *Infantis hic sitis vitâ & sanctissimo cruore mundus iste redimendus.*

Aliud. *Infans iste, etsi nudus sic tremit, amore iucundissimo intus ardet.*

Eidem EMINENTISSIMO PRINCIPI

(Nunc

PONTIFICI MAXIMO)

Dedicabat Author anno 1653.

Sancta DEI VIRGO MARIA Assumpta est ad Caeleste solium.

Anagramma purum.

Augustè à Sole amicta: pedes Lunâ, Comas astris redimita.

Vberrimus huius Parthenia Musæ fons reperitur in illo curioso Diagrammate, quod iterum iterumque recusum est hoc titulo: *Anagrammata sacra octo & quadraginta, contexta è literis horum quinque vocabulorum*, Sancta Maria Virgo Mater Dei: *quæ quinque verba capitalibus literis Anagrammatum bis repræsentantur. Anagrammata autem partem sunt pura, partem cum vnius tantum litteræ commutatione composita.*

PARS

PARS PRIOR.

Sancta MARIA, VIRGO, MATER DEI.

ANAGRAMMATA.

1 Sic dicar: Anima remota reatu.
2 Arca Regis mundi, ò rite amata.
3 Nitida, decora, rara, vti gemma.
4 Creatura magna, ò meritis dia!
5 Triadi summæ, ò Regina sacra
6 Aue, raro magis amicta nitore.
7 Mira, ac rara est gaudio menti.
8 Aurora nata, redimita gemmis.
9 Reo hinc ad vitam rara semita.
10 Iter ò charum in amata sydera.
11 Admirare (ò mira!) casta genuit.
12 Vti magna rati fœderis arca.
13 Iris mundi, terra cælo amata.
14 Regnans, emicat, radiat maior.
15 Gaudia terris orta amica mea.
16 Orem! edita, sicuti magna, rara.
17 Medicina rara, ægrotis vita.
18 Amor erigitur animæ castæ.
19 Turris, dic ei, magna & armata.
20 En rosa, edita mira cum gratia.
21 Recta, vera, magni amoris idea.
22 Dira? amat reos, ac manu erigit.
23 Ea fons gratiarum recti Adam.
24 Intima arca, domus aurea Regi.

PARS POSTERIOR.

Sancta MARIA, VIRGO, MATER DEI.

ANAGRAMMATA.

1 Sat vera dicor, Maxima Regina.
2 Audi creta mirè: magis ornata.
3 Næ sum maiori gratia creata.
4 Canam: Ista prodigium terræ.
5 Trita ei: nam amor, decus, gratia.
6 A macula, miror, edita integra.
7 Minimè Eua dira, at grata sors.
8 Arbor, ac nimis grata: è me vita.
9 Rea ea? micat iris grata mundo.
10 IESV en mira decorata gratia.
11 A Creatore mundi ò Iris amata!
12 Viam regiam ea in astra docet.
13 Ista rata ægrorum medicina.
14 Regnat secunda maior? Iam ita.
15 Gratia summi decoris ea nata.
16 Omnia rara, edita, secum gerit.
17 Mirè orta: Adam reatus inscia.
18 Adiustitim ecce norma rara.
19 Triadi, ò summa Regina creata!
20 Ea data, ruga criminis remota.
21 Rarum: intacta à dæmonis ira.
22 Diua sacrata ingerit amorem.
23 Eua; at grata; mortis medicina
24 Ista verè emicat rara Domina.

Est S. Ioannes Baptista Vrbis Florentinæ Patronus: & hanc ob causam Magno Etruriæ Duci Author anno 1651. curiosam hanc characterum commutationem dedicauit.

Diuus Ioannes Baptista, Domini IESV CHRISTI Præcursor.

Anagramma purum.

Res impia! Insani Herodis diro iussu capite obtruncatus.

Addo aliam ingeniosam literarum transpositionem, inscriptam Eminentissimo Principi Cardinali Pallotto.

Sanctus Ioachimus, & Sancta Anna eiusdem coniux, è tribu Dauid.

Anagramma purum.

E Diuis istis casta IESV MATER enata: vnde huic mundo cuncta bona.

EPIGRAMMA.

Ex Diuis istis enata est MATER IESV
Casta, vnde huic mundo nunc bona cuncta fluit
Nūc bona cūcta fluūt, quoniā iam assumpta Maria
Cœlesti residens regnat amica throno.
Et Regina potens famulis dat munera nobis:
Munera, clausa quibus sunt bona cuncta simul.



Iudas Iscariotes, IESV Redemptoris nostri antea discipulus.

Anagrammata quinque: omnia pura: omniaque omnium vocabulorum diuersitate prorsus inter se differentia, &c.

[illegible]*s errans (ò sanè crudelis) prodidit. Eius vice positus Matthias.*
[illegible]*i doloris is sat auarus, proiectis denarijs semet suspendit.*
[illegible]*itus, ter insanus (heu isti!) Dei traditor, osculo pessima pacis.*
[illegible]*udi, siste, scias: vesana prorsus res: totum dedit pretio nihili.*
[illegible]*æui cordis, adhuc proditor: melius illi erat nisi natus esset.*

Huc etiam spectant sequentia.

Iudas Ischariotes. Anagr. *Is, is, Author cædis.* Aliud. *A Iesu dicar hostis.* Sunt pura.

Placet alia adhuc eiusdem P. Caroli Anagrammata adiungere, eius enim Musa est eruditissima & dicissima.

Templum Diui Petri Romæ in Vaticano. Anagr. *En modò nitet, apparet miraculum vtij.* Est purum: & nos monet interdum Anagrammata non linguæ, sed calamo correspondere: si enim *miraculum octauum* scribas, tollis Proteum.

Prædicator. Anagr. *Corda aperet.* Est purum.

Sancti pueri innocentes, ex Bethlem. ciuitate Dauid. Anagr. pur. *Cuncti, vix nati (impietas!) ab Herode nece deleti sunt.*

Sanctus Ioseph, è Tribu Dauid. Anagr. pur. *Ipse Deus, Orbi natus, huic datus.*

Sanctus Petrus, antea Simon, Apostolus, & primus vniuersalis Dei Ecclesiæ Pontifex. Anagr. pur. *Altè in monte aureo almâ cruce defixus, positus est suspensis plantis, capite inuerso.*

Sanctus Paulus, anteà Saulus, Prædicator Gentium Anagr. purum. *Is altâ laude, sanè magnus: caput truncatus pro IESV.*

Sanctus Petrus, & Sanctus Paulus, Principes vniuersæ terræ. Anagr. pur. *En, vnus caput inuersus, cruce passus spirat: at alter ense perit.*

Diuus Stephanus Leuita: Anagr pur. *Heu! En iustus lapidatus.*

Sanctus Laurentius Leuita. Anagr. pur. *Leni vultu in crate assatus.*

Sanctus Laurentius Diaconus Martyr. Anagr. purum. *Vnde mors? à Tyrannis vstus craticulâ.*

Sanctus Thomas, Londini in Angliâ ortus, Ecclesiæ Cantuariensis Episcopus. Anagr. *En iste insons! En homo clarus constantiâ, gladiis percussus capite iv. Cal. Ian.* Si voces his vltimas compleras, Proteum auferas. Si *Cantuarium* sine aspiratione possit scribi, hæc inuersio literarum est pura: si autem scribere debeamus *Canthuarium*, deficit in illâ vnum H.

Sanctus Stanislaus, Episcopus Cracouiensis, & Martyr. Anagr. pur. *Potest esse typus sat clarus ac rarus animi inconcussi.*

Sanctus Michael, Præpositus Paradisi. Anagr. purum. *Hic lassat praui Dæmonis pressi caput.*

Sanctus Bartholomæus, è Galilæâ, Domini Iesu Christi Apostolus. Anagr. purum. *Hic pelle à sæuissimis obnudatus, micat honoratus stolâ gloriæ.*

Eustachius, priùs Placidus, nobilis Romanus. Anagr. purum. *Hic plura passus. Sic visus in mundo alter Iob.*

Sancta Lucia Virgo. Anagr. *Vnica grata oculis.* Est purum.

Eucharistia. Anagr. *Hic vera vita.* S in V.

Sancta Catharina Virgo, Patriâ Senensis. Anagr. pur. *En sanè in vitâ cara Christi Sponsa.* At si scribi debeat *chara* deficit H.

Antonius Lusitanus, dictus de Paduâ, Religionis Patrum Minorum. Anagr. purum. *Vir Diuinus, toto mundo latè nitidus apparens, magnus miraculis.*

Sanctus Philippus Nerius, Florentinus, Congregationis Oratorij Fundator. Anagramma, *Varas dignitates fugiens, nunc (prò fors!) in polo rutilat honorificentiùs.* Aliud. *Hic terris arsit igne Diuino: nonne nunc polo suprapositus, fortiùs flagrat?* Sunt pura.

Diuus Nicolaus de Patarâ, Antistes. Anagr. pur. *Is, vna salus, ter data pecunia dotis.*

Imperator. Anagramma purum. *Roma Petri.*

Non tua Roma Petri, *Nero barbare, quem Cruce mactas:*
Hostis tu Roma: non tua; Roma Petri.
Hostis tu Romæ: Pater hic sacra dogmata pandens,
Hunc genuit Cœlo: non tua; Roma Petri.
Quid tibi nex Petri prodest, Nero? clamat honoris
Ecce tui nomen nunc quoque: Roma Petri.

Diuus Ioannes, Christi Apostolus, atque Euangelista. Anagr. pur. *O gens! quanta ipsi Vati laus, honor! est dilectus à Iesu.* Dilecti dicuntur qui amici. Amicus, alter ego. Igitur Ioannes alter Christus. Meritò igitur Christus à cruce pendens dixit Matri, *Ecce Filius tuus;* & Discipulo, *Ecce Mater tua.*

Virginis augustæ natus Crucis arbore pendens
Sic illi. Mulier, Filius ecce tuus.
Mox in dilectum languentia lumina vertens
Discipulum, Mater, *sic ait,* ecce tua.
Ioannes, Christus. *dubitas? miraris?* Amicus,
(Ore id cunctorum personat) alter ego.

ALEXANDER SEPTIMVS Pontifex. Anagr pur. *Felix praeest. Pax est in mundo.*

Adluditur ad Summi Pontificis Stēma Gentilitium, in quo *montes*, & ad verſum Dauidis, *Suſcipiant montes pacem populo.*

Felix ecce *praeeſt* Moderator Maximus Orbis;
Pax eſt in mundo; Pacis amator ouat.
Mella olim VRBANO, ſtipantes more Volucres
Concordi, optatæ Symbola Pacis erant.
INNOCVOQ; ferens ramum pacalis Oliuæ,
Candida, vicinæ nuncia Pacis, Auis.
Et celſi Montes, quibus eſt tranquillior aër,
Pacis ALEXANDRO ſigna dedere ſuo.
Paxque notata diū, multumq; optata, ſerenos
Principe ſub tanto iam iubet ire dies.
Iām *Montes populo*, poſt tot diſcrimina, *Pacem*
Sub tam tranquillo Principe *ſuſcipiunt*.

THEATRVM ERECTVM ROMÆ

D. PETRO APOSTOLO
IN MONTE VATICANO.

Anagramma purum.

Hoc toto Mundo erit coronatum, & pia memoria, & æterno plauſu.

IN ANAGRAMMA.

Priſca verecundo ſileat ROMA ore Theatra,
Dum Vaticanus ſurgit ad aſtra labor.
Tollitur innumeris Moles operoſa columnis,
Adſtanti Moles obſequioſa Petro.
Et ſimulacra vehens pia verticę plurima, iuſſu
Pontificis Summi celſior aſtra videt. (Molis,
Quantum cernis Opus! non *Magni* hæc pondera
Maximi ALEXANDRI vecta fed imperio.
Molis erit tantæ quæ digna corona? corona
Tantæ equidem Molis, fama perennis erit.
Fama coronabit venerandum æterna Theatrum:
Aeterna auguſtum fama coronat Opus.

SERAPHICVS
PATER FRANCISCVS
DE ASSISIO

Inſtitutor Religionis Patrum Minorum.

Quinque Anagrammata pura.

I. *Chriſti ſeruus in mundo fuit IESV perſimilis, portans in corpore Sacra Stigmata.*
II. *Pius à Chriſto præclariùs ornatus fuit miris cum ſignis Redemptionis noſtræ.*
III. *Fidus ſemper prorſus non gloriatus, niſi in pretioſa Cruce Chriſti ſui tàm amati.*
IV. *Mundanis cuncta ſperno fragilia, at, mi Chriſte, te, Superorum ſors, ſuſpirijs ſitio.*
V. *Pro amato Chriſto in terra prius inops factus, Cælum Diuinis meritis ingreſſus.*

Idem D. FRANCISCVS
ſic loquitur.

Quiſquis es, in noſtro qui corpore vulnera cernis,
Te, Chriſto ſimilis fallat imago, caue.
Non ego ſum Chriſtus; Chriſti ſed fidus amator
Franciſcus: Chriſtus non ego; non ego ſum.
Non mihi dextra, manus fodit truculēta, pedeſq;
Nec mihi Longini barbara dextra latus:
Nō hæc, ſæua manus, nō hæc mihi vulnera fecit.
Hæc mihi diuina, vulnera facta, manu.
Longius vt claudi indignans cæleſtis Amoris
Flamma, erumpendi ſic reperiret iter.
Non ſatis os æſtu exclamans, oculiq; madentes:
Addita ſunt iſtis, oſtia quinque, tribus.
O mea quàm, Chriſti, quā feruida viſcera Amore!
Feruori egreſſus octo dedere fores.
Eiuſdem.

§ CCCCLXV.

CLaret Madriti Pater Iōānes Euſebius Nierembergius S.I. & ti Europæ notiſſimus; cuius ingenioſa, & etiam numeroſa volumina, magnā cum vtilitate leguntur. Eſt eximius Theologus, Philoſophus curioſiſſimus & expertiſſimus, & inter eminentiora ſtudia vacare interdum Muſis ſuauioribus non dedignatur. Eius eſt pulcherrimum hoc Anagramma.

Sanctiſſimus Pater & Dominus

ALEXANDER
PAPA SEPTIMVS,

Qui erat anteà FABIVS CHISIVS.

Anagramma. (Deeſt vnum E.)

Quartus è Senis Papa, Dei Matri cariſſimus, ipſi ſtabem Adæ non fuiſſe ſtatuat: tunc pax.

Miſſum fuit hoc Anagramma Romam, & aureo charactere expreſſum Sanctiſſimo: traditur: & dum applaudebamus vniuerſi inuerſioni literarum egregiæ, non-nemo, iſtam repoſuit.

San

Francois de Valois. Ἀνάγρ. *De façon suis Royal.*

Fuit iste Franciscus Valesius Rex Galliæ, qui in vxorem duxit Eleonoram sororem Caroli V. Imperatoris; de qua exstat hoc Anagramma.

Alienor. Ἀνάγραμμα. *La Roine.*

Vnde quidam in admirationem raptus, subscripsit.

Reginæ hæc Princeps nomen & omen habet.

Laudibus summis dignus Henricus fuit: Illum commendat Panegyricum, quod sub oritur ex eius nomine.

Henry de Valoys, Ἀνάγρ. *Roy es de nul bay.*

Huius Henrici vxorem, Catharinam de Medicis, spiritus generosi Viraginem, Tabourotius commendat. incusatque ab inciuilitate & obtuso ingenio illum, qui dixit.

Catherina de Medicis. Ἀνάγρ. *D'amy se dict Riche nee*

Margaretham, Franciæ Infantem, Berrij Ducissam, &c. puellam eruditissimam, venerabitur sera posteritas, & eius memoriam hoc Anagrammate adfirmabit.

Marguerite de Valois, Ἀνάγρ. *De Vertus l'image Royal.*

De Rege Carolo, quem à benignitate commendant, hoc habet.

Charles de Valoys. Ἀναγρ. *Chasse la dure loy.*

Duxit ipse in vxorem Isabellam Austriacam: & ex vtroque nomine oritur vnum & alterum Lemma ingeniosum & pulchrum.

Charles de Valoys. Elisabet d'Austriche.

Anagr. *Du riche lis d'or as beautè chaste alliee.*

Anagr. *De chaste ardeur le beau lis tachoisee.*

Ludouicus de Lotharingiâ hac litterarum inuersione honoratur.

Louyse de Lorrayne. Anagr. *L'or de Henry Vallois.*

Louyse de Lorrayne. Anagr. *Henry Vallois Roe.*

Rarò accidit, vt vnum nomen proprium in aliud etiam proprium per litterarum commutationem transeat; rarò dico, quoniam aliquando contingit, vt Ἥρα, Iuno, ἀνάγρ. Ἀμ. Liuia, ἀνάγρ. Iulia. *Gustauus,* ἀνάγρ. *Augustus* &c. interim hoc in præmissis duobus Anagrammaribus, & præcipuè in posteriori, contigit, quam ob rem illa Tabourotius, *quasi miraculeux* celebrauit. Nec est cur aliquis Criticus vltimam lineam criminetur, quòd *Roe* præ se ferat, cùm *Roy* deberet: nam *Roy* legitur *Roe*; & calamum debere labio correspondere, & corrigendam esse veterem Orthographiam, omnes eruditi pronunciant. Sed neque horum Anagrammatum Author caruit authoritate, nam Ludouicus Megret, & Petrus Ramus in Orthographicis nomen Regis sic scribi præcipiunt.

Ducem Guysæum, quem *Martem Gallicum* meritò appellant, hoc conceruit.

François de Lorraine. Ἀνάγρ. *Craindre feras Lions.*

& hoc fratrem eius, Eminentissimum Ecclesiæ Romanæ Cardinalem.

Charles de Lorraine. Ἀνάγρ. *Lors enchre de lairray.*

Dominus d'Aumont, qui Mariscallus Galliæ posteà fuit, à Iunone, quam in suo inclusit nomine, laudari meruit. Considera sequentes lineas.

Iean d'Aumont. Ἀνάγρ. *Ament de Iuno.*

Pontus de Friards, Chalonensium Pontifex, à duobus Poëtis, qui se non cognoscebant nec habebant communicationem vllam mutuò, donatus fuit hoc Anagrammate.

Pontus de Friards. Ἀνάγρ. *Tu as don d'Esprit.*

Et quidem mirum, duos in eumdem conceptum & literarum inuersionem incidere.

Satis Europæ notus est Ieanninus Burgundici Concilij Præses, quem suum ipsum nomen, si ordine congruo literæ disponantur, commendat.

Pierre Ieanin. Ἀνάγρ. *En bien nai pris.*

Qui cognouerunt & amarunt Consiliatium Saumarium, his se lineis solentur.

Hieraume Saumaire. Ἀνάγρ. *To heur amy me sera.*

Aliud. Ἀνάγραμμα. *Vray homme feray.*

Qui Tongerij Parisini, & Poyetij, aliorumque, qui sub idem tempus floruerunt in Galliâ, memoriam venerantur, legant hæc.

Iean Tongier. Ἀνάγραμμα. *Ioy en argent.*

Iaques Paris. Ἀνάγραμμα. *Acquiers Pais.*

Guillaume Poyet. Ἀνάγραμμα. *Mot! viue Pillage.*

Iean Toruobat. Ἀνάγραμμα *Bon haire à tout.*

Aliud. Ἀνάγραμμα *Or ha à tout bien.*

Theodects Torurbat. Ἀνάγρ. *Ta bouche te dore tout.*

Estienne Toruobat. Ἀνάγραμμα *Tout en bontè feray.*

Sunt vberrima illa nomina, quæ nec multas aspirationes, nec vllas literas duplices habent: Vbi enim ad X. & Z. venitur, vena, aut est omnino sterilis, aut arescit. Vnde non miror, si nomen hoc *Gabrielle de Monpaste,* aut si calamus sequatur labium, *de Monpate.* quadragies-septies Tabourotius inuerterit. Non omnes isti Protëi seorsum stare poterant, non enim omnes sensum pefectum continebant: at ita fuerunt ab authore connexi, vt potuerint Epistolam curiosam conformare. Selegit ille aliquas lineas, quas libenter repono.

Gabrielle de Monpaste.

Anagrammata.

Elle m'a dit bon presage.
Par belle image donte.
Bel Ange dore me plaist.
O Perle d'estimable gain.
Bel parangon deslite.
Bel Ange la de mi porte.
Parle de ton bel image.
Digne parole te blasme.
Mon ide agreable plet. &c.

Progreditur idem eruditus & ingeniosus Scriptor

ptor, & hæc Anagrammata, aut à se inuenta, aut ab alijs accepta, subscribit.

Pierre de Ronsard. Anagr. *Rose de Pindare.*
Aliud. Anagr. *Ambrose de Pinde.*
Loys de Masures. Anagr. *La soucy me dure.*
Remy Belleau. Anagr *Abreuè de miel.*
Nicolas Denisot. Anagr. *Conte Dalsinois.*
Estienne Iodelle. Anagr. *Io le delien est ne.*
Simon Nicola. Anagr. *La non soucy.*
Iean de Corat. Anagr. *Cede à raison.*

Claudat hæc Anagrammata Gallica Ioannes Brino, qui tam generosè amauit viros doctos, vt omnia sua vt illos iuuaret & promoueret, consumpserit; & tandem pauperrimus obijt. At æternum viuet, nam virtus mortem nescit, & omnes eruditi conspirabunt, ne tanti Mœcenatis memoria occidat. Illum Ronsardus celebrauit hoc Proteo.

Iean Brinon. Anagr. *Rien bon n'y a.*
Ianus Brino. Anagr. *Ruina bonis.*

Et quidem suorum bonorum & diuitiarum ruina fuit, quando sui immemor, omnibus generosè prouidit.

Hoc Anagramma vltimum in memoriam reuocat voces *Reunir* & *Ruiner*, in quibus Tabourotius Antistrophen inueniri voluit *c.8.pag.*127. at ego non nisi Anagrammatismum reperio. Illas illustrat Hexasticho curioso Pasquierius *sub Minophili finem* Regem Carolum IX. ruinas vnire, & vnita ita demoliri, vt solæ ruinæ maneant, contendens. Eius metra sunt hæc.

Qui voudra reunir *auec* ruiner *mettre,*
Il verra qu'l n'ya transport que d'vne lettre:
Et qu'en reunissant *vos ville* ruinez,
Et qu'en ruinant *vous les* reunissiez.
Car dans vn reunir *vn* ruiner *se treuue*
Dont vos pauures sujets on fait derniere preuue.

Latina habet in eodem capite Tabourotius multa pulchra: & exordium volo & debeo sumere ab illo, quod Petrus Boisteau inuenit, & appingi curauit tabulæ, in qua coram Deiparâ genuflexus adorat Filium, & misericordiæ Matrem orat.

Virgo MARIA. Anagr. *Mira rogaui.*

Ioanni Caluino, nec Pictura, nec Anagramma placet, nam ore sacrilego & impio se suosq; negat Cœlitum patrocinio. Ergo illum ad Deiparæ pedes sicut serpentem supponamus.

Caluin Gall. Anagr. *Lucian.*
Aliud. Anagr. *Culina.*
Caluinus Lat. Anagr. *Lucianus.*
Aliud Anagr. *Alcuinus.*

Et quidem merito Ioannes Caluinus cum Luciano componitur, & in culinam truditur, habet enim cum Luciano blasphemias, & sordes communes cum Culinâ. Alcuinus per antiphrasin potest dici, cuius est antipus. Vir ille doctissimus, & magni Caroli Magister fuit: at Caluinus, Orthodoxam illam Fidem, quam Gallos olim Alcuinus docuit, dedocet, & errores horribiles Animabus implantat. Ergo sicut æternis ignibus in aliâ vitâ, sic æternâ ignominiâ in ista condemnatum relinquentes, ad Viros illustres, quorum Tabourotius meminit, transeamus.

Catharina de Medicis. Anagr. *Henrici met casta Dea.*
Aliud. Anagr. *Clara dijs hac mente.*
Carolus Valesius. Anagr. *Sol, cui vera salus.*
Aliud. Anagr. *Ver, cui sola salus.*
Carolus. Anagr. *Clarus.*
Henricus III. Valesius. Anagr. *Victis Lutheranis es verus.*
Aliud. Anagr. *Victis Lutheranis seuerus.*
Valesius. Anagr. *Laus IESV.*
Carolus Lotaringus. Anagr. *Orator Gallicus vnus.*
Claudius Confertus. Anagr. *Clarus viuo Regi fidus.*
Petrus de Pinas. Anagr. *Prudens capiet.*
Petrus Ianius. Anagr. *Tu Vir sapiens.*
Ianius, vulgò *Ieanin.*
Tu es Pan Iuris. *Spinea Virtus.*
Sperans viuit. *Ius pura sinet.*

Fuit Vir doctissimus, Concilij Burgundici olim Præses: & D. Natali charus.

Hieron. Saumaire. Anagr. *Sum veri herois Anima.*
Ioannes Gonterius. Anagr. *En grauis honos in te.*
Aliud. Anagr. *Vnis in bonore gesta.*
Aliud. Anagr. *Venis argenti sono.*
Iacobus Parisius Anagr. *Ius pacis obserua.*
Antonius Minarius. Anagr *Natus rima Minois.*
Ioannes Toruobatius. Anagr. *Astabis in honore tuo.*
Theodectes Toruobatius. Ana. *Ito te doctus beat aëros*
Stephanius Toruobatius. Anagr. *Tu stas vir Phœbo natus.*
Ioannes Auratus. Anagr. *Ars en noua Vatis.*
Claudius Satiue. Anagr. *Laus Dea cuiuis.*
Antonius Contius. Anagr. *Si non tactus.*
Alexander Toruobatius. Anagr. *Virtus ex labore donata.*
Franciscus Iuretus. Anagr. *Cura finis certus.*
Aliud. Anagr. *Vnus sic ferit arcus.*
Antonius Iuretus. Anagr. *Iustus non variet.*
Ioannes Cotenotius. Anagr. *In actu esse, non otio.*

Coluit Stephanus Tabourotius, adhuc iuuenis, Theodorum Paschasium, Stephani Paschasij celeberrimi Iurisconsulti doctrinæ & virtutum hæredem; & illum hoc Elogio donauit.

THEODORVS PASCHASIVS.

ANAGRAMMATA.

Thesauros pacis sudo:
Thesauros pacis duos.

The-

Thesauros Pacis *verso mihi nomine* sudo,
Dicis, dum libris, mi Theodore, vacas.
Si non mentiris, iam Te Theodore Patremq;
Thesauros *sudas* Pacis *Amice* duos.

Admiratus est Eleonorium Chabotium Caroli IX. Regis Galliarum Vicarium militarem in Burgundiâ, Virum bellicosissimum & integerrimum; & illum donauit hoc Proteo Acrostichis versibus dilucidato.

ELEONOR CHABOTIVS.

ANAGRAMMATA.

Heros ito luce bona
Cœli honor beatus
It Carolo suo bene.

Emisset opus quamuis Diuino Vate perennes
Laudes Tuas qui solueret.
En tamen arbitrio Diuorum sicut ad aras
Omnis adoret munus suum.
Nitar vbique tuas Vir præstantissime audes
Ornare nostro carmine.
Respicies inter populi suffragia forsan
Camœna quod canit mea.
Heros ito luce bona, *& fœlicia fata*
Ac Te digna ducito.
Burgundæ Patriæ sis dudum Primus Alumnus,
Opem tuam fac sentiat.
Te Duces qui fuerunt, fac dicant, hoc Duce semper
It Carolo *suo bene.*
Vltra mortales Tibi quos tradamus honores
Sic Cœli honor beatus *est.*

Habent gratiam specialem Anagrammata, quando ex vnâ linguâ in aliam transeunt, qualia sunt subsequentia.

Iacques de Crusol. Gall. Ana. *Qui casso crudeles.* lat.
Claude Bourgeois. Gall. Ana *Sub eo Duce gloria.* lat.

Petrum Liserium, olim Primum Præsidem Parisiensem, & posteà Abbatem apud S Victorem, honorauit Tabourotius duabus Latinis sententijs, è Gallico nomine extractis; quas, necui viderentur obscuræ, septem Phaleucis illustrauit.

PIERRE LISER.

ANAGRAMMATA.

Lites repeti.
Perire telis.

*Olim Caussidicus Fori suprem*i
Qui lites reperi, *petiui, amaui,*
Præses innumeris eas arestis
Dum fugo fugior, caputque nostrum
Ob litem male litigantis vnam
Sensi sub niueo dari cucullo,
Et sic me propriùs perire telis.

Postquam de Græcis, Latinis & Gallicis Grammaticis Proteis D. Tabourotius disseruerat, transit ad linguam Hebræam, & Epistolam cuiusdam sui Amici in Cabalisticis versati recognoscens, Petrum Galatinum *de secretis veritatis Catholicæ lib.7. cap.13.* allegat. Narrat R.Haccador, rogatum ab Antonino Romano Consule, quod nomen haberet Dei Mater, respondisse, illam nominari מרים *Mariam*: idque colligi à Cabalistis ex illis Saræ verbis לםרבה המשרה *Le marbe hamisra. Ad augmentationem sui imperij*: quoniam ex istis litteris hoc nomen Parthenium שרה מרים. *Miriam Sara, Marta Domina.* deduci potest. Sic hic Rabinus, qui à sanctitate nomen duxit, in labro, *Gale razeja. Reuelator secretorum* inscribitur, *dubio III.*

At ego hic statim concedens consequens, cõsequentiam negarem: nec enim Anagramma est purum (superest in illo: & desunt לכהה) nec ex Anagrammate actus liberi & contingentes nosci possunt: & Virginem Matrem dictam fuisse *Mariam* necessarium non fuit, nam aliter potuit vocari.

Hæc sunt (Amplissime & Clarissime Vir) quæ ex libro D. Tabourotij in tuam gratiam collegi, quem, si à vocibus immundis & obscœnis abstinuisset, liberiùs, casti oculi legerent, & vberiùs laudarent: interim ingenio sua debetur laus, etiam vbi materia non est bona. Tu istis liberè vtere, & diligere perge Tuum: &c.

☞ CCCCLXIX.

Inter alios, quos Parnassus honorat & coronat, hoc anno, magnum occupat locum, Lucas Carolucius, Canonicus Altamuranus: cuius num.461. mentionem fecimus. Affectum erga Mœcenatem suum Anagrammatibus istis expressit. Sed qualem ipse affectum? Respondeant Charites.

Victrices Palmas Tibi, Sceptra, Trophæa, Tyaras
Præstamus, Princeps: sic tua Fama petit.

Inuentiones literarias à multis laudatas subscribo. Ἀναγράμματα.

Eminentissimus, atque Reuerendissimus Dominus

DON PETRVS ALOYSIVS

CARDINALIS CARAFA.

I. Si ais, sic aias, canas: denique in Te diu vis. Terrarum Moles, Pondus, Fons munerum, dius Ales erit.

II. Demum secunda fata in tyarâ Claues

ponent. Vas eris. Ros diuinissimus eris: Mundique Sol eris.

III. Dein fors eas. Post Innocentium eris Mundi Atlas: Lar fies radians, Summusque Dei Vicarius.

Putabam Astrologis solis competere Oracula, & prædicere fata futura: sed iam prædictiones eiusmodi ex ratione transeunt ad voluntatem; & si merita hanc excitent, in Oracula fere prorumpunt. Est Eminentissimus Princeps Cardinalis Carafa, Vir cælestibus prærogatiuis præditus, quas si voces inerrantes stellas, & ex eis volueris prædictiones eruere non differes à Carolucio. Sed & ipse in eiusdem Carafæ virtutibus omnes Planetas reperit, & ad hæc septem Anagrammata ingeniosè reduxit.

Carafæus Olympas.

Eminentissimus atque Reuerendissimus Dominus

PETRVS ALOYSIVS

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Carafa.

♄. Ecce Saturnus felicissimos addet annos: eia in aris clarus: eia Atlas: eia que Pius Mundi molem sanè recturus eris. Amen.

♃. Clamans sanè nues. Ecce Iouis Stella aureas feret aquas: nam citra inuidiam Primus eris in Simonis sede decoratus.

♂. O mens, eas: sic eas. Ecce Mars fortitudines viresque canet. Pan eris. Suauissima Mundi scena dominatura eris. Allelu-Ia.

☉. Ecce Sol. Ecce diuinissimis pariet radios. Eia salue. (næ rarâ arte, natiuâque salus es.) Fies Mundi Numen sanctissimum.

♀. Ecce Venus sanè dulcissima, castissimam infundet in ora Maiestatem. O sanè Tarpeiâ in Arce dius Sal, verusque Sol eris.

☿. En Mercurius Caduceum, pacemque reddet. Eia fies sanè Atlas. Eris sanè almus in Ausoniâ lenissimis coronatus Tyaris.

☽. Iiam: i, ac iure cane. En castissima Luna caros educet splendores. Eia fies diuus Amor, summusque Lateranensis Antistes.

Anagrammatibus istis addebat gratiam ipsamet delineatio; curauit enim decircinari cælos iuxta systema Ptolemaicum: & singulis circulis singula anagrammata inscripsit: & in centro ponderibus librata suis collocauit Stemmata Eminentissimi Principis, & subscripsit hoc Distichon,

Sol. Petre, Numen, Amor, Pan almus, primus & Atlas
Vrbis & Orbis eris, nomen & omen habes.

vt omnia anagrammata numeris curiosis colligeret, & affectum & votum suum liquidius & clarius demonstraret.

❧ CCCCLXX.

Longius Portum, Arcemque, occupauerant & iam dudum propugnauerant Galli, quousque anno 1650. expulsi, dederunt occasionem Hispanorum ingeniis vt aliqua carmina conderent. Elegi hæc Anagrammata.

Πρόγραμμα.

DOMINVS DON

PHILIPPVS QVARTVS

AB AVSTRIA,

CATHOLICVS REX HISPANIARVM,

Atque gloriosissimus recentis Orbis Monarcha,

Ἀνάγραμμα.

Hic Arx Longonis, superatis hostibus sub rosâ
Auraque sui imperij clara palma confidet,
O nonus diusque Mars hinc triumphet.

Ἐπίγραμμα.

Dum Iouis altiuolans pennatis imperat alis,
Dilacerat rostris æmula monstra feris.
Hosticus hinc fiat Gallus deplumis & orbus:
Palmiferis pompis victus in antra ruat.
Probra notet calamis; sin vocem fundere vellet,
Sic canat: In terris viuat Iberus Atlas.
Sic canat: Astra petens ceratis Icarus alis
Sole liquefactis præcipitatur iners.

Scribebat Ioannes Baptista Aloysius Altiliensis: Poëta Laureatus. Cuius etiam est hoc.

SERENISSIMVS DOMINVS DON

IOANNES AB AVSTRIA,

Filius inuictissimi & gloriosissimi Domini Don

PHILIPPI QVARTI REGIS HISPANIÆ, & Monarchæ recentis Orbis.

Ἀνάγραμμα.

Io Parthenope: summis redimita sertis:
In pijs, diuinisq; Iridos radijs, nouis honoribus,
Ac immensis triumphis orans fias; Galli
Enim reiecti sunt ab arce Longonis.

❧ CCCCLXXI.

Dignus est, cuius memoriam faciam Excellentissimus Dominus Dominus Innicus de Gueuara: hostium terror, Hispaniæ decus: virtutibus nobilissimis clarus. De illo D. Paulus Nuzzus Petiliensis edidit istud.

Πρό-

ponent. Vas eris. Ros diuinissimus eris: Mundique Sol eris.

III. Dein fors eas. Post Innocentium eris Mundi Atlas: Lar fies radians, Summusque Dei Vicarius.

Putabam Astrologis solis competere Oracula, & prædicere fata futura: sed iam prædictiones eiusmodi ex ratione transeunt ad voluntatem; & si merita hanc excitent, in Oracula ferè prorumpunt. Est Eminentissimus Princeps Cardinalis Carafa, Vir cælestibus prærogatiuis præditus, quas si voces inerrantes stellas, & ex eis volueris prædictiones eruere non differes à Carolucio. Sed & ipse in eiusdem Carafæ virtutibus omnes Planetas reperit, & ad hæc septem Anagrammata ingeniosè reduxit.

Carafæus Olympus.

Eminentissimus atque Reuerendissimus Dominus

PETRVS ALOYSIVS

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Carafa.

♄. Ecce Saturnus felicissimos addet annos: eia in aris clarus: eia Atlas: eiaque Pius Mundi molem sanè recturus eris. Amen.

♃. Clamans sanè nues. Ecce Iouis Stella aureas feret aquas: nam citra inuidiam Primus eris in Simonis sede decoratus.

♂. O mens, eas: sic eas. Ecce Mars fortitudines viresque canet. Pan eris. Suauissima Mundi scena dominatura eris. Allelu-Ia.

☉. Ecce Sol. Ecce diuinissimos pariet radios. Eia salue. (næ tarâ arte, natuâque salus es.) Fies Mundi Numen sanctissimum.

♀. Ecce Venus sanè dulcissima, carissimam infundet in ora Maiestatem. O sanè Tarpeiâ in Arce dius Sal, verusque Sol eris.

☿. En Mercurius Caduceum, pacemque reddet. Eia fies sanè Atlas. Eris sanè almus in Ausoniâ lenissimis coronatus Tyaris.

☽. I iam: i, ac iure cane. En carissima Luna caros educet splendores. Eia fies diuus Amor, summusque Lateranensis Antistes.

Anagrammatibus istis addebat gratiam ipsamet delineatio; curauit enim decircinari cælos iuxta systema Ptolemaicum: & singulis circulis singula anagrammata inscripsit: & in centro ponderibus librata suis collocauit Stemmata Eminentissimi Principis, & subscripsit hoc Distichon,

Sol, Petre, Numen, Amor, Pan almus, primus & Atlas
Vrbis & Orbis eris: nomen & omen habes.

vt omnia anagrammata numeris curiosis colligeret, & affectum & votum suum liquidiùs & & clariùs demonstraret.

☞ CCCCLXX.

Longius Portum, Arcemque, occupauerant & iam dudum propugnauerant Galli, quousque anno 1650. expulsi, dederunt occasionem Hispanorum ingenijs vt aliqua carmina conderent. Elegi hæc Anagrammata.

Πρόγραμμα.

DOMINVS DON

PHILIPPVS QVARTVS

AB AVSTRIA,

CATHOLICVS REX HISPANIARVM,

Atque gloriosissimus recentis Orbis Monarcha,

Ἀνάγραμμα.

Hic Arx Longonis, superatis hostibus sub rosâ
Auraque tui imperij clara palma consîdet.
O nouus diusque Mars hinc triumphes.

Ἐπίγραμμα.

Dum Iouis altiuolans pennatis imperat alis,
Dilacerat rostris æmula monstra feris.
Hosticus hinc fiat Gallus deplumis & orbus:
Palmiferis pompis victus in antra ruat.
Probra notet calamis; sin vocem fundere vellet,
Sic canat: In terris viuat Iberus Atlas.
Sic canat: Astra petens ceratis Icarus alis
Sole liquefactis præcipitatur iners.

Scribebat Ioannes Baptista Aloysius Altiliensis: Poëta Laureatus. Cuius etiam est hoc.

SERENISSIMVS DOMINVS DON

IOANNES AB AVSTRIA,

Filius inuictissimi & gloriosissimi Domini Don

PHILIPPI QVARTI REGIS HISPANIÆ, & Monarchæ recentis Orbis.

Ἀνάγραμμα.

Io Parthenope: summis redimita sertis:
In pijs, diuinisq; Iridos radijs, nouis honoribus,
Ac immensis triumphis orans fias: Galli
Enim reiecti sunt ab arce Longonis.

☞ CCCCLXXI.

Dignus est, cuius memoriam faciam Excellentissimus Dominus Dominus Innicus de Gueuara: hostium terror, Hispaniæ decus: virtutibus nobilissimis clarus. De illo D. Paulus Nuzzus Petiliensis edidit istud.

Πρό-

Πρόγραμμα.

Don Indicus Gueuara Prorex Neapolitanus.

Ἀνάγραμμα.

A perditis vocor nouus Alexander in pugnâ.

Ἐπίγραμμα.

Magnus Alexander pugnando terruit orbem,
Et Persas armis pressit, & ingenio.
Bosq. domans, terrore tonans, qui strauit Eoos
Darium vincens: victor vbique fuit.
Ast ego non pepuli vario certamine Gallos?
Robore non-ne meo Gallica regna ruunt?
Sic nouus à victis in pugna hostilibus armis
Alter Alexander (Marte fauente) vocor.

Sunt apud gentes singulas nomina hominum propria, quæ non facilè reddas latinè. *Iñigo* inter illa est, P. Eusebius Nierenbergius vertit *Ignatius*: Nuzzus *Indicus*: & alij (& hoc frequentiùs) *Innicus*.

CCCCLXXII.

HAbet Carmelus, quà antiquus, quà nouus, Illustrissimos viros, in quibus pietas virtusque sunt eminentes. alios produxi alibi, nunc Archangelum Philosophum excellentissimum.

Πρόγραμμα.

Admodum Reuerendus Pater Frater Archangelus è Sancto Hieronymo, Carmelit. Discalceatus: celeberrimus Theologus: eximiusq. Concionator.

Ἀνάγραμμα.

Grato more date melos,
Ac amore date laudes
Ecce hic ille Heros,
Qui in hoc terrarum Orbe
Deum nuncians crucifixum,
Teresianus regnat Apostolus.

Ὠδή.

Pulsate nunc testudines,
Ac more grato consonum
Melos canentes, debitas
Amore laudes promite.
En hic, Deum qui mortuum
Telluris hoc in circulo
Denuncians Apostolus,
Teresianus imperat.
Fugetur hinc Dis horridus,
Luther fugetur impius,
Christus triumphis inclytus
Iam prædicetur maximis.

Archangelo Eugenium subiungo, Augustæ Eleonoræ Concionatorem eloquentissimum, Theologum optimum, qui suâ doctrinâ honorat hodie Viennam, & suadâ concessâ diuinitùs Heterodoxos plurimos ad fidem Ortodoxam conuertit. Hoc illum carmine Dominus L. C. Poëta Laureatus celebrabat.

P. F. EVGENIVS A SANCTO IOSEPH
Carmelita Discalceatus.

Anagramma purum.

Ecce tu, tam dia opera patrans, carus Filius Stoch, & Eliae regnas.

HARMONICVS CONCENTVS.

ECce Pater, *tam dia patrans portēta,* Trophæis
Angelicis, *carus Stoch Filius ipse* Simonis,
Eliaq. simul *regnas*, sacrisq. coronis
Perfulgens, gazis dignaris in Orbe Sabæis.
E cuius Matres mellis venerenter hyblæis
Percurrant, nectarq. ferant, ac Musa Maronis
Cōcelebret nomē, charitesq. charismata pronis
Poplitibus tribuāt, modulātibus ore Napæis.
Verificas funder tibi Diua Theresia sortes,
Matura Phœbus radians ætate micabis, (tes.
Irruet in Thraces tua vox Paranymphica for-
Perfringes verbis Othomanica Mōstra, domabis
Hæreticas linguæ spirabilis ense cohortes;
Sic Palmis cinctus, spatiosa per Astra meabis.

Carmina sunt Hexametra· & in ipsis seruatur ille consonantiarum ordo, qui debetur *Soneto*, qui est versuum, & cadentiarum numerus apud Italos, & Hispanos notus.

Sed & ipse R. P. Eugenius hodie communicauit mihi Theses Logicas, quas ante annos iam multos, dum Neapoli studeret, defenderet: & in ipsis inueni

Thomas Aquinas, almus in Ecclesia Doctor.

Anagramma.

An hos, quos amo, Carmeli discalceati sunt?

CCCCLXXIII.

ESt D. Petrus Philippus Florentius, Cathedralis Ecclesiæ Auximanensis dignissimus Archidiaconus, erga Diuæ immaculatam Conceptionem deuotissimus: & quia verè fuit à Veteribus dictum,

Conueniunt rebus nomine sæpè suis:

In eius nomine hoc mysterium contineri videtur. Illud euoluit ingeniosè & deuotè D. Io. Baptista de Castilione, hæc Anagrammata ad maiorem Virginis Matris gloriam conformádo.

PROGRAMMA.

Petrus Philippus Florentius Auximanæ Catedralis Arcidiaconus.

ANAGRAMMATA.

1 Xpiparte illustrans Conceptum, illuic folida illuce, pia funda ferta.
2 Vocis concipis; Solius Dei Parens, Filia parentum culpas haud traxit,
3 Hanc pius Deus praeuiniit viuens, simul repurans à piaculis, à dolo.
4 In alno radix pura. Io. Ante, siue post partum culpi carens, ac fidelis,
5 Stella caeli, Xpi Mater, Hanc Dñs possedit à principio viarum suarū.
6 Stella ipsa pura, haud occidua, in vteri axe non fuit passa eclipsim.
7 Ipsa Sol. Sola, vt indita, praeter Xpm in Vellia sine peccati arrha fuit.
8 Adami fit filia, ast non haeres, cuius pudor, plenè à culpis excipitur,
9 Serpens dat Vneti escam, haec Maileos cadunt Filij; Ipsa Pura, nullius
10 Peccati passa ferae noxam Huius puritas lilio, & niue plus candida.
11 Pro illa venit Christus, & sic Pura, Pia, Innoxia, Cara esset apud Deum.
12 Idcirco fuit redempta, etsi nulla pro culpa anxia haud suspirasset.
13 Hanc Sol Xps Diuinitatis voluit arcem. Sic plaudens aperi; fert, para
14 Corollas Mariae Conceptui, si his plaudens anepens, tuea fundat Xps.
15 Huius puritatē expendisti. Corona iucus, palma praeclara sis dignus.
16 Xpi parae fundens lilia, ac laurobata Christo commun. Perpes viuat.
17 En pax his conceptum filia Auctori Sorti laudis praeludia parans.
18 Hi Pax, ter Filius, Cultor Patis, his pausam, laudum praeconia delerat,

CCCCLXXIV.

Aue Maria gratia plena, Dominus tecum.

ANAGRAMMATA.

1 *AD Te clamamus, Pia Mater Virgo niuea,*
2 *Munda, & pura, Euae malitiam ignorans.*
3 *Reuera Adamo genita, ast culpaē Minime.*
4 *Tua grauida Matre es fine omni macula.*
5 *Deus ante originem puram acclamauit,*
6 *Angelus nimium Deo caram sat aperuit.*
7 *Tu es Virginum praeclara Deo animata,*
8 *En originaria macula summe depurata.*
9 *Te puram Arcam Iesu dicant Angeli, ora*
10 *Sic plaudant omnia, Aue, ò Mare Gratiae.*

Salue Regina *Mater misericordiae, Vita, Dulcedo, & Spes nostra salue.*

ANAGRAMMATA.

1 *Ad te Virgo, reis pia clamamus è corde. Intemerata Tu es vlla sine sorde.*
2 *Sola, Adami è stirpe orta, Arca Dei es; verum originale vicus in Te deest.*

CCCCLXXV.

PAter Petrus à Passione Domini Panormitanus, Piarum Scholarum Sacerdos & Professor, mihi duo communicauit Anagrammata, pura; Gentilitiam Sanctissimi D.N. ALEXANDRI VII Pontificis Maximi tesseram dilucidantia. Illa etiam ego Philomusis communico.

ALEXANDER
SEPTIMVS
PONTIFEX.

Ad illud Dauidis Psalm.71. *Suscipiant Montes pacem populo* (in Hiphil, *suscipere faciant*) alludens.

Anagramma.

Per Montes Pax. Lux niteas Fide.

Aliud ad Stemmatis Gentilitij Sydus,

Fax re: Dans opem pijs. exultent.

CCCCLXXVI.

DAuid Origanus Francofurti ad Oderam, Medicus, Ephemeridum Author, dignus fuit qui multis carminibus & anagrammatibus celebraretur. Decadem hanc exscribo.

DAVID ORICANVS.

Ἀνάγραμματα.

I. Arduus indago.
Ad Diuina surgo.
Vigor nuda adis.
Vi grandis vado.
In gaudia sudor.
Diu indaga orsu
Diu agas, induro.
O! dura adiungis.

Addam & hic pauculas lineas ex Ioanne Alstedio: *Encyclopadiæ lib.*10. *sect.*4. *cap.*5. §.9.

Nicodemus. Anagr. *Demonicus.*
Mauritius. Anagr. *Vis artium.*

RODVLPHVS SECVNDVS DE AVSTRIA IMPERATOR.

Anagramma.

Arderis vacuus tu de splendore triumphas.

Alste-

Assiduus. Anagr. *Sedulitas*. Vnde.
Vt possit mea mens doctisque Deoque placere;
Sit pia sedulitas, sedula sit pietas.

CCCCLXXVII.

Anagrammata Italica.

Sicut Latina, sic etiam confirmantur Anagrammata Italica: Quidam ingeniosus Philomusus hæc fecerat.

SERENISSIMVS PRINCEPS
LEOPOLDVS AB HETRVRIA,
FERDINANDI SECVNDI
Magni Ducis Frater.

ANAGRAMMA.

Spectandus: melior tu Princeps digna resumens,
Hinc raditis ardens laudibus efferens.

Et vt omnes, qui Latini idiomatis erant ignari, etiam eiusdem Principis laudes cognoscerent, in linguâ vulgari sic scripsit.

Πρόγραμμα.

SERENISSIMO PRINCIPE
LEOPOLDO DI TOSCANA.

Ἀνάγραμματα.

1. *Placido Ciel si slende * Miro pio sen soprano.*
2. *Scese poi par tra noi * Pien de miel dolc', e ponsi*
3. *Del Pol à scompartirne * copiosi sensi, e doni,*
4. *Prence Dio sol tibi scansi * riposo, e palme doni,*
5. *E pe'l Campion ti prendi * in secol d'oro assiso,*
6. *C'apien di assonto, e colmo ei splendor spiri.*

Author omnia hæc Anagrammata pura esse asserit, & Serenissimo Leopoldo dedicat.

CDLXXVIII.

Habet Campaniense Capitulum nobilia aliqua ingenia; inter quæ eminere videtur D.Bartholomæus Griphus, Decanus, qui hæc Anagrammata mihi communicauit.

S. MARIA DELLA PACE.

ANAGRAMMA:

Placa l'ire, e manda vita. S in I.

EPIGRAMMA.

Ecco s'apron le porte
Del Tempio non di Giano
Ma di colei, che porta il segno in mano
Di Pace, e vita, e non di guerra, ò morte.
Campagna hor più non paue
Che già ne tien la chiaue
Giouan Caramuele il buon Pastore,
Ch'aperte le terrà ben tutte l'hore
Quando ella vede la Città punita,
Placa l'ire *del Cielo*, e mandà vita.

Est Sanctæ Mariæ de Pace Cathedralis Ecclesia dedicata: & ab illâ, quâ priuatim, quâ publicè, pacem & quietem exoramus.
Idem author hunc etiam litteratum Proceum composuit.

L'ABBATE DONNO GIOVANNI CARAMVELE
Vescouo della Città di Campagna, e di Satriano.

Anagramma purum.

Sancta MARIA de la Pace, ci manda vn si buon Dottore, acciò lui ne dia tal buona legge.

Natus Campaniæ fuit S.Antoninus nostri Ordinis Benedictini Abbas, qui viuus & posthumus maximis miraculis claruit. De illo recepi hæc Anagrammata.

S. ANTONINO ABBATE

Cittadino e Padrone di Campagna.

Anagramma:

In atto noto prega Dio, ci mandi santa pace, & abbondanza.

O Troppo amica sorte!
O noi lieti, e beati!
Poscia che siam qui nati:
Perche s'egli è ben chiaro,
Che l'inuitto campion Santo Antonino
E' nostro Cittadino,
E padre, ed auuocato:
Conuien, ch' in ogni stato
Per legge di natura
Di noi egli habbi cura,
E nostro protettor sia in vita, e in morte.
O troppo amica sorte!
Per vie alpestri, e torte
Il nemico infernale

Ogn'hor

Ogn'hor ci tenta, e assale;
Ma tosto il gran Guerriero
A guisa di Michel, che in Ciel fè guerra,
Lo scaccia, e vince in terra,
E per virtù diuina
A l'inferno il confina.
Se dunque ei può quì tanto,
Preghiam pur sempre il Santo,
Afinche poi del Ciel n'apra le porte.
O troppo amica sorte!
Ne la celeste corte
In atto humile, e pio
Ei prega il sommo Dio,
Che mentre stiamo in vita
Ci mandi santa pace, & abbondanza;
E poi ci dà speranza
Ch'in Ciel felicemente
Godremo eternamente.
Se dunque il tutto è noto,
Ogn'vn ne sia diuoto
E preghi il protettor costante, e forte.
O troppo amica sorte!

SANTO ANTONINO ABBATE
Cittadino, e padrone principale
della Città di Campagna.

Anagrammi.

Di Dio il gran campione con cenni abbattendo Satan, à noi apporta la diletta pace. T in O.
Abondante di gratia incontinente caccia dal popol demoni, & apporta la sanità. B in O.
Già non ci abbandona. ma tosto ne prende, appiana i delitti, tratta con Dio, e'l placa. C in O.
Abbraccia la di noi protettion, incatena Satan, dandogli duplicamente pena. Est purum.
Ecco non abbandona la Patria; potente supplica, mandand'à noi Cittadini le gratie. Additur V.
Placa, & alletta Dio sdegnato per noi peccatori Campani abbandonati in danni. Deficit T.
Prega intent'appo Dio per il Decan tentato; L'atta, mai nol discaccia, ne abbandona. T in E.
Ad eiusdem S. ANTONINI gloriam addi poterunt hæc Latina Epigrammata.

SANCTVS ANTONINVS ABBAS,
Ciuis, & Patronus principalis
Ciuitatis Campaniæ.

Anagrammata.

Caput Satanæ calcans, Ius iustis annuncians, nobis Ciuibus propitia impetrat. Additur V.
Ioanni Caramueli aspirat, vt sit Papa. Sic nunc Beatus fat nobis ipsis nuncias. C in A.

DIVVS ANTONINVS ABBAS
Ciuis, & patronus principalis Ciuitatis Campaniæ.

Anagrammata.

*In diabolos arma capit, pœnas nunciat. Ipsi victi iussis, ac nutibus parent** Deest V.
*Satanas calcatus pedibus, in ipsius vicini nomine properat, ac abit inuitus** Additur E.
*Iter para tutum, bona cuncta posce. Dissipa vitia in ciuibus lapsis in annis** Purum.
*Dei sic pacat iras, vt non puniat. Piis vincit precibus; nobis animas saluat** Deest vn. V.
*Antistes, ac Princeps (sicut tu annuis) pacem dona; Ciuibus lapsis serua bona** Additur C.
*Nos pius, ac iustus pascens, tritici, vini, ac olei inopibus abundantiam parat** Additur O.
*Nobis ciuibus animas pascit: ianuas cæli pandit propitius nunciat, seruat** Purum.
*Diabolis vi præcipit, vt nunc nunc abeant; ac impii ipsa iussa satis seruant** O in E.
*Continuis miraculis in patria patens nobis Ciuibus asta, inde tu pius paca** Purum.
Sed redeamus ad linguam Italicam, & alias vocum incursiones addamus.

SAN DOMENICO IN SORIANO
protettore della Città
di Campagna.

ANAGRAMMA.

Gran medico dal ciel trà noi compare pietoso tanti sanando. Deest vnum T.

G*Ran medico pietoso*
Dal ciel miracoloso
Compare quì *trà noi sanando* i mali
Di *tanti* disperati da' mortali:
O noi lieti, e beati,
Che siam già liberati
Pe'l suo diuino aiuto gli affanni
Con solleuarci homai da tanti danni.

SANTO TOMASSO DI AQVINO
protettore della Città di Campagna.

Anagramma puro.

Taci, l'ottima penna di questo Angelico Dottore trapassa, doma.

TAci lingua maluaggia,
Non mormorar del Santo,
Che porta il pregio, e'l vanto

Di

Di quanto scriuer può penna più saggia.
Gli Heretici hà sconfitti
Già tutti con suoi scritti.
Ne alcun può mai negar quãto egli scrisse
Con l'ottima sua penna Christo il disse.
Di Angelico Dottor questo è lo strale,
Che chi gli oppugna audace,
Qual nebbia lo disface,
E trapassa, e distrugge, e doma il male.

In lode dell'istesso.

QVesto Apollo del Cielo,
Che con la sua dottrina
Alma, sourana, angelica, e diuina
Il mondo illustra, e indora,
Hoggi tù più che mai profondo adora;
Perche dimostra a i segni
Che da' celesti Regni
Per dono special dato à Tomaso
La sua dottrina splende,
E trà l'altre si rende
Qual Sol da l'Orto chiar fino à l'Occaso.

VITA DIVI THOMÆ AQVINATIS

Per Anagrammata disposita.

CDLXXIX.

QVæ sequuntur Anagrammata, natales, mores, sapientiam, res gestas D. Thomæ Aquinatis continent. Ea Ioannes Montoya Clericus Regularis, quem nuper Neapolitana lues sustulit, concinnauit; quàm argutè, quàm appositè, quàm aptè, tuum esto iudicium, Lector. Probabis enimuerò, si leges. Neque enim ab vna, eademque verborum complexione, tam multiplex, ac varia exsistere dicendi materia, ac veluti è paucis seminibus tam ampla progerminare seges potuit sine fœcunditate quadam ingenij incredibili. Edita olim fuere Neapolitanis typis. Sed quia facilè deciduum est, quod vnica excepit pagina; ea in meis hisce, suis Quæstionibus Quodlibeticis R. D. Carolus de Thomasijs, ex Palmæ Duce Clericus Regularis exstare voluit. Inde illa assumpsi, vt Metametricam hanc honorarem: quippe par erat, vt expressus pulcherrimis Anagrammatis Aquinas, hoc in Opere, quod eo auspice composui, perennaret.



Πρόγραμμα.

S. THOMAS DE AQVINO ORDINIS PRÆDICATORVM.

Ἀναγράμματα.

NAscitur è Theodora, ac quasi Sol prodit in Mundum.
Honorandus Doctor, quasi panem, sic edit Aue Maria.
Quarto iam anno sanctissimus puer cor Deo dicat.
Quoniam inter pios Monachos educandus traditur.
Sed modò studiorum causa hinc transit Neapolim.
Hic dum orauit conuertir quosdam panes in rosas.
A Domino indutus se Prædicatorum astris ornat.
Matrisque iram pati non curans sua domo discedit.
Sed ô! à Christo ad domos maternas inuitus capitur.
An nosti, quòd is homo Dei raptus, carceri damnatus?
Modò ad Castrum Sancti Ioannis perducitur Heros.
Pro maiori custodia in quadam arce innodatus est.
Modò in carcere inuasus de Saranæ odio triumphat.
Candidus homo ardorem carnis titione quassauit.
De aquis orta Venus cadit, si hinc ardorem opponas.
Iam à somno correptus, candida chorda munitus est.
Imò sanè ad Crucem orans, puritatis dono ditatus.
Non cadit sororum impetu, inuasus audacior adest.
Sic quia homo est prudens, non audit dicta sororum.
Quin imò è Mundo attrahit ad diuina sorores ipsas.
Necnon addas, quia per muros dimittitur castus homo.
A Castro dono Dei iam missus Parthenopen ducitur.
Scies, quod inde triumphandi causa Romam transit.
Sed à Ioanne Theutonico Româ adductus Parisium.
Numquam suo se dat studio, nisi peracta orandi hora.

An

An homo priusquàm doctrinas dedisset, non tacuit?
Studio demit horas, orationi, ac precibus mandans.
Christi dona oratione magis, quàm sudore adeptus.
Quisnam hoc castior, aut sapientior mundo adest?
Ideòque Dominus tantùm ipsi coronas dat sacras.
A Domino Romanæ Sedi Custos, ac Turris adponitor.
Quos, vt dicam, pro hac dilatanda non emisit sudores?
Quos Hæreticorum sua ipsius doctrina non damnat?
Quos Christianorum ipsamet doctrina non adiuuat?
A Romano Pastore desideratus ad Concilium venit.
Sed in Monasterio de Phossa noua cadit, ac moritur.
At moriens, quasi candidus Olor cantus depromit.
Introductusque à Christo Domino in Paradisum est.
Sanctum Sacerdotem Paradisi Dominus coronauit.
Tu solus Mundi honor, ac mira sapientia decoratus.
Quia candidus homo, à Dei Matre coronis ornatus es.
Quàm vera das nobis tua scripta de Christo Domino!
Nonos, mirosque tua emicans doctrina dat radios.
Quia noua doctrina tua Hæreticos omnes dispersis.
Tu ipse Mundi osor, Carnis, ac Dæmonis deuastator.
A Deo quidem Sanctissimus Patriarcha dono datur.
Et quis tu? omnium corda rapis, ac Deo donans trahis.
Et addo, quòd innumeras tuo Christo animas carpis.

Sanctus Thomas ex Aquino, Vir magnus, Ecclesiæ Doctor, Et Ordinis Prædicatorum decor.

ANAGRAMMA.

Aureus exposuit moriens Sacra Cantica Doctor, Sed, qui Cignus erat, dat moriendo melos.

Thomas de Aquinis Ordinis Prædicatorum, vir candidus, Et Ecclesiæ ornamentum.

ANAGRAMMA.

Mundum despiciens, ac terrea ferta triumphans Diuitias Cæli condidit ore, manu.

CCCCLXXX.

FVerunt floridæ & amœnæ Ioannis Valentini Cæsarei Archimusici Musæ: a quibus varia & curiosa Opuscula in lucem prodierunt. Considera sequentia Anagrammata.

Imperatori,		Omnia
Imò re Patri,		sunt pu-
Re Pio Marti,		ra, &
Mira perito		dignissi-
Patri merito		mè de
Et primo viro.		Ferdinan-
Per tramito		do III.
Per mira tio		Optimo
Vna in lite)	Ana-	Impera-
Valentini)	gram.	tore dicta.

Leopoldi nomine insignitur Archidux Austriæ, frater Cæsaris, & Cæsaris etiam filius (nunc Imperator.) In alterius verius gratiam hos literarum Proteos edidit Valentinus.

Leopoldus	sunt
Oles duplo	etiam
Duplo sole	omnia
Ludes Polo	hæc
Pullos Dei	pura.

Et ad domum Austriacam Inuictissimorum Imperatorum Matrem conuertens oculos, sic inquit

Austria, Anagramma. *Triasua.*
Quia sic sceptra portat,
Ac omnia confortat,
O Deus, sacra tua,
Austria, tria sua.

Et hoc ipsum Tetrastichum, hoc Hexasticho Italico illustrat.

Perche sostien corone
In numero perfetto,
E porta il tre nel petto,
La Trinità dispone,
Che l'Austria al Mondo imperi
Di tre corone degna, e mille imperi.

Inter alia Heroica Lemmata, quibus vtitur Serenissima Domus Austriaca, illud AEIOV. multorum Virorum illustrium ingenio & studio illustratur. Placet mihi, qui legit: *Austria erit in*

in Orbe vltima. Hæ literæ Dei nomen essentiale constituunt, IEOVA enim (Hebraicè יהוה) omnes literas vocales continet. Ex his literis vnicam אברם Abramo communicauit Deus, vt esset אברהם Abraham, in quo magna mysteria inueniunt & dilucidant Expositores: omnes Deiparæ dedicat Ioannes Valentinus, & addens H, Latinorum spiritum, sui spiritus seruorem ostendit his verbis.

A E I O V H

Aue Via. Aue. Aue Via: Iuua. Eua ea vebo: Veo ea vi. Aio, heu, heu! Eia: ai, Iuuo.

Nulla litera præter illas sex præmissas in hac Oratione inuenitur: illæ enim ordine vario repetitæ confirmant pium & pulchrum sensum. Clausit tandem libellum, & vitæ terminum posuit his verbis

Ioannes Valentini.	Omnia
Annis eo. En vita nil!	sunt
En, nil! sino. Ite vana.	pura
Sileo. Veniant anni.	& com-
Alij erunt sine anno,	menta-
Seu, En alij non nati.	rio digna.

CCCCLXXXI.

NEapolitanam Vrbem suis literis illustrat & honorat clarissimus D. Blasius Cusanus, qui licet in Iurium peritia eminens sit, fauere Apollini non dedignatur. Hoc anno 1661. eloquentissimos numeros edidit, quos *Heroum Characteres* dici voluit; quos ipsos viri illustres eloquentissimis versibus celebrarunt. Sed quia Anagrammata à diuersis inuenta, mihi visa sunt pulchra, vnum, aut alterum subijciam.

Doctor Blasius Cusano.
Anagramma pur.
Canas doctus Oloribus.
Blasius Doctor Cusanus.
Anagramma pur.
Cantu solus corda subis.
Inuenta sunt à D. Francisco Marini V. I. D.

Doctor Blasius Cusanus a Vitulano.
Anagramma purum.
Vocatus Linus, Baldus, ac Iason.

Sic literas conuertit Dominus Franciscus Antonius Aquilans, Campaniensis, eiusdem Domini Cusani Auditor.

CCCCLXXXII.

PLacuerunt multis Ioannis Baptistæ Vvaseige Anagrammata, quæ nomen hoc *Leopoldus Austriacus* in formas diuersas conuertunt. Fuerunt edita in Belgio, & eodem anno recussa in Bohemiâ: & quia perplacent mihi; & Princeps, cui dedicantur; & Authoris ingenium, quo formantur; cæteris subiungi debebunt.

Erat inscriptio,

SERENISSIMO PRINCIPI

LEOPOLDO VVILHELMO

ARCHIDVCI AVSTRIAE,

Duci Burgundiæ, &c. Magno Teutonici Ordinis Magistro, Episcopo Argentinensi, Halberstadiensi, Passauiensi, & Olomucensi: Belgij Gubernatori: ac supremo Catholici Exercitus Duci: infulis, togæ, sago; pio, iusto, forti; superis, ciuibus, bellis; vbique pro fide & patria gloriosè decertanti: Germanicæ nuper, & sæpius Bohemicæ, iam Belgicæ difficillimis temporibus libertatis Assertori: de Armenteria, Landresio, Dixmuda, alijsque triumphanti &c.

Sunt hæc Anagrammata digna lectu: sed quia cusa fuerunt in Belgio, & iterum recusa in Bohemiâ anno 1647. poterunt facili negotio inueniri, & ideò alia, quæ rariora videntur, huc addo.



MVSA IV. GENVINA.

CCCCLXXXIII.

HIC adest Musa, quæ Hieronymi Genuini stylo præfuit; ab illo nomen sumit, & genuino influxu etiamnum literarum eruditas inuersiones inspirat. Librum edidit Romæ anno 1640 quem *Genuinas Metamorphoses Nominum* vocari voluit, quoniam, vt in ipso frontispicio nos monet,

Aetheris vt plures, Erebiq; saliq; soliq;
Numinibus facies, sic quoque Nominibus.

Insurrexerunt contra Opus pulchrum & politum, quod solet, multi insolentes Genij, quos quidam Vir eruditè compescuit hoc fulmine.

Quicumque dente vel Gelasino vel Genuino, Hieronymum Genuinum rodit, atque in Genuino Genuinum frangit, dignus est cui omnes, & Gelasini & Genuini dentes frangantur.

Interim, quia non malis solùm (hoc est, indoctis) sed etiam bonis (hoc est, doctis) debitores sumus, vt & isti amare pergant Virum Magnum, P. Augustinus Oldoinus, Genuensis, Societatis IESV, pulchrum Elogium scripsit.

Hæc de Genuino Oldoinus, omnia grandia, omnia vera, à Viris doctissimis lecta, & applausu recepta & approbata.

Nolo totum Genuini Opus huc ponere, habet enim pulchra Epigrammata, quæ in illo poterunt ab eruditis legi: volo tantùm Anagrammata assumere, vt copiosiorem syluam Lectores habeant, in qua possint ingenium colere & exercere. Taceo igitur, vt Musam Genuinam audiatis.

PROOEMIVM.

In noua fert animus mutatas dicere formas
Sensa, Artis mirum quas variauit opus.
In varias translata Hominum, Diuûmq; figuras
Corpora, Pelignus carmine cantat Olor:
Horrida mentiti haud Pauci mille ora ferarum
Sunt sine laude Hominum, nec sine labe Deûm.
Hic nomen sine laude suum, & cum labe reuoluunt
Non nisi queis vitium nomina praua dedit:
In varias resoluta abeunt hæc nomina sensus
Non sine honore Dei, non sine laude Virûm.

AD LECTOREM.

Parcere. ἀνάγρ. Carpere. ἀνάγρ. Crepare.
Sunt pura.
Literæ eædem formant Parcere, *literæ eædem*
Carpere *componunt, atq;* Crepare *simul*
Parcere *qui nulli vis, qui omnes* Carpere malis.
Grammate es inuerso, Mome, Crepare *merem.*
Ast mihi sicut non prodest laudator amicus,
Sic nunquam infestus Zoilus vllus obest.
Curo parum; seu vis mihi Parcere, *candide lector,*
Laude seu vis me Carpere, *curo parum.*
Sponte tua poteris mihi Parcere, *Amice, Inimice*
Carpere *sponte tua, sponte* Crepare *tua.*

CÆLITES.

CCCCLXXXIV.

PAter æternus, Verbum, & Spiritus Sanctus. *Anagramma.* Semper beatus; ac, vt Vnus, est pariter Trinus.

Eucharistia. *Anagramma.* Charitas Iesu: *Additur* S.

Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. *Anagr.* Mensa micat summa; est Christi carne suauis. *Additur* S.

Virgo MARIA. *Anagr.* Mira Virago. *Est purum.* (*Si Virago fœminam significet à viro actam, quod multi volunt, deleri hoc Anagramma debet: si autem fœminam viriles actiones agentem quod cum multis Hieronymus Genuinus supposuit, poterit retineri.*)

Conceptio Sanctæ Virginis Mariæ. *Anagr.* Vna, & mira; ac sine peccato originis.

Sanctissima Maria; Dei Parens, ac Virgo. *Anagramma. Iambicum Trimetrum.* Sacra emicans Regina, Paradisi Ostium.

Diuus ANGELVS noster Custos. *Anagramma.* Tu ducis nos gnauus, & solers.

Sanctus Ioannes Baptista Præcursor. *Anagr.* Nasceris probus: ac natus antra petis. *Demitur* O. Aliud. *Iambicum Trimetrum* Cur bone satis puer, adis antra pusio? (*Illa particula* satis, *afficere potest, &* bonum *&* puerum, *vt Ioannes, &* satis bonus, *&* satis puer, *cùm iret ad heremum dicatur.*)

Sanctus Ioseph. *Anagr.* Sapiens Custos. *Mutatur* H *in* S.

Simon Petrus. *Anagramma.* Primus nites.

Beatus Simon Petrus. *Anagramma.* O spes! tutamen Vrbis.

Diuus

Diuus Matthias Apoſtolus. *Anagr.* Iudas à Polo ſatis mutatus. *Conuertitur* H *in* A.

Sanctus Marcus Euangeliſta. *Anagr.* Sum Vigil ad Venetas curas.

Aſpren. *Anagramma.* Parens. *Fuit autem S.Aſpren primus Neapolitanorum Epiſcopus.*

Beatus Pater Hieronymus, Eccleſiæ Doctor. *Anagramma.* O ſat rectè, & ò ſine culpâ Iudicem horrebas. *Mutatur* Y *in* I: *quæ quidem literæ pronunciatione non videntur differre.*

Diuus Genuinus Epiſcopus Sabionenſis, & Martyr. *Anagramma.* Vnicè inſons: ob Deum paſſus, peruagus interiiſti. *Mutatur etiam Y in I. Fuit tempore Longobardorum in exilium miſſus, & ibi mortuus. Colitur Nonis Februarij.*

Sanctus Genuinus Epiſcopus & Martyr. *Anagramma.* Rectus, micans, ingenuus, & pius Paſtor. *Mutatur etiam* Y *in* I.

Sanctus Ianuarius Epiſcopus & Martyr. *Anagramma.* Primus Cuſtos, Pater, vnica cura Sirenis. *Mutatur* A *in* I *&* Y *in* I. *Eſt Regni Neapolitani Patronus, & claret hodie ſtupendis miraculis.*

Sanctus Ianuarius Martyr, Beneuenti Epiſcopus. *Anagramma.* Vnus beaſti; tueris; ac mirè iuuabis Parthenopen. *Mutatur* Y *in* I; *& additur* H.

Diuus Ianuarius, Beneuenti Epiſcopus, & Martyr. *Anagramma.* Tu mirus; Veſuuij incendia, turbines, rape, ò Pater. *Mutat* Y *in* I, *&* S. *in* R. *Fuit ſcriptum, cùm arderet Veſuuius, & Neapolis periclitaretur.*

Beatus Pater Nicolaus Antiſtes. *Anagramma.* Sane patens Tutela, Cuſtos Barij.

Diuus Pater Agnellus Confeſſor, ac Abbas. *Anagramma.* Sanctus Neapoli fuga Barbaros ſecludes.

Diuus Blaſius Epiſcopus & Martyr. *Anagr.* Plauſu mirus, cibi, potus ſedas iter. *Mutatur* Y *in* I.

Diuus Alexius. *Anagramm.* Exul diu à ſuis.

Sanctus Dominicus. *Anagramma.* Canis Mundi Cuſtos.

Diuus Pater Franciſcus ex Aſſiſio. *Anagramma.* Sanè ſatis iuſtus par es Crucifixo. *Mutatur* D. *in* T.

Diuus Petrus Cæleſtinus. *Anagramma.* Vt ſol nites, reſpuis decus. *Mutatur* V *in* S.

Beatus Iuſtinus Confeſſor, ac Antiſtes. *Anagramma.* Es vnicus Cuſtos, ſat fers bona Teatinis.

Sanctus Thomas de Aquino Ordinis Prædicatorum. *Anagramma.* O Diuus ſane Doctor, Qui mira docens, manu patraſti. *Mutatur* H *in* V.

Sanctus Caſimirus Iagellonus. *Anagramma.* Angelicus, Vnicus ſol Sarmatis.

Sanctus Caſimirus. *Anagramma.* Clarus, Caſtus nimis. *Additur* L.

Beatus Pater Nicolaus Tolentinas. *Anagr.* O lucens vt alter Ioannes Baptiſta.

Diuus Pater Antonius. *Anagramma.* Tu nitor es Patauinus. *Mutatur* D. *in* T.

Diuus Carolus Borromæus Cardinalis. *Anagramma.* Vir clarus ſolus das Iubar Mediolano. *Mutatur* C. *in* L.

Beatus Ignatius Loiola. *Anagr.* Ego ſanè vitâ illibatus. *Mutatur* O *in* E.

Diuus Pater Franciſcus Sauerius de Societate IESV. *Anagr.* Sanctus verè ſuaſit, ac erudijt Fide Iapones ſecurus. *Additur* M.

Sanctus Philippus Nerius Florentinus. *Anagramma.* Fuit planè Inſons, Purus, Plenus Chriſti.

Maria Magdalena. *Anagramma.* Grandia mala mea.

Maria Magdalena. *Anagramma.* A me mala grandia.

Aliud. Mea mala grandia.

Sancta Lucia Virgo. *Anagramma.* Vnica grata oculis.

Sancta Catharina de Senis Virgo. *Anagramma.* Chriſto iugata, ac ſanè ardens.

Sancta Tereſia. *Anagramma.* Iſta ſanè recta.

REGIONES.

✠ CCCCLXXXV.

Ciuitas Hieruſalem. *Anagr.* Humilis reatu iaces.

Ciuitas Romana. *Anagr.* O vnica ſat mira.

Ciuitas Neapolitana. *Anagramma.* O ſanè caput in Italiâ.

Aliud. Vnica, lata, pia enites.

Reſpublica Venetiarum. *Anagramma.* Tu iubare prima elucens.

Ciuitas Mediolanenſis. *Anagramma.* Tu ſanè nimis delicioſa.

Florentia ciuitas. *Anagramma.* Fit vnica ſolertiâ.

Inſula Melitenſis. *Anagramma.* Sinu alens Milites.

Ciuitas Mantuæ. *Anagr.* Nimis aucta vate.

Ciuitas Surentina. *Anagr.* Virent cunæ Taſſi. *Mutatur* I. *in* E.

Ciuitas Salmanticenſis. *Anagr.* Tu micans ſcientias alis.

Faſtigium Veſeuianum. *Anagr.* Fumaui heu ſatis igneum. *Additur.* H.

Ciuitas Spoletina. *Anagr.* Vnica alit Hoſpites. *Additur* H.

Fideliſſima ciuitas *Cauenſis.* *Anagr.* Facta es delicijs nimis ſuauis.

Ciuitas Massæ Lubrensis. *Anagramma*. Sane situ salubris emicas.

Pagus Frattæ maioris. *Anagramma*. Seris tua fraga optima.

SACRÆ FAMILIÆ.

 CDLXXXVI.

FAmilia Eremitarum S. Augustini. *Anagramma*. Vnica, Summa nitet, vera Magistri filia.

Venerabilis Ordo Patrum Camaldulensium. *Anagramma*. Mundus labe, incola eremi, Romualdi partus.

Venerabilis Ordo Patrum Capucinorum. *Anagramma*. Nitor Minorum, ac Pauper orbe, ac Lucidus.

Venerabilis Familia de Monte Carmelitano. *Anagramma*. Claret nomine nobilis famula Dei, & Mariæ.

Venerabilis Religio Carmelitana discalceata. *Anagramma*. Vigila, norma cleri, ab Elia, & Teresiâ dilecta.

Sacer Ordo Diui Benedicti. *Anagramma*. Ecce dies orbi datur in Deo. *Mutatur* I *in* E.

Venerabilis Cartusianorum familia. *Anagr.* Mira luces Brunonis filia iure amara.

Sancta Religio Diui Francisci de Paula. *Anagramma*. Culta, pia es, ac fulgidior inediâ carnis.

Sacer Ordo Minorum Obseruantium. *Anagramma*. Auro, dono, nummis mirus orbe caret.

Venerabilis Congregatio Patrum Oratorij. *Anagramma*. O egregia, Cultu Pia, Ornata mire, orbis Nitor.

Sacer Ordo Patrum Prædicatorum. *Anagramma*. Perrara, ac perita Doctorum domus.

Familia Seruorum Beatae Virginis. *Anagramma*. Tu in orbe vigens Mariæ famularis.

Sancta Societas Iesu. *Anagramma*. Sat scitè es, ò es vnica.

Sancta Religio Patrum Teatinorum. *Anagramma*. Ista nota viget, Prima ornat Clerum.

SACRA LOCA.

 CCCCLXXXVII.

MAria ad Niues, *Anagramma*. Diua fanè mira.

Imago Sanctae Mariae Maioris. *Anagramma* O Regina amica Romæ sat micas. *Mutatur* I. *in* C.

Sancta Mater Dei de Laureto. *Anagramma*. Es Domina terrae, ac turela. *Demitur* D.

Beata Virgo Mater è Constantinopoli. *Anagramma*. Ab atro erit cõtagio tuens Neapolim.

Beata Virgo Maria mater Iesu de Constantinopoli: *Anagramma*. O ignis abi procul è mõte; ò terrâ maneas: Diua ait. *Demitur* T.

Sancta Maria Virgo de Monte Carmelo. *Anagramma*. Omni loco terræ Diua regnat, ac summa. *Additur* V.

Mater Maria de Ara-Cæli. *Anagramma*. Arca Dei, Romæ latè mira.

Beatus Pater Dominicus Suriani. *Anagramma*. Tu vasti orbis medicina superna.

ACADEMIÆ.

 CCCCLXXXVIII.

ANimosorum Academia Cremonensis. *Anagramma*. Es varia commemorans, nimia docens.

Collegium Neapolitanum Societatis Iesu. *Anagramma*. Vti Sol illuces ingenio, ac summa pietate. *Demitur* O.

Collegium Romanum Societatis Iesu. *Anagramma*. Sum veteri colle Aonio scitum magis.

Cruscæ Academia Florentina. *Anagramma*. En in Tuscia fama, decore clara.

Fantasticorum Academia. *Anagramma*. Facundia Romæ iat micat.

Humoristarum Academia. *Anagramma*. Romæ eruditâ musâ micat. *Mutatur* H *in* T.

Incognitorum Academia. *Anagramma*. Docta, ingeniorum amica. *Aliud*. Micat vnica Homero digna. *Additur* H

Innominatorum Academia Parmensis. *Anagramma*. Nota, radians, ac omnium prima emines.

Insensatorum Academia Perusina. *Anagramma*. Tu vera Sapiens miranda Camoenis.

Intrepidorum Academia Ferrariensis. *Anagramma*. Das omnia mira: dura conaris perficere.

Intronatorum Academia. *Anagramma*. Docta, mira, nota Minerua.

Nocturnorum Academia Bononiensis. *Anagramma*. Mira adest, vnica, nomine non obscura. *Mutatur* O *in* A.

Ociosorum Academia Neapolitana. *Anagramma*. O aula Aonia, optima decore micans. *Aliud*. Operosa, nimia, ac alta munia doceo. *Item aliud*. Vna à Delio amata, componis heroica. *Additur* H.

Philarmonicorum Academia Veronensis. *Anagramma*. Es honore prima, canora, nimium es lucida.

Recuperatorũ Academia Patauina. *Anagram.* Aurea, acuta, apprimè docta Minerua.

MALEDICI.



CEnsores, Calumniatores, ac Detractores viri. *Anagr.* Canes aeri liuore cunctas artes ore mordens.

Omnes viri detractores, & calumniatores operum. *Anagr.* Lenti & impuri, vt Cacodæmones errorum satores.

Omnes Lectores viri maledici. *Anagramma.* Dementes, scioli, liuore macri.

Derisores & calumniatores Operum. *Anagr.* Omnes vecordes, mali, re sat proterui.

Omnes Lectores detractores, & Cauillatores viri. *Anagr.* Certè satis scelerati, ac vermes illoto rodunt ore.

Omnes viri calumniatores librorum. *Anagr.* Orbe morosi, vatij, nullam rem sciunt.

Omnis nasutus, & inuidus. *Anagr.* Vti sus & asinus in Mundo.

SVMMI PONTIFICES.



LEO Decimus, olim Ioannes Medices, Pontifex Maximus. *Anagramma.* Plane eximius, emicans sui. Omnes Doctos summè dilexi. *Mutatur O in S.*

Pius Quintus, Gislerius, Alexandrinus, Pontifex Maximus. *Anagr.* Insignis, insons, atque supernus fulsi lux Prædicatorum. *Mutatur X in S*

Gregorius Decimus-tertius Pontifex Maximus. *Anagr.* Fui vt Simon, duxi Gregem satis Tempus correxi.

Sixtus Quintus Perettus, ab Ordine Minorum assumptus. *Anagr.* Summus Dux, Paterque Vibis, sat sciens, fontium Punitor. *Demitur T.*

De eodem. *Anagr.* Perettus. Vt Petrus. *Mutatur E. in V.*

Clemens Octauus Aldobrandinus Pontifex Maximus. *Anagr.* Fuit Dux & pax Orbis, ac sol emicans norum dans lumen.

Paulus Quintus Burghesius Pontifex Maximus. *Anagr.* Tu purus, Insons, Fœlix, Magnusque: caput Vrbis. *Demitur H.*

De eodem. Camillus Burghesius. *Anagr.* Hic salus, lumen Vrbis. *Mutatur G in N.*

De eodem. Burghesius. *Anagr.* Herus Vrbis. *Mutatur G in R.*

Gregorius Decimusquintus Ludouisius Pontifex Maximus. *Anagr.* Incolumis fuit Grex, quando Ego scitus eum duxi.

De eodem. Alexander Ludouisius. *Anagr.* Dux seruans ouilia Dei. *Mutatur L in I.*

Vrbanus Octauus Barberinus Pontifex. *Anagramma.* Tu bene vnus, Pax, ac Fortuna Vrbis, Orbis.

Vrbanus Octauus Barberinus Pontifex Maximus. *Anagr.* Tu Beatus, Fons boni, Pax Vrbis vnica, Rex Musarum.

Vrbanus Octauus. *Anagr.* Nos sub tuâ curâ. *Demitur V.*

Vrbanus Octauus Barberinus Pontifex. *Anagramma.* Apibus ferax, bonus, notus in Vrbe curar.

De eodem. Maphaeus Barberinus. *Anagr.* Habes supernum iubar. *Mutatur A. in V.*

Aliud. Maphaeus Barberinus. Mea Vrbs, & Vrbis Phana. *Additur T.*

Aliud. Apis Huberans Vrbem. *Aliud.* Habes pia munera Vrbis. *Additur.* I. *Aliud.* Suprema Vrbis Habena. *Aliud.* Vrbanus Habes Primas. *Mutatur E in S.*

CARDINALES.



COllegium Cardinalium Eminentissimorum. *Anagr.* Cœlo Cleri Luminare Magnum nitidissimum.

Cæsar Baronius. *Anagr.* Dans iubar Scre. C. *Mutatur in D.*

Petrus Paulus Crescentius. *Anagr.* Purpuratus celsus & sciens. *Additur.* S.

Iulius Cardinalis Roma. *Anagr.* Lilium viridans, ac rosa.

Franciscus Cardinalis Boncompagnus Archiepiscopus Neapolitanus. *Anagr.* Hic planè clara pompa dignus coruscat, fons vnus boni, ac pacis Sirenis.

Alphonsus Eminentissimus Cardinalis de la Cueua. *Anagr.* Es valdè micans. Vnus das lumina Clero, & Hispanijs.

Antonius Barberinus Cardinalis Sancti Honuphrij ex Ordine Capucinorum assumptus. *Anagr.* Diu maneas, coruscans Lux, ac nitens Honos Vrbis, Vrbani Octaui Mundi Principis Frater.

Bernardinus Eminentissimus Cardinalis Spada. *Anagr.* Ter mirandus, Radians, nil nisi pacem das ensibus.

Federicus Cardinalis Cornelius. *anagr.* Viridans ac florens Cleri decus. *Demitur.* I.

Iulius Cardinalis Sacchettus. *Anagr.* Hic clarus, est sidus Vaticani. *Demitur L.*

Ioannes Baptista Cardinalis Pamphilius. *Anagr.* Hic nimis bonus; est par Palladi Sapientiâ. *Mutatur A in E.*

Ioannes Franciscus ex Comitibus Guidijs de Balneo. *Anagr.* O Eximie, ô fat bone, facis, iungis Cardinalibus decus N. *Mutatur in A.*

Aegi-

Aegidius Carillius Albornottius. *Anagr.* Tu nitidus sol, laus, ac gloria Iberi.

Antonius Cardinalis Sanctacrucius. *Anagr.* Doctuiná nunc es laus sacri Vaticani. *Mutatur S. in G.*

Eminentissimus Ioannes Baptista Cardinalis Pallottus. *Anagr.* Estsatis mirandus, sanè illuminat, sat nobilitat Picenos. *Mutatur P. in T.*

Franciscus Maria Eminentissimus Cardinalis Brancatius. *Anagr.* Clarificans Musas, ac dans Sireni micans iubar, mirus nitet.

Marcus Antonius Franciottus. *Anagr.* Insons arca ac fons virtutum. *Demitur T.*

Mauritius de Sabaudia *Anagr.* Dat auri subsidia Musae. *Additur S.*

Mauritius Sabaudia. *Anagr.* Austriam adiuuabis.

Carolus Cardinalis Mediceus. *Anagr.* Ode, cus Arni, laus Cleri micas. *Demitur D.*

Franciscus Eminentissimus Cardinalis Barberinus. *Anagr.* Sciens, mirabilis, micans, Nunc fers Vrbi Saturni dies. *Mutatur A in I.*

Petrus Maria Cardinalis Burghesius. *Anagr.* Hic sanè Musas perrarus diligit vber. *Mutatur A in E.*

Alexander Cardinalis Cæsarinus. *Anagr.* Rara sanè lux radians in Ecclesia. *Demitur D.*

Eminentissimus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Antonius Barberinus. *Anagr.* Alter Mecoenas nunc iure nominaris; nam sat vber in dies alis, ac beas scientias.

Anagr. Noli, amabo, cernere mea, nisi amabiliter cernens: adsis, & annuas cunctis ansis.

Anagr. Tu merens summa. Lenis ne reijcias dicata; etsi non bona, nec rara, ac sine salibus.

Anagr. Ornans es Meltam; Nitens sacra Diui Ioannis alba Cruce, & in Vrbe sanè micas.

Anagr. Nitens es nomine, nec non celebraris laus, & sidus Vaticani. Amaris, ac Amaberis.

Anagr. In mente tuâ, in labijs sciens Mineruæ; in corde bona Astraea. Es clarus, es micans.

Anagr. Vbi es, & vbi non es, Micans es. Micans es in aula. In Terrâ sat clares animi candore.

Anagr. Saecla ista ornas, & venientia clara ornabis. Merens micabis nemini secundus.

Anagr. Bonas literas vnicè amans, vnicè recreas, mirabilis ante omnes, ac sanè nitidus.

Anagr. Amicè, ac liberaliter subueniens, sat micans non desinis instaurare Camoenas.

Anagr. Radians in intimis Vrbani, es Lanae coccineae, es sat celsae Vrbis ornamentum.

Anagr. Bis, ter, ac centies alacer vincas Nestorem annis: maneas vir nobilis, maneas diu.

Anagr. Es, eris emicans; anteis, nec non antelbis; carè amatus, clarè in omnibus laudaris.

Anagr. Rara, melica clari Senis Maconij tuba, Musis canoris enitens es bene cantandus.

Anagramma. In Orbe cani deberes arte sciens Sulmonensis, ac Mantuani auena clarissima.

Anagr. Nos a turbulentâ, à caniceâ rabie, ac irâ Momi Clemens ne sinas vinci, sed resistes.

Anagramma. Vires nobis minimae; vena scabra, musa cantare nescia, ore silens, & nil dictans.

Anagramma. Sumens ista libenter incitans animabis ad res maiores, ac vere concinnas. Vale.

Antonius Eminentissimus Barberinus. *Anagr.* Tu vir in orbe nitens, nimis beans Musas.

Hieronymus Cardinalis Columna. *Anagramma.* Mundi honos ac Romani Cleri laus. *Y Mutatur in O.*

PRAESVLES.

 XIII.

Nicolaus Perottus Sentinas. *Anagr.* Tu sapiens, sat notus in Clero.

Pomponius Vetulus ciuitatis Ducalis Præsul. *Anagramma.* Tu diu viuas, laus, culmen, Episcopus patrij soli.

Horatius Iustinianus Ecclesiae Montaltensis Episcopus. *Anagr.* Vnicus homo sanè enites, sat pius, & sciens, patrij loci Laus.

Anagr. Sapiens es, Tu lucens honos, & spes ciuitatis Iani, ac Romuli.

Anagr. Totus es omniscius, in Sophia es velut arca scientijs plena.

Anagram. In hoc sæculo peritia penè solus, ac nimis iustus Antistes.

Anagr. Vitia punis, nam vitio cares. Hostis sontes pellis, ac vinces.

Anagram. Clementia nites, cunctis Sophis opitularis, eos sanè iuuas.

Anagram. Vos Piceni lætamini: Hic insons vir est salus, & vos pascet.

Anagram. I, ô Vir satis micans, nihil lentus eas, I, pasce oues: te poscunt.

Anagram. Sis incolumis, Heros, ac sospes, vt in te scientia planè viuat.

Anagram. In Aula enitens, es custos ouilis Christi, pace tutans inopes.

Anagram. Tu sat celsus & clarus: mihi inops, insipiens, & otiosa vena.

Anagram. Nos totus lenis humanè suscipiens, iustè altiora accipies.

Frater Nicolaus Rodulphus Magister. *Anagram.* Hic rarus Sol Prædicatorum fulget. *T mutatur in C.*

Magister Ioannes Baptista Berardicellus. *Anagr.*

Anagramma. Pater regis ae beas Minores. Tibi nitida laus. *Mutatur* L *in* I.

Frater Ioannes Baptista Roncha Placentinus Ordinis Minimorum. *Anagramma*. En primus Instituto Francisci à Paula dans honorem in omni terra. B *mutatur in* V.

Mutius Vitellescus Romanus. *Anagramma*. Laus, Lumen, Custos Iesuitarum. *Additur* A.

Vincentius Costaguta. *Anagramma*. Tu sat acutus ingenio. *Demitur* C.

Iacobus Franciscus Aribertus Cremonensis. *Anagramma*. Micans es in orbe, coruscans iubar fers tuis. *Demitur* C.

Clemens Merlinus Rotae Auditor. *Anagr*. Tu es nitor Cleri, das lumen Romae.

Hieronymus Verospius. *Anagr*. Vere primus Iuris honos. *Mutatur* Y. *in* I. & *additur* R.

Ioannes Iacobus Pancirolus. *Anagramma*. Lanis puniceis ornabo comas. *Mutatur* V *in* M.

Iacobus Columna Vtriusque Signaturae Referendarius. *Anag*. Veste rubeâ omninò clarus fiet, quia verè dignus ac rarus. *Additur* E.

Petrus Otthobonus vtriusque Signaturae Referendarius. *Anagr*. Tu probus, atque dignus rara virtute fers Venetis honores.

Franciscus Albergottus. *Anagr*. Fiet clarus toga rubens. *Mutatur* C *in* E.

Dominus Iosephus Genuinus Canonicus. *Anagr*. Pius, iucundus, consanguineus honos mei *Additur* V.

Ioannes Baptista Schiuellus. *Anagr*. Ah sapiens lucens vt sol, abijt.

HEROES.

XIII.

Ferdinandus Tertius Ernestus Austriacus. *Anagramma*. Tu faustus reducens in terras Saturni dies.

Ludouicus Borbonus Decimus-tertius Christianissimus. *Anagr*. Doctus, Cautus Heros, moribus dulcis, nimis viribus nites.

Ludouicus de Borbon Decimus-tertius Galliæ Rex Christianissimus. *Anagr*. Hic virtutibus suis decorus, Regum nobile decus; similis Alexandro.

Ludouicus Decimus-tertius Christianissimus. *Anagr* Hic nitidus, clarus, diues, mitus, iustus & comis

Philippus de Austria Hispanorum Catholicus Rex Secundus. *Anagr*. Ah perijt hic peritus; clarus honos, plausus, decus, pax mundi.

Philippus Austria Hispanorum Catholicus Rex Tertius. *Anagr*. Ah lux, ah mirus nitor huius fceli, raptus à Parcis appetit.

Philippus Quartus ex Austria Catholicus. *Anagr*. Hic altus, hic rarus tuta, pax, quies Populis.

Carolus de Austria. *Anagr*. Volucer is ad astra.

Carolus Emmanuelius Dux de Sabaudia. *Anagramma*. Mauors valdè audax, lucidus eminebas.

Ferdinandus à Medicis Secundus Dux Etruriae Magnus. *Anagr*. Armis defendens iura, Rex Mundi dicendus, ac Augustus.

Ferdinandus à Medicis Secundus. *Anagr*. Sine fine decus adducis ad Arnum. *Mutatur* S. *in* A.

Odoardus Farnesius, Dux Parmae, & Placentiae. *Anagr*. Famâ perennas; verax decus addis Paulo Tertio.

Horatius Abanus. *Anagr*. Nota laus Vrbinas. *Mutatur* H. *in* N.

Petrus Gironus Ossunensium Dux. *Anagr*. Genuinus Dominus, iustus Prorex. *Mutatur* S. *in* I.

Gaspar de Gusmano Oliuarensium Comes. *Anagr*. Magno, Summo Regi Hispano es valde carus. *Additur* H.

Ioannes Georgius Aldobrandinus. *Anagr*. O sanè dignus Regno in orbis aulâ. *Demitur* D.

Ioannes Georgius Aldobrandinus Rossanensium Princeps. *Anagr*. Radians, ingenuus insons obiens, Polorum pergis ad arces.

Marcus Antonius Burghesius. *Anagr*. Magnus, inuictus He[illegible] Vr[illegible]s. *Mutatur* A. *in* I.

Marcus Otthobonus Venetus. *Anagr*. Cautus Heros ob Natum notus. *Mutatur* E. *in* A.

Fabricius Genuinus Equitum de Sancto Ioanne Hierosolymitano. *Anagr*. Is laude nomineque micabat; Is vero, ac insigni notus honore fuit. *Mutatur* Y *in* I.

Thomas Genuinus Eques è Sancto Ioanne Hierosolymitano. *Anagramma*. Consanguineus Hieronymo, satisque notæ Melitae bonos.

Carolus è Maximis. *Anagr*. Micas; es lux Romae. *Mutatur* I. *in* E.

Ioannes Lucidus è Palumbarijs. *Anagr*. Nobilis, iucundus planè amaris.

HEROINÆ.

XIV.

Maria de Austria Regina. *Anagr*. Reuerentia amari digna.

Anna de Austria. *Anagr*. Tu sanè Ariadna.

Isabella Borbone Hispaniarum Regina. *Anag*. Hera magna, bona, pernobilis Iberi laus.

Victoria de Ruere. *Anagr*. Tu decor Etruriae. *Mutatur* I. *in* T.

Mar-

Margarita è Medicis, Parmae & Placentiae Dux. *Anagr.* Maxima, cara emicat, Par est pulchrae Deae Gnidi.

Domina Anna à Columna, Princeps Praenestina. *Anagr.* En pompa enitens, non nisi pulchra, cara, amanda.

Isabella Appiana Braccianensium Dux. *Anagramma.* Vt Pallas, ac Diana bene micans; pax Viri. *Mutatur* B *in* T.

Camilla de Burghesio Sulmonensium Princeps. *Anagr.* Nimis clara, summò pia, pellucens, dignus honor Vrbis. *Demitur* E.

Olympia Aldobrandina, & Burghesia Rossanensium Princeps. *Anagr.* Pulchra, benigna, bona, sapiens, eruditissima; splendor Romae.

THEOLOGI.

Sanctus Dionysius Areopagita. *Anagr.* Gratius pia noscis, & diua notas. *Mutatur* Y *in* I.

Diuus Ioannes Chrysostomus. *Anagr.* Homo vnicus satis nos erudis. *Mutatur* Y. *in* I.

Aurelius Augustinus. *Anagr.* Iustus linguâ aureus.

Sanctus Pater Hieronymus. *Anagr.* Sat Cynthium est ore superans.

Beatus Pater Hieronymus Ecclesiæ Doctor. *Anagr.* Literatorum Coryphaeus scita bene edoces.

Sanctus Thomas Aquinas Ordinis Prædicatorum. *Anagr.* Vnus homo quanta scripsit miranda, satis decora!

Thomas Vio Cardinalis Caietanus. *Anagr.* Homo diuinâ scientiâ sat clarus. *Demitur* A.

Ioannes Matthaeus Rispolus. *Anagr.* Nonus alter sapiens Thomas. *Demitur* I.

Magister Ioannes Maurus de Fratta Perusina, Ordinis Minorum Conuentualium. *Anagr.* Rarum, diuinum Platonis ingenium, Scoti mens radians faustè Romae renouatur.

diuntur, fructu carent. Ieiunat mens (e) cùm legit Narcissos Philosophicos, philautiâ tumidos, superbiâ turgidos, qui vbi perplacent sibi, Viris eruditis non placent. Sitit doctrinæ fontes in aridis Theologiæ scholasticæ campis, in quibus Hiacynthi sponte emergunt. Sunt literati hi flores, queruli tamen: quos qui inuenit, subdubitet, an legat pueri lachrymas, an minas militis. Et profectò multi hodie scriptores sunt tales; conqueruntur, minantur: mirùm, quæruntur contra æmulos, cùm compassione potiùs, quàm inuidiâ sint digni: minantur vmbris læsi à nemine, sunt enim gloriosi, quos Inuidia persequitur, nec volunt hac gloriâ carere. Periclitantur inter flores primæ tonsuræ calami, & dum seminant Rosas, spinas & scrupulos metunt.

Non è censu harum arborum fuerunt Authores (f) qui sunt Ecclesiæ Atlantes & humeris Olympum sustinent. Non spectat ad illas D.Thomas: est enim quidam Humanus Angelus, aut Homo Angelicus: in cuius libris folia ornata floribus, & fructibus onerata reperio. Arbos est Christus, asserente Bernardo, Arbos & S. Benedictus inferò: Ergo D. Thomas est Arbos. De Christo Institutor Mellifluus. *Fortassis & ipse Dominus arbos est, & debemus ab eo quoque ramos accipere, quos nostris pedibus apponamus. Imo non fortasse, sed magis verè arbos est ipse, & planta cœlestis, sed in terris plantata: sicut scriptum est. Veritas de terra orta, est, & Iustitia de cælo prospexit.* Dixerat de S. Benedicto: *Arbor fuit Beatus Benedictus, grandis atque fructifera, tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.* Er hinc Ego. Thomas fuit Christo similis, fuit à Deo benedictus: ergo fuit arbos, & quia est Humanus quidam Angelus, & quidam Homo Angelicus, Planta cælestis fuit, sed in terris plantata. In huius Plantæ cultu coincidit & Cœlum & Terra. Legis, & nihil falsum in doctrinâ Angelici Doctoris reperis? Non miror. Ipse est terra Virginea, & veritas de hac terrâ nascitur. Nihil inuitum reperis? Non miror. Ipse est cœlum purissimum, & prospicit Iustitia è Cœlo. Sanè si Arcis Æthereæ firmamentum est hortus, constellationes areolæ, rosæ sydera, & stellæ erunt flores: & si hortus orbis literarij est Olympus, Angelicus gloriosa hæc malus tot Soles habebit quot literas, tot Lunas quot lineas tot constellationes quot folia.

Fuit curæ hæc Arbos aurea (nimirum D.Thomæ doctrina) Colonis doctissimis & expertissimis: auxerunt alij folia non fructum: plerumque enim in breui Angelici Doctoris textu, quantum in Commentarijs Illustrium Theologorum reperio. At Tu, ingeniose Carole, contrariam viam ingressus, folia diminuis, vt vel succrescat fructus, vel saltem quintæ essentiæ sit similis, ad breuius spatium redactus. (g)

Vegetatiuum porro populum Doctor Mellifluus in classes & series distribuit: inquit enim (h) *sunt (Arbores) quæ fructum non faciunt: sunt, quæ faciunt, sed non suum: sunt quæ faciunt suum, sed non in tempore suo.* Retineo verbamente, & ad illa periodos sequentes elimo. Sunt inquam Libri steriles, expertes fructus; qui multis folijs præpediti, grauant Lectorem, non instituunt. Sunt qui fructibus alienis exornantur, vt Vlmus, quam vitis racemis onusta coronat. Sunt qui fructum edunt suum, sed non tempore suo: multi enim Marones, frustra, & quidem frustra post tempora Mecœnatis nati. Et tandem S.Thomas arbor est nobilissima, quoniam fructum suum dedit in tempore suo. Et quando, obsecro, tempore suo? Respondebit,

s. thoMas D. angeLICVs
correspondebit etiam
CaroLVs De thoMasIo

tunc enim S. Thomas vberrimos fructus producet, cùm fuerit Commentatorem nactus, qui paucis folijs eius doctrinam, quanta est, mirabili compendio dilucidet: idque hoc anno currente, nam sedente ALEXANDRO sublimes Facultates & scientiæ dant fructum in tempore suo.

Tibi igitur congratulor Doctor Angelice, quod Arbos Tua, à tam doctâ manu sit culta: & Tibi Carole, quod ALEXANDRI scribas tempore, hoc est, sæculo aureo, æuo felici beatâ ætate: quando querimonia illa vetus, *sint Mecænates, non deerunt Flacce Marones*, cessat omninò; nam ALEXANDER est omnium scientiarum Promotor, & omnium Doctorum Mecœnas. Fœlix est tanto Interprete Thomas: felix fauore tanti Mecœnatis Interpres: & Ego fœlix, quod debuerim Thomam, Interpretem, & Mecœnatem celebrare. Breuitatem vberrimam, & tempus & occasio requirit. Ergo, vt æmulus Tui, multa paucis comprehendam, scribo hunc Panegyrim, quam multis folijs nemo exscribat. (i)

ΣΤ ΚΤΕΡ, ΝΟΥΣ ΑΙΣ, ΝΑΤΣ ΣΕΙΡ, ΛΑΣ, ΡΥΡ, ΦΛΟΣ ΓΕΛΑ ΦΩΣ, ΔΡΥΣ.

Et quidem olim miraculum fuit in nuce Homerus, & hodie miraculum est Thomas in folio: miracula illustrentur miraculis, hoc est, myriadum Heroicarum myriade ad vnicam lineam redactâ. Hoc ergo numeroso carmine Angelicum Doctorem celebro, quem diluculas. Hoc Te, qui illum illustras. Hoc ALEXANDRVM

VII.

VII. cuius patrocinio & fauore respirant hodie literæ, & moribundæ Athenæ ad vitam & gloriam reuocantur. Thomæ Anima in Empyreo, & doctrina in literario cœlo gaudent æternitate; cæteros manet vicissitudo. Ergo ALEXANDER VII. omnium Scientiarum fautor, & Virorum sublimes Artes excolentium Mecœnas, tot annos Orbi & Vrbi viuat, quot vel illi dotes & prærogatiuas Cœlum indidit, vel versus mea Monastica Panegyris complectitur. Et Tu, Carole Eximie, viue Numini, cuius gloriæ desudas: viue Thomæ, cuius Angelicam doctrinam contrahendo et minuendo propagas: Viue Christi Vicario, cui præbes occasionem, vt ALEXANDER esse pergat, et literas honorare et fouere non cesset. Sic voueo et scribo Romæ apud S. Calixtum Calendas Iunijs, anno Salutis M.DC.LVI.

N O T A.

Anno M DC LVII. edidit Quodlibeta Theologica Reuerendissimus D. Carolus de Thomasio, et præmisit præcedentis Protei dilucidationem sub hac Epigraphâ.

Caramuelis PROTEVS; *in formas* 722; 131, 200: *hoc est, in septingentos viginti & duos milliones, centum & triginta & vnum millia, & ducentas variabilis: S. Thomæ Aquinati, Doctori Angelico, Doctori Thaumaturgo dicatus; nec non ab huius libri* (Quodlibetici) *auctore* (D. Carolo de Thomasio) *expensus & dilucidatus*.

Addebatur lamina æri incisa, singulas voces figuris appotissimis exprimens, quæ continebat hunc Hametrum.

ΣΥ, ΝΟΥΣ ΒΟΥΣ, ΛΙΣ, ΛΙΓΧ: ΠΥΡ,
ΦΛΟΧ, ΦΩΣ, ΔΡΥΣ ΔΟΡΥ, ΛΑΣ,
ΣΕΙΡ.

Tu mens, bos, leo, lynx: ignisq; & flammula, lumen.
Quercus & hasta, lapis, Sol quoq; clarus eris.

Latinum Distichum Proteum Græcum exponit, cuius artificium D. Carolus his verbis metitur et edisserit.





ILLVSTRISSIMVS et Reuerendissimus D. Ioannes Caramuel, Campaniensis Episcopus, nostri æui Ingeniorum Phœnix, cùm adhuc esset puer tantâ facilitate, imò felicitate, iuga Parnassi adscendit, vt nisi forent hic hodie Romæ eius condiscipuli multi, qui viderunt, et narrant mille vnâ die ab vno Puello carmina, de quacumque materiá condi posse, omnem profectò fidem, et admirationem excederet. Incœpit adolescens illum librum, qui *Matametrica* inscribetur, et iam per annos multos auctus lucem sperat. In eo Lector tantam labyrinthorum varietatem inueniet, vt putet millenos Dædalos è Cretâ euolasse in Parnassum. Iam senex, licèt diu noctuque sublimioribus Theologiæ studijs impallescat, literas humaniores non negligit, sed quando occasio postulat, latices Castalios delibat. Arborem illam meam, folijs, fructu pauperrimam, vberrimamque, quam nuper magno ALEXANDRI VII. nomini consecraui, aureis suis literis splendidissimè exornauit, quas inter veluti fulgentissimus Vnio, aut potrius ΕΧΝΚΑΝΤΑΛΙΘΣ, *sexaginta*, aut etiam *mille trahens varios aduerso Sole colores*, Carmen supradictum enituit. Et verè illud multis nominibus Protei nomen illustre promeretur, seù enim legatur vt iacet, seu in formas millenas conuertatur, stat, totumque in *D. Thomæ* laudes, et encomia diffunditur, illasque, et hæc in libri Autoris præsidium, et in Mœcenatis laudem proportione ingeniosâ deriuat. Eius verba repono, vt *Thomæ*, et *Alexandri VII.* communem admiremini imaginem; in dictâ enim Epistolâ sic inquit.

Multa paucis expressi; nec dixisse semel satis est, iuua vsque morari, *vt altius exponam, quæ dixi*, M*iraculosum* A*nimal Reuelationum suarum primo admirabatur* E*zechiel: Concurrebant in illud*, Homo, Bos, Leo, Aquila; *à quo Tu* Thoma, *Theologorum institutor Angelici, non multum differre videris*. *Confluunt* ΝΟΥΣ, ΒΟΥΣ, ΛΙΣ, ΛΥΓΧ. Mens, Bos, Leo, Lynx, *vt tuum genium, & ingenium componant. Seu asserta tua robores, seu hostium positiones enerues*. Mens *es pura &* Angelica; *nihil enim in tuo labio, vel calamo præter ingenij eximij flauissas opulentas inuenio*. Bos, *animi diuinis manibus commissi symbolum, inter aram, & vomerem te exprimit ad vtrumque paratum; quoniam inter vitam passiuam, & actiuam positus, pro* Deo *multa perpessus; imò multa operatus, et nobis vniuersis exemplo. Scripsisti* Theologica, *vt* Lynx, *vt* Leo: *vt* Lynx, *quia distinctè sublimia; vt* Leo, *quia tam neruosè, & generosè singula, vt spiritus tuus rugitui similis, terreat, imò terat Hæreticos*. *Contemplabatur diuinam Sapientiam Propheta, & in ecstasim raptus venerabunda lingua confirmabat hos versus*; Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Iuraui, & statui custodire iudicia Iustitiæ tuæ. *Et tu Carole, quia*

sapientia Angelica Diuina est ectypus, conuertis ad D. Thomam oculos, & ais: [Verbum tuum (Institutor Angelice) mihi est ΠΥΡ, est ΦΛΟΞ, est ΦΩΣ est ignis comburens, & illuminans, quoniam in sancta Inquisitionis Consistorio, cui præsides, ignorantes instruis, & illuminas, Hæreticosque pertinaces, qui doceri, & illuminari non patiuntur, comburis. Iuraui ergo, & statui, tueri dogmata Doctrinæ tuæ. Alij rationes quærant, ut sibi tuas positiones persuadeant; mihi enim singulas Christus Dominus suasit, cum dixit, Bene scripsisti de me Thoma: *Ergo in quocumque opinionum diuortio, ut sciam utram debeam amplecti, erit ingenij mei phaselo periclitanti pharus, illa vox Philosophica,* ΑΥΤΟΣ ΕΦΑ. *Thomas hoc dixit.] Et quibus armis, quæso,* Thomã *propugnabit Thomasius? Dabit illa excellentissima* GHISIÆ *Gentis stemma, ipsaque voces ultimæ nostra panagyris exponent. Erant illa,* ΔΡΥΡ, ΔΟΡΥ, ΛΑΣ, ΣΕΙΡ. Quercus, Mons, Lapis. Stella: *Ecce Alexander, arbos est scientiarum floribus, & fructibus virtutum plena. Ecce eadem Arbos, est* ΔΡΙΣ, ΚΑΙ ΔΟΡΥ Quercus, & Iaculum: *Quercus, ut umbra fidos protegat: Iaculum, ut prosternat infidos, iussa calitùs* Parcere subiectis et debellare superbos. *Ecce iterũ eadem Arbos est.* ΛΑΣ ΚΑΙ ΣΕΙΡ, Mons, et Stella *quoniam (ΛΑΣ) Lapis Senis excisus se multiplicat: ut viros doctos possit contra Inuidiæ Hydram, potentia numerosa protegere, quoniam* ΣΕΙΡ *mundi oculos, & astrorum antistes, Stella videlicet, nostri verticis unica, quam* Solem *dicimus, excultas proprio marte literas, ad astra exaltat, & sui fauoris maiestate propugnat.*

Omnia pulchra, et magna, sed veniamus ad pulcherrima, et maxima, ad mirabilissima: nempe combinationes, de quibus Sapientissimus Caramuel, hanc solam marginalem nutulam ibidem struxit.

Vox ΔΟΡΥ *loco impars esse non vult, cætera liberè transmutantur. Si illa secundo ponatur, dabit 39 916.800. carmina* Spondaica *conuersio: Si quarto, sexto, aut octauo, totidem etiam Spondaica: si decimo totidem dabit communia. si duodecimo, totidem Dactylica.* Ergo, *si datum numerum 39.916.800. in 6. ducere placeat, hanc lineam complecti 239.500.800. hoc est ducentos, & triginta nouem milliones, quingenta millia, & octingenta carmina reperietis. Si addatur una aut altera vox Pyrrhichia, ut* ΘΥΡΑ, ianua, ΓΕΛΑ, splendos, ΓΑΛΑ lac, ΛΥΡΑ lyra, etc. *transire poterit in Pentametrum hic versus & iterum per myriades myriadum multiplicari.*

Doctissimè certè, et dilucidè, sed multi ex sapientioribus combinatoriæ Arithmeticæ leges minimè callentes, rem non capiunt, et solùm Scriptoris authoritati, similibusque exemplis fidem habent: est enim tritum illud P. Bernardi Bauchusij è Societate Iesu Beatissimæ Virgini dicatum.

Tot tibi sunt dotes, Virgo, quot sydera cælo.

Quot verti dicitur 1022. quot in cœlo sunt astra ab Astronomis enumerata; et doctissimus Hippolytus Marraccius, vir vere Marianita, et meus satis dulcis in Maria amicus, in suâ Bibliothecâ Marianâ ait, in hunc versum theoremata scripsisse Erycium Puteanum, versumque in formas 1022. explicatè vertisse, et edidisse Antuerpiæ typis Plantinianis in quarto, anno 1617. In Metametricâ suâ Caramuel hunc eundem versum landat, illoque vtitur vt Proteos, et Vertumnos exponat: nihilominùs notat tria, quæ non debent contemni. Conuertit mentis aciem ad numerum, ad metrum, et ad sensum. *Demonstrat primò*, non omnes huius Carminis metamorphoses contineri illo numero 1022. quem calamus Puteani expressit: nam reperiuntur multò plures, quas vel ille non vidit, vel fortè omisit numero stellarum contentus. *Secundò*, ait illud ipsum Hexametrum posse in varia Spondaicorum, aut etiam Pentametrorum genera ingeniose conuerti. Ideas Spondaicas subijcio.

Sydera quot Cælo, tot sunt tibi Virgo dotes.
Sydera quot Cælo, tibi sunt tot Virgo dotes.
Tot tibi sydera quot Cælo, sunt Virgo dotes.

Primam Spondæi duo, secundam tres, tertiam quatuor clandunt. Addo hanc Pentametram.

Tot sunt
Dotes, quot Cælo sydera, Virgo tibi.

Ergo, cùm istæ ideæ in formas plurimas transire possint, etiam hinc crescet earum lemmetamorphoseon multitudo. *Tertiò*, sensum respiciens, Protei formas in duas classes distribuit, et sicut laudat, et commendat alteram, alteram reijcit condemnatque. Cum istud lemma resonat.

Tot tibi Virgo, sunt dotes, quot sydera Cælo.

Eximias Deiparæ prærogatiuas admirabundus veneratur: at verò, quando vel mutus subaudit.

Sydera tot Cælo, quot Virgo sunt tibi dotes.

impatienter exclamat,

Sunt Diuæ dotes plures, quàm sydera Cælo.

Asseritque hoc suspirium ipsissimum, si mensuris communibus accenseas Dactylicam et Spondaicam, posse quater-millies conuerti; vt non solùm Marianæ dotes, sed etiam nostri aduersus eam affectus cælestium stellarum numeros superent, et excedant.

Pater etiam Ioannes Baptista Spadius, è

Prædicatorum familiâ, edidit Distichon de Francisco Barberino Cardinali S. R. E. 1900. formis variabile; et aliud de Francisco Principe Estensi 1900. formis item variabile: Et eruditissimus Leo Alatius in suis Apibus Vrbanis addidit hunc Auctorem etiam composuisse Distichon de Beatissima Virgine 2200. formis variabile: et duo Carmina Italica de Vrbano VIII. in 22836. versus commurabilia; vt pote componentia 5790. Quaternarios. Item et alia eiusmodi exempla, licèt longè satis inferiora ingenti nostrarum combinationum numero.

Anno MDCLIV. *Ferdinando* IV. Romani Imperij Regi, Augustæ electo, et Ratisbonæ coronato apud Montem Serratum applausit ingeniosa Iuuentus, quæ ibidem Philosophiæ vacabat Adgratulatio paucis verbis concepta, in varia versuum genera, et summam multitudinem transijt: hoc enim Heroicum, et Votiuum Lemma,

Quot Tibi Rex sacro versus, tot sæcula viuas.
propter duas illas indifferentes syllábas, quæ in voce *sacro* reperiuntur, transfigurationibus plurimis obnoxium est, quarum sunt incapacia, quæ halent syllabas determinatæ quantitatis.

Tandem D. Petrus Franciscus Passerinus Vir doctissimus, et ingeniosissimus, Mysticum Monostichon Placentiæ edidit *anno à ChrIsto DeI fILII è MarIa nato*, quod quia plurimis, placuit, volui hic subscribere.

I O. C A R A M V E L.
Iste omnem cuiq; ad rem, aut multis vtilis est lux.

Habet hic Proteus, vt minimum, 22,476. transformationes.

SED quia ille Græcus, cuius causâ cæteri sunt producti, se in figuras multò plures conformat, operæ pretium erit, vt existimo, earum omnium originem, et incrementa clarissimo modo elucidare. Pendet profectò computus à Combinationum numeroso miraculo; et ideo vt illum ab oculos ponam, nonnihil priùs de Combinatione, summâ tamen breuitate, præfabor. Est quidem Combinatio, *rerum plurium inter se transmutatio*: et si sic loqui liceat, *translocatio*. Et pendet à sequenti numerorum excursu, qui statui potest loco Regulæ.

Si multiplices	1	*Per I*	*Habebis*	1
	1	*Per II*		2
	2	*Per III*		6
	6	*Per IV*		24
	24	*Per V*		120
	120	*Per VI*		720
	720	*Per VII*		5,040
	5,040	*Per VIII*		40,320
	40,320	*Per IX*		362,880
	362,880	*Per X*		3,628,800
	3,628,800	*Per XI*		39,916,800
	39,916,800	*Per XII*		479,001,600
	479,001,600	*Per XIII*		6,227,020,800
	6,227,020,800	*Per XIV*		8,778,201,200
	8,778,291,200	*Per XV*		130,767,436,800

Habet Tabella præcedens tres columnas: media numeros continet, quorum quæritur multiplicatio, et combinatio: hanc exhibet tertia columna: quæ rescripta in primâ se producit, et generat, vt percipis, qui numerorum generationem fluxumque mente quietâ, et attentâ consideras. Vide P. Athanasium Kircherum. *Musurgiæ lib. 8. pag. 5.*

Porrò regulam præcedentem esse legitimam, breuiter sum demonstraturus.

Vna res (pura litera A.) non subest Combinationum numero: non enim nisi vnico modo collocatur.

Duæ res (puta AB) possunt combinari duobus modis; nam possumus dicere AB. et BA.

Tres res combinari possunt sex modis. Et vnde id scio? ex Combinatione præcedenti. Nam, si præcedens Combinatio dedit

AB BA.

Tertia res, quæ additur (sit C.) poterit poni in principio, in medio, et in fine: ergo dabit Combinationes sex. vt conspicis.

C A B	C B A	*in princ. est C.*
A C B	B C A	*in medio est C.*
A B C	B A C	*in fine est C.*

Quatuor res combinari viginti quatuor modis possunt, nam si literis ABC addenda sit D, hæc vel poni poterit ante primam, vel inter primam, et secundam; vel inter secundam, et tertiam; vel post tertiam. Sumo calamum, et rem ita se habere euidenter ostendo.

DCAB	DCBA	*Ponitur D ante primam:*
DACB	DBCA	
DABC	DBAC	
CDAB	CDBA	*Ponitur D inter primam & secundam.*
ADCB	BDCA	
ADBC	BDAC	

CADB	CBDA	*Ponitur D. inter*
ACDB	BCDA	*secundã tertiamq;*
ABDC	BADC	
CABD	CBAD	*Ponitur D post*
ACBD	BCAD	*tertiam.*
ABCD	BACD	

Quinque ergo res stando eidem regulæ combinari poterunt 120. modis : quinta enim (sit E) quinque modis poterit præcedentibus addi (nam vel præmittetur primæ, vel addetur vltimæ, vel inter primam. et secundam ; vel secundam, et tertiam ; vel tertiam, et quartam interferetur) et 5. si ducant 25. dabunt 120. Res clara est, nec exemplo indiget : et quia cæteri numeri eodem modo exoriuntur, non est cur vel verbum de Combinatione in specie subscribam. Ergo ad Combinationes carminis præmissi veniamus.

ILLVD habet monosyllabas dictiones vndecim · ergo habebit earumdem vocum 39. 916. 800. combinationes. *Ergo, quia vox Pyrrichia locum imparem renuit, si loco statuatur*

Secundo dabit	39; 916, 800.	*Spondaicos.*
Si quarto dabit	39; 916, 800.	*Spondaicos.*
Si sexto dabit	39, 916, 800.	*Spondaicos.*
Si octauo dabit	39; 916, 800.	*Spondaicos.*
Si decimo dabit	39, 916, 800.	*Communes*
Si duodecimo	39; 916, 800.	*Dactylicos;qui*

omnes simul sunt 239, 500, 800. hoc est, *ducenti & triginta nouem milliones, quingenta millia, & octingenti.*

PROBERCO hunc eundem versum, si vna aut altera vocula Pyrrichia addatur (quales sunt ΘΥΡΑ,*ianua*; ΓΕΛΑ, *splendor*; ΓΑΛΑ *lac*, ΛΥΡΑ *lyra*, *&c.*) in Pentametrum transire posse notauerat idem Caramuel : quo autem modo hæc metamorphosis debeat fieri, breuiter explicemus.

Duæ viæ succurrunt : nam vel additur vnica vox dissyllaba, & tres auferentur monosyllabæ : vel adduntur duæ dissyllabæ, & nulla monosyllaba tollitur. Primam viam (statim enim ad secundam transibimus) eruditionis gratia ineamus.

In hoc Proreo Pentametro,

ΣΥ,ΝΟΥΣ ΒΟΥΣ ΑΙΣ, ΛΥΓΧ, ΔΡΥΣ,
ΔΟΡΥ, ΛΑΣ, ΘΥΡΑ, ΦΩΣ.

sunt octo voces monosyllabæ; at erant in Hexametro vndecim, auferendæ igitur tres sunt ab Hexametro : sed quæ? quas tu volueris: & quia ex vndecim tres excesse iubentur, emergunt multæ combinationes. Nam, si primo loco ponas vnam, manebunt 10. quarum aliqua poni poterit secundo loco, & posteà remanebunt nouem, quarum quælibet possit locum tertium sortiri. Ergo, si 1. ducatur in 10. dabit 10. & si 10. in 9. dabunt 90. Ergo tot erunt combinationes, quæ, si retineant ordinem, ex trium vocum ablatione resultant.

Vt hæc veritas eluceat euidentiùs, & clariùs, has vndecim literas in testimonium, & examen produco.

a b c d e f g h i l m.

Auferamus ab illis omnes ternarios possibiles, & inueniemus.

ab c.	*a b d.*	*a b e.*	*a b f.*	*a b g.*	*a b h.*	*a b i.*	*a b l.*	*a b m.*
a c b.	*a c d.*	*a c e.*	*a c f.*	*a c g.*	*a c h.*	*a c i.*	*a c l.*	*a c m.*
a d b.	a d c.	*a d e.*	*a d f.*	*a d g.*	*a d h.*	*a d i.*	*a d l,*	*a d m.*
a e b.	a e c.	a e d.	*a e f.*	*a e g.*	*a e h.*	*a e i.*	*a e l.*	*a e m.*
a f b.	a f c.	a f d.	a f e.	*a f g.*	*a f h.*	*a f i.*	*a f l.*	*a f m.*
a g b.	a g c.	a g d.	a g e.	a g f.	*a g h.*	*a g i.*	*a g l.*	*a g m.*
a h b.	a h c.	a h d.	a h e.	a h f.	a h g.	*a h i.*	*a h l.*	*a h m.*
a i b.	a i c.	a i d.	a i e.	a i f.	a i g.	a i h.	*a i l.*	*a i m.*
a l b.	a l c.	a l d.	a l e.	a l f.	a l g.	a l h.	a l i.	*a l m.*
amb.	amc.	amd.	ame.	amf.	amg.	amh.	ami.	am l.

Ecce, si A ponatur loco primo, decem remanent literæ, quæ possint collocari secundo; nouem, quæ tertio. At in metris nihil deordinatum esse debet. ergo si ternæ illæ literæ habere ordinem prioris, & posterioris iubeantur (& cur non iuberentur) sicut A ablata primo loco dedit 90. & iam B, aut quæcumque alia litera dabit 90. si primis loco auferatur. Ergo omnes simul dabunt 990,

Hæ sunt vocularum, quas auferemus; combinationes ; modo illas contemplemur, quæ remanent, Sunt octo : ergo ex tabulâ superius positâ habebunt formas, 40. 320. & quia voces illæ dissyllabæ possunt transponi, resultabunt 80. 640.

Et hæ eadem formæ	80, 640.
Si ducantur per 9. erunt	725, 760.
Si autem per 90. erunt	7, 257, 600.
Si vero per 900. erunt	62, 576, 000.
Et tandem per 990. erunt	79, 833, 600.

Et

Et quidem 79. 833, 600. essent transformationes, quas hoc pateretur Pentametrum, si in ternarijs omissis ordo aliquis obseruaretur. Sed, ne nimis auari. aut superstitiosi videamur, etiam omissas voces reducentes in computum, ab ordine earum supersedeamus, & quia sublato omissarum dictionum ordine combinationes 90. transeunt in 45. (ideo in tabula antecedenti alias rotundo, alias cursiuo charactere distinximus, vt præscindendo ab ordine, 90. formas in 45. transire clarissimè demonstraretur: quoniam si non habeatur ratio ordinis, *abc*, ab *acb*; & *a b d*, ab *a d b*, &c. nullo modo distinguitur) alius iniri debet computus.

Formæ enim	80, 640
Si ducantur per	45
Facto computu	403,200
Iuxta communes regulas	3,225,60
Dabunt metamorphoses	3; 628,800

Et has vt minimum retinere, et accensere Protei thesauris permittemur.

INEAMVS igitur secundam viam, flauissas multò ditiores inueniemus. Omnes igitur vndecim monosyllabas dictiones retineamus, duasque dissyllabas interserentes voce numerosiore modulemur, dicamusque.

ΣΥ ΓΑΛΑ ΝΟΥΣ, ΒΟΥΣ
ΛΙΣ, ΛΥΓΧ, ΠΥΡ, ΦΛΟΞ, ΦΩΣ. ΔΡΥΣ,
ΔΟΡΥ, ΛΑΣ, ΘΥΡΑ, ΣΕΙΡ.

Ergo, quia sunt vndecim monosyllabæ, vt anteà; 39. 916. 800. Disticha resultabunt. Et quia tres dictiones Pyrrhichiæ sex vicibus mutari poterunt, habebimus 239. 500. 800. Disticha: nempe similia præcedenti, quorum Pentametrum completum sit, incompletum Hexametrum. Sed quia incompleti versus ex Poetarum priuilegio aut licentiâ etiam veniunt in computum, hæc Disticha dabunt versus simplices 479. 001; 600. hoc est, *supra quadringentos & septuaginta nouem milliones, versus mille, & sexcentos*. qui additi Heroicorum communium, Spondaicorum, & Dactylicorum versuum numero, quem paulò antè adduximus, ad maiorem multitudinem venient. Lineas subsequentes considera. *Transfigurationes, quæ resultarunt*.

Ex Hexametro, sunt	239;500;800
Quæ ex Pentametro sunt	2;628,800
Quæ ex Disticho sunt	479;001,600
Ergo omnes simul	722;131,200

hoc est, *Septingenti, & viginti duo milliones, centum, & triginta vnum millia, & ducenta*.

ET hic nonnullæ possunt vtiles excitari Quæstiones, è multis tamen, quæ occurrunt, has pauculas dilucidabo.

I. *Quanto tempore hæc eadem carmina perlegi possent?*
II. *Quanto autem scribi?*
III. *Quot libros scripta conficerent.*
IV. *Quanta eorumdem librorum esse deberet Bibliotheca?*
V. *Quanta ad hæc omnia perficienda requirantur expensæ?*

Singulas ergo reponamus, illustremus, & ea certissimis arithmeticæ principijs resoluamus.

AD QVAESTIONEM PRIMAM,

Quanto hæc carmina tempore perlegi possent?

NE subrepat aliquis error, oportebit tempus ad mensuras certas, & determinatas reducere. Hora enim ex Astronomorum consensu minutis 60. componitur: Dies horis 24. Hebdomadas diebus 7. Annus Ægyptius constans est, et diebus 365. coalescit. Iulianus quarto quoque anno bis numerat sextum ante Calendas Martias diem, Gregorianus, sicut Iulianus per quadriennia, procedit, sed in Centenarijs nonnihil alterat, iubet enim primum secundum, et tertium bissextiles non esse; at quarto indulget diem intercalarem. Considera tabellam subsequentem.

Iuxtà Calendarium.	Ægyptium	Iulianum	Gregorianum
Annus habet dies	365	365	365
Duo anni	730	730	730
Tres anni	1,095	1,095	1,095
Quatuor anni	1,460	1,460	1,461
Centum anni	36,500	36,525	36,524
Ducenti anni	73,000	73,050	73,048
Trecenti anni	109,500	109,575	109,572
Quadrigenti anni.	146,000	146,100	146,097

Hac doctrinâ præmissâ, sine qua vacillaret resolutionis certitudo, ad rem veniamus, et his temporum mensuris lectionem horum carminum attemperemus. Poterit aliquis legere.

Vno horæ minuto	10. *Versus.*
Ergo hora integra	600. *Versus.*
Ergo 10. horis	6,000. *Versus.*

Puto diem non habere vltra decem horas quæ labori impendantur: obtunditur enim vel ferreum caput, quando vltra 10 horas studere iubetur. Ergo; quidquid de naturali aut etiam arti-

artificiali die sit, seruilis vltra horas decem non solet prudenter extendi.

Si igitur versus 722;131, 200.
Diuidantur per 6,000.
Dabunt die 120;355.
Et adhuc supererunt versus 1,200.
Qui poterunt legi 2.horis

Sed quod annos isti dies 120, 355. constituent? Dabit computus?

ANNI	DIES Stylo Ægyptio	Stylo Iuliano	Stylo Gregoriano
100	36,590	36,525	36,524
200	73,000	73,050	73,048
20	7,300	7,305	7;305
4	1,460	1,461	1,461
1	365	365	265
Summ. 329	120,085	120,167	120,164
erat dies	124,355	120,335	120,135
differentia	270	185	191

Ad legendum igitur hos omnes versus requirerentur.

Anni ægypty 329. *dies* 270. *hor.* 2.
Anni Iuliani 329. *dies* 188. *hor.* 2.
Anni Gregoriani 329. *dies* 191. *hor.* 2.

Fluit computus, omnes dies æqualis esse dignitatis supponens. Sed quid, si noster Lector festos dies à ferialibus, fastos à nefastis distinguat. Sanè in anno quocumque sunt Dominici dies 52. et præter hos, solennes etiam multi, quorum aliqui obligationem, aliqui deuotionem concernunt. Varia est apud Gentes diuersas obseruantia, et deuotio; et qui vniuersis scribimus, non poterimus generalem regulam statuere. Cæterùm si veræ similem pio vera ponere permittamur, edicemus, quartam esse anni partem, Deo et Cælestibus sacram, et debebimus annos 80. vel plures numeris præcedentibus addere.

AD QVÆSTIONEM SECVNDAM.

Quanto possint tempore omnia hæc carmina scribi?

CONSTO resolutioni præcedenti, et suppono hominem assiduo labore horarum decem satis esse grauatum, nec vlterius onerari debere: Vna hora posse 100. versus scribere hominem ingeniosum suppono: aliud enim est exscribere à charta, et aliud eruere ex potentia materiæ: vel, qui plura se posse crediderit, faciat periculum, et experietur tantas moras, et salebras, vt assentiri malit, quàm improbabilia præiudicia tueri.

Ex hac hypothesi suboritur resolutio facillima: nam si se habet tempus scribendi vt 1. ad 10. qui lectionis tempus iam scit, scriptionis tempus ignorare non poterit. Numeros sequentes considera.

Lectio impenderet dies 120,355. *hor.* 2.
Ergo scriptio dies 1,203,552 *hor.* 0.
Qui dant annos Ægypt. 3,297. *dies* 145.
Hoc est Iulianos 3,395. *dies* 52.
aut etiam Gregorianos 3,295. *dies* 75.

Quod si adhuc festi et solennes dies veniant in computum, et isti esse anni quartam partem dicamus, adhuc addere deberemus annos circiter 824. Sed quia solennium dierum numerus definiri non potuit (est enim non solum in diuersis prouincijs, sed interdum in vnâ eâdemque pro deuotione gentis varius) non est cur ablatis solennibus seu festis diebus ad computum exactum deueniamus.

AD QVÆSTIONEM TERTIAM.

Quot, & quantos libros hæc eadem carmina, si semel scribantur conficiant?

CHARTAE scapus (qui *Resma* Italicè dicitur continet) manus seu libros 20. Manus continet folia 25. Scapus 500.

Exscriptores Romani, qui in officinis (quas *Copisterias* vocamus vulgò) merent, nolunt plures, quam 25. lineas in pagina, et 100. in toto folio scribere.

Ergo versus 722;131.200.
Scribent folys charta 7,221,312.
Hoc est, scapis duplicibus 7,221. *fol.* 312.
Seu scapis simplicibus 14,142. *fol.* 312.

Si agamus de libris compingendis, aio esse intractabilia volumina nimis crassa; igitur, quia charta est bona (cur enim in malâ deberent hæ pulchræ matamorphoses scribi?) sic iubeamus compingij, vt centena folia in singulos libros distribuat, debebit compingere volumina, 72. 213.

AD QVÆSTIONEM QVARTAM.

Quantam hæc eadem Carmina, si compingantur, Bibliothecam requirant?

VARIAE sunt in Geodesiâ mensuræ; communiores, et hodie mihi necessariæ sunt, Digitus, Palmus, Pes: qui seruant proportionem quadruplam: Pes enim continet 4. Palmos, et Palmus 4. Digitos: vnde et Pes continebit

nebit 16. digitos. Vide Ioannem Alstedium, *Encyclopædiæ tom. 2. lib. 14. part. 2. cap. 12 pag. 273.*

Progredior. Centena folia bonæ Chartæ occupant binos digitos.

Ergo folia	7, 221, 313.
Duanni digitos duplices	72, 213. &c.
adeoque simplices	144, 426.
Hoc est palmos	36, 106. &c.
Aut etiam pedes	9, 026. &c.

Hos libros distribuamus per pluteos: qui si vincenos capiant, cōnunt 3. 610. et singuli (considerata videlicet crassitudine asserum quibus vel ipsi conformantur, vel illi compinguntur) habebunt 48. digitos in longitudine, hoc est 3. pedes.

Porrò, si in octo ordines à summo ad infimum dispõnas pluteos, quicumque ordinē pluteos 450, vindicabit; quam obrem, si ex vno tantum latere ponantur libri (talis fuit, vt sæpius audiui, Louanij pulchra, & celebris Erycij Puteani Bibliotheca: in qua aliud latus libris, aliud seruiebat fenestris, mensisque) esset hæc aula longa pedibus 1350. Cæterum, si ex vtroque latere libris exornari deberet, posset sic conformari, vt esset 30, lata pedibus, longa 675. habe. etque figuram pa allelogrammam, & latera breuia portis, longa pluteis ornaret.

Hæc dixerim, fenestras supra pluteos ipsos aperiendas esse supponens; nam, si istæ coordinarentur inter illos, hæc aula deberet excrescere; & quarta, aut saltem quinta parte esse longior.

AD QVESTIONEM QVINTAM.

Quanta ad hæc omnia expensa veniant?

INGREDIVNTVR in computum Charta, Scriptura, Ligatura, Plutei, & ædificium Bibliothecæ, Debemus ergo agere in specie, de singulis, & primo de charta differamus.

SVNT in varijs prouincijs chartæ communis varia pretia: & etiam, hic Romæ semper varia, viam ergo ingrediamur communem, & iuxta medium pretium, quod vocant resoluamus.

Erant scapi (seu resimæ)	14. 442.
Venditur Scapus 2. Iulijs	
Ergo omnes scapi simul	28. 884.

AMANVENSES Romani, vt scribant, singula folia singulos carlinos (seu baiocchos 7½) requirunt. Ergo pro folijs quaternis teruos iulios, Debemus ergo diuidere numerum foliorum per 4. & pro singulis quaternionibus. däre 3. Iulios.

Erant folia	7. 221. 312.
Ergo quaterniones	1. 805. 328
Ergo dandi essent Iuly	4. 415. 984.
Aut scuta Romana	541. 598. $\frac{4}{10}$

VT volumen aliquod compingatur decenter, Bibliopagus extorquet 4. Iulios.

Ergo compactura voluminum	72. 213.
Ascendet ad Iulios	288. 852.
Hoc est ad scuta Romana	28. 885. $\frac{2}{10}$

MANET aliquid, quod nondum venerat in computum? Plutei. Sed quanto pretio itabunt? Si illos emblematis exornare velimus, excessiuo: at si ex bonâ materiâ decenti labore & industriâ dedolentur, & Faber denos Iulios recipiat, venient ad pretium tolerabile. Lineas subsequentes considera.

Erant plutei	3, 610.
Stabunt ergo Iulijs	36, 100.
Ergo Scutis Romanis	3, 610.

PRo Bibliothecâ verò 675. long. 30. lat. & 30. altitudine constructa, Valerius Pogius nostri Ordinis laicus architectus expertissimus, & eruditissimus, sequentem calculum à se studiose elaboratum mihi tradidit.

Muri fundamentales (*vulgò* Stereobate) *ex lapidibus ordinarijs important scuta*	3, 011, 40
Parietes domestici, seu supra terram ex lateribus, (vulgò tauolozzi.)	4, 228.
Parietes fornices ex lapidibus ordinarijs.	1, 519. 20.
Opus arenatum (vulgò colla sub fornice.)	182-20.
Opus arenatum super parietes domesticos.	182-05.
Pauimentum nobile (ΛΙΘΟΣΤΡΩΤΟΣ.)	728-95.
Tectum ordinarium super fornicem.	1, 968.
Catena ferrea ob fornicem viginti dua.	550.
Fenestra 44. ex lapidibus (*vulgo* trauittini)	450.
Vitrea fenestra totidem.	352.
Porta dua ex lapidibus (vulgò trauettini)	160.
Valua nucea pro dictis portis.	240.
Opus albarium (vulgò imbiancatura) *compactura pluteorum octo ordinum, aliaque minuta erunt.*	400
	13.948.

Nunc

NVnc ergo singulorum expensas breuiter colligamus.

Expenderentur pro charta scuta	28, 884.
Pro scriptura, vt minimum	541, 598.
Pro compactura	28, 885.
Propluteis	3, 610.
Pro ipsamet aula ædificanda	13, 948. 20.
Ergo *omnium summa*	216, 925.

ERgo, si tot requirantur expensæ, tot sæcula, tot libri, tot loci, tot plutei, tam vasta & pretiosa Bibliotheca, vt hæc Gemma pulcherrima, vt hic nobilissimus Vnio materialem extensionem adquirat: quanti valoris erit obsecro spiritualis illa idea, quæ vno instanti, vnico in loco, vnicâ in lineâ omnes hos carminum thesauros conficit, & considerat? Respondet Plautus.

Bono ingenio me me ornatum quam auro multo mauolo.
Auro in fortuna inuenitur, natura ingenium bonum?
Bonum ergo quam beatum (id est, *fortunatum*) *me esse dici mauolo.*

Et hæc (quæ etiam ex Caramuelis Bibliothecâ, ac doctrinâ non mediocriter hausi) viris curiosis pro ingenij tanti hominis libamento; & ad *D. Thomæ* Summique Pontificis *Alexandri* VII. (quos Carmen dilucidat) gloriam scripsi.

NOTA.

DXVI.

EXCELLENTISSIMVS D.D. Dux de Ciemau, Princeps de Ecchenberg. &c. Orator Extraordinarius Ferdinandi III. Imperatoris ad Vrbanum VIII. ingressus est summa pompa & solennitate Romam die 7. Nouemb. 1638. hora 21. Hunc magnificum, introitum edidit Romæ & Cardinali Sabaudo Germaniæ Protectori dicauit ann. 1638. Anonymus quidam scriptor. Inde hæc ego.

Recenset duodecim fuisse Imperatores Austriacos: & coronam mulieris in apocalypsis habuisse Stellas duodecim, Describitur posteà omnes militum & famulorum manipulos, vestes, arma, &c. quæ omnia, quia diuitias & Ducis potentiam extollunt, expendo: volo enim vti, non auro vestium, non curruum & equorum argento, non militum armatorum calybe, sed ingeniosis eorum plumis, qui vel pinxerunt hieroglyphica, vel inscriptiones conformarunt.

Summâ igitur Cæsareus Orator pompâ & solennitate peruenit ad Ducis de Ceri palatium (ibi erat excipiendus) & legit: In medio.

I. *Perennibus æquè factis ac nominibus semper Augusta in immoto catholicæ fidei patrocinio semetipsam alte fundauit Austriaca Domus, cui quot bella tot fuere triumphi.*

II. Hinc in latere dextero.

Fœcunda Cæsarum, fœcunda Regum parens Austriaca Domus Imperium terris animos æquauit Olympo.

Inde in sinistro.

III. Innumeris auctam triumphis Solis vtraque domus Austriacam non capit domum.

Addebantur aliæ inscriptiones, quæ nec carent conceptu, nec debent omitti. Subscribo aliquas.

IV. Nunquam digniori.
V. Sua Virtus euexit.
VI. Ni adero, nulla erit.
VII. Æterna est gloria facti.
VIII. Quisque sua fata.
IX. - ◡ ◡ -*gemini compressa licentia Monstri.*

Adscriptum erat Aquilæ candidæ super volanti.

X. *Solis Iubar vnica perfert.*

Rotæ aureæ.

XI. *Semper circum acta secunde.*

Coronæ aureæ.

XII. *Virtutis debita merces.*

Quinque Rosis purpureis.

XIII. *Vrbis & Orbis amor.*

Tribus Coruis coronatis.

XIV. Sapientia redimiuit.

Anchoræ aureæ.

XV. Sacrum cuique perfugium.

Tiberi coronato arundinibus,

XVI. - ◡ ◡ - ◡ *mihi veteres redduntur honores.*

Danubio lauro coronato.

XVII. *Imperium sine fine mihi.*

Pingebatur Pomum Persicum cum vnico folio, & quia illud videtur cordi esse simile, hoc linguæ, ornabatur hoc lemmate,

XVIII. *Cordis & oris.*

Aderat & Ciconia serpentem rostro discerpens, dicensque.

XIX. ---*Hostemque, dolosque.*

HAs Inscriptiones recognosco, & quia ex primâ natus fuit Proteus sextus, quem superiùs expendimus; examinemus breuiter, An aliquid ex cæteris oriatur, quod ad ornatum Metametricæ nostræ conducat?

ANTI-PROTEVS.

DXVII.

HOc nomine insignire placet Carmina illa, quæ nullam admittunt vocum commutationem. Sanè Proteum illum,

Quot

Quot sunt bella Tibi, tot fers Gens magna triumphos.

Quem 5760 vicibus variari ostendimus, Ecchenbergij Principis introitus triumphalis exhibuit. Sed quia Inscriptiones illæ magnæ erant eruditionis plenæ, ad secundum conuerto oculos, & applaudo.

Sanè Austriaca Domus fœcundissima est & hæreditario iure multa regna connexuit, quæ posteà etiam gladio tutatur: vnde exstat illud Monostichum.

Bellagerant alij, tu fœlix Austria nube.

Ex quo deducitur alias familias igne et gladio populos subegisse, et subactos armis et violentiâ tueri: at Austriacam jure hæreditario per legitima matrimonia ad præsentem majestatem venisse, quâ.

Imperium terris, animos æquauit Olympo.

Vnicam solam formam hic versus habet. Vel dictiones altera, & te metrum corrupisse videbis. Ex tertiâ deduxi hunc Anti-Proteum.

Gentibus innumeris dominabitur aucta triumphis.

Et quidem illud *innumeris* triumphis et gentibus potest competere: sunt enim innumeri triumphi quos Gens duxit Austriaca, et innumeræ Gentes, quibus imperat et dominatur.

Inscripta septima præbet occasionem et numeros, vt hoc inuariabile Carmen pangamus.

Euehit Austriacos æterni gloria facti.

Et quidem multa sunt Austriacorum heroica et egregia facinora, ob quæ sunt famæ et nominis, nec non imperij Æternitatem consequuti: vt non immeritò illud Cæsarum Lemma[A.E.I,O V.] à curiosis exponatur, *Austria erit in orbe vltima*. At inter omnes virtutum sublimium operationes, æternam gloriam peperit illa Religiosa deuotio, vi cujus Rudolphus pauperi Sacerdoti ad rusticum ferenti Viaticum, equum concessit, à pedibus et fræno seruiuit; et præluxit omnibus, vt quantâ reuerentiâ Christus, quantâ ejus Ministri sint habendi nosçamus. Lauri, coronæ, diuitiæ, gloriæ, quibus Austriaca Gens condecoratur, hujus actionis religiosæ sunt præmium.

Est hæresis, *Monstrum immane, informe, ingens, cui lumen ademptum*: et duæ sunt, quæ Germaniam affligunt; Lutherana scilicet et Caluiniana; contra duplex monstrum Domus Austriaca pugnare debuit. At tandem fuit.

Imperio gemini compressa licentia Monstri.

Nobisque indulgeat Deus, vt sicut hoc metrum est inuariabile, sic semper inuariabilis sit Austriacæ Gentis gloria, et Hæreticorum oppressio.

Ex Inscriptione XI. deducitur hic Anti-Proteus.

Aurora Austriadum semper circum acta secundè.

Si loco vocis *Aurora* collocetur *Fortuna*, sensus carminis erit manifestior, & grandior, at illud non erit immutabile, posset enim quis dicere,

Circum acta Austriadum semper Fortuna secundè.

Et quidem Aurora quædam est Austriacæ Gentis Gloria, nam sicut illa à sole Æthereo nascitur, sic & hæc à sole Iustitiæ, qui Austriacæ Gentes Religionem & deuotionem nobilissimis splendoribus condecorauit.

Duodecima parit hoc lemma, quod etiam immutabile est.

Alma corona tuæ vir tui debita merces.

Post magnas clades Tiberis, post casus & occasus varios, gloriatur se immutabilitate donatum, & immutabili carmine exclamat,

Tandem aliquando mihi veteres reddunturhonores.

& Austriaca Domus æternitate gloriæ & potentia suffulta, respondet.

Imperium sine fine mihi dedit altus Olympus.

Habes igitur (Amice lector) Antiproteos, quos laudes imitêrisque: nam, sicut in Proteo multitudo transfigurationum commendatur, sic immutabilitas constantiaque Anti-Proteo. Et hæc de hoc argumento adduxisse sit satis.

PLACET *hunc Tractatum claudere D. Petri Francisci Passerini nomine, & ingenio: illud enim toti est Europæ notum, & hoc venerabitur sera posteritas actis æternitatis.*



D. Petri Francisci Passerini &c.

PROTEVS CHRISTIANVS.

Cryptographus, & Griphologus.

Ex Tractatione

1 Ieremian. 2 Cæsarea, 3 August. 4 Romana, 5 Trithemian. 6 Diaulica.
*1NDG,IGZT2TZDXRO3OPT, OKG4V*IIXXIXX*V*IXXXI,5I*AEKAIBEA6*I*MS*IS:
1 Ieremian. 2 Cæsarea, 3 August. 4 Romana, 5. Trithemian. 6 Diaulica.
*1DKG,ITG2TZDPTZMG3OPOGKV?4*XIIIXXIX*V*,5IBEICIGIBEA6LINTLVV.*



Lux, præ qua Sol nox, nix sit pix, lex mea nil sis:
Vox, per quam quid non sit? ni te, mens mea nil vult.



☞ DXVIII.

Viro Clarissimo Angelico Aprosio Intemeliensi, Ordinis Eremitarum S. Augustini SS. Theologiæ Professori, Acad. Incognito Geniali &c.

V. CL.



ROTEVM Proteo vt debeo, sic dedico, verè Angelicè Aprosi. Sapricius ille Saprici Oldaurus Scioppius, Masottus, & Carolus Galistoni, Scipio Glareanus, & Paragesius ipse, quos Ioan. Franc. Lauredanus,

Littoris Adriaci Siren, & nostri Tullius æui,

Tibi familiarissimos appellauit, Te tot Auctorum Auctorem, Sapientissimum Proteum demonstrant. Proteus autem meus tot protinus transit in effigies, vt, si totidem viuas, & valeas in annos,

Omnibus elapsis fias annosior annis.

Plac. Id. Ian. MDCL.

Addictis. Ser.

Petrus Franciscus Passerinus.

Multiplex in Proteo moris & oris mutabilitas explicatur.

TRIA in Proteo nostro animaduertenda sunt: Literarum Criptographia, syllarum Prosodia, & Verborum Griphologia; quæ omnia tam multiplicem pariut obscuritatem, vt quemadmodum nil mutabilius, ita nil Proteo inexplicabilius videatur.

PROTEI
Cryptographia explicatur.

CRYPTOGRAPHIAE quam Latinè occultam scriptionem appellamus, modos omnes ad tria quasi summa omnium genera reduxit Hugo, *de prima scribendi origine cap.* 16. nimirùm 1. ad Literas, planè fallentes aspectum. 2. ad Literas aliarum Literarum loco positas. 3. ad Notas de quibus omnibus fusè, ac eruditè agit Io. Baptista Porta Neapolit. *De furtiuis Notis*, & selectissimè Puteanus *Epist. ad Plounierium. De Cryptographia*. Protei nostri clandestina scriptio ad secundum omninò Cryptographiæ genus referri debet, cùm Literarum characteres nec inuisibiles sint, nec per notas; sed per transpositionem scripti: quam scribendi formam Varro *lib.* IV. *Etymolog.* TRACTATIONEM vocat; non ARCTATIONEM, vt malè quidam legunt, quod diligenter adnotauit Turnebus *lib. 24. Aduer. c. 29.* Cùm autem Tractationis, seu per literarum Transpositionem, Translationem, Transportationem, ac Metathesim scriptionis species fere infinitæ sint, adeò vt Trithemius *Polygraphiæ suæ lib.* 5. ex vno Latinarum Literarum Alphabeto paulo minùs, quàm quatuordecim millia per Literarum metathesim effici posse demonstret, eas Tractationis formas, quibus in Proteo vsi sumus, singillatim indicauimus, ne Delio, vt aiunt, Nato-

tatore ad rem diuinandam opus esse conclamaretur, quas breuiter hic singulas exponemus.

Ieremiana Tractatio quid sit docet Hieron. *Commentar. in cap.* 25. *Ieremiæ*, qui apud Hæbræos literas ita transponi solitas affirmat, vt prima loco vltimæ, secunda loco penultimæ, atque ita deinceps ponerentur, videlicet Aleph pro Tau, Beth pro Schin, &c. Sic ab Ieremia scriptum fuisse censet *Sesach* pro *Babel*, ne Rex in captiuos Israëlitas irritaretur. Si ergo eadem Literarum transpositio in nostro fiat Alphabeto N, erit loco L, D loco V, & C loco X, vndè NDC erit LVX. præterea I erit loco P, G loco R, Z loco A, & T loco E: vndè I GZT ex tractatione Ieremiana erit PRÆ.

Cæsarea tractatio ex Dione *lib.* 39. est, cùm primarum Literarum loco quarta quæque succedens scribitur, exempli causâ, D pro A, E pro B, F pro C, &c. quâ scribendi ratione vsum C. Cæsarem testantur Suetonius, Gellius, & Probus Grammat. qui de occultâ Literarum significatione à C. Cesare scriptarum Commentarium perfecispsit. quare ex Cæsarea tractatione T. erit Q, Z erit V, D erit A, & TZD erit QVA. præterea X erit S, R erit O, O erit L, & XRO erit SOL.

Augusta tractatio, quâ Augustus Imperator vtebatur, fit, si pro vnaquaque litera succedentem ponamus, hoc est, pro A ponatur B, C pro B, D pro C, &c. pro X. autem duplex AA. ita Sueton. *in August. c.* 88. Vndè nobis O erit N, P erit O, Y erit X, & OPY erit NOX. præterea O erit N. K erit I, Y erit X, & OKY erit NIX.

Romana tractatio est, cùm Literas numerales eum numerum notantes, quem ex Alphabeti serie conficiunt, loco literarum ipsarum scribimus, i. I. pro A, II. pro B, III. pro C, IV. pro D. V. pro E, & ita deinceps, cùm enim Hebræi, inquit Bibliander, numeris vtantur loco Literarum, quod etiam Græci ipsi facere consueuerunt, cur Romani præstare id nequeant VI. ergo erit F, IX. erit I. XIX. erit T, & VI. IXXIX. erit FIT. præterea XV. erit P. IX. erit I, XXI. erit X, & XV IXXXI. erit PIX.

Trithemiana tractatio ab ipso Trithemio *in Explanatione libri 6. Polygraph.* affertur, quam ad Hebræorum & Græcorum imitationem effinxit, & à se primum inuentam testatur, tale autem est illius Alphabetum.

A valet idem, quod 1. B 2. C 3. D 4. E 5. & 6. F 7. G 8. H 9. I 10. IA II. IB 12. IC 13. ID. 14. IE. 15. I & 16. IF 17. IG 18. IH 19. K 20. L. 30. M 40. N 50. O 60. P 70. Q 80. R 90. &c. Hinc apud nos IA erit II. hoc est L, E hoc est, item E, KA erit 21. hoc est, X, & IA E KA erit LEX, præterea IB erit 12. hoc est M, E erit 5. hoc est item E, A erit 1. hoc est, item A, & IBEA erit MEA.

Diaulica tractatio fit retrogradiendo, & verba inuertendo: *Cursorum* siquidem *pars*, ait Budæus *in Pandect. ex Leg.* Athletas, *Diaulodromi dicti, cùm ad metam peruenerant, flectentes eò rursus recurrebant, vnde cursum inierant. Diaulus enim dicitur huiusmodi circumactus curriculi, i. curriculum duplum.* Verbis autem planè inuersis ad occultationem scribi solitum narrat Isidorus, certè Griphologi sic sæpè ludunt; vnde bellè dicitur.

MVTNEGRA cum MVRVA faciunt rectissima curua.

Idest *ARGENTVM, & AVRVM*, hæc duo nomina retrolegendo more diauli. Si ergo Diaulico recursu legamus duo illa postrema primi versus verbula IM, & SIS, fient MI, & SIS. Imo versus ipsi integri, singulis retrocurrentibus literis, modò eundem, modò diuersum sensum reddentes fieri solent, qui Retrogradi nuncupantur, & aliquando etiam vocum serie ipsissimi Reciproci sunt, vt ille est.

Anna tenet mappam madidam mappam tenet Anna.

Distichon ergo è Protei Cryptographia natum hoc ipsum est.

Lux præ qua Sol nox, nix sit pix, lex mea mi sis.

Vox, per quam quid non sit? ni te mens mea nil vult.

PROTEI

PROSODIA EXPLICATVR.

Ervto è multis Cryptographiæ modis Disticho, videndum restat, quoties vterque Distichi versus, seruata semper Hexametri carminis ratione, atque iisdemmet ipsis verbis non pluribus, nec paucioribus, nec immutatis, varias Protei more induere possit effigies: &, vt rem paucis expediam, vterque Protei nostri versus 39. 916. 800. modis, dactylo semper quin-

quintro in loeo pro more remanente, variari poteſt.

Quòd ſi ex ſolis Spondeis Spondaicus verſus fiat, quod, nonnunquam ab Ennio præſtitum non ignoramus, & Græcius multò frequentiùs eſt, quàm Latinis, quale eſt illud,

Ciues Romani tunc facti ſunt Campani.

dummodo monoſyllaba eliſionem non admittentia ſeſigantur, verſus ille 479. 001. 600. modis ſemper inuicem diſtinctis replicari poterit, cuiuſmodi noſtrum hoc eſt, quod Diſticho iam allato reſpondet.

Si vis me, da mi te: cor rem vult, cui-ſedate.

Quamobrem, qui alterutrum Diſtichi noſtri verſum iuxta eos omnes modos, quibus variari poteſt, exactè perſcriberet, vnicus verſus non in vnum, ſed in 2892. volumina exoreſceſceret, quorum vnumquodque omnia Virgilij opera exæquaret; qui verò reſpondentem Diſticho verſum, quoties diuersè replicari poteſt, exarare poſſet 34710. volumina ſuperioribus æqualia conficeret, quæ ſola ſatis amplam exigerent bibliothecam.

Cùm tamen eadem Protei noſtri verba non eundem ſemper ſenſum apertè ſeruent, quem ante tam multiplicem variationem habebant, alius adhuc verſus artificij gratia excogitari poteſt, cui eadem carminis forma, eadem verba, atque idem omninò ſenſus ſemper inhæreat, qualem noſtrum hunc ex puris Monoſyllabis, & Trigrammatis voculis conſtatum vides.

Lux, nox, nix, pix, mel fel, nos, vos, res, cui par nil.

quem quidem ſi Hexametrum cum dactylo in quinta ſede volueris, nomen illud *cui* dyſſillabum ibidem retinere poteris; ſin autem Spondaicum, ſtatim *cui* monoſyllabum factum, quamcunque malueris, ſedem occupabit.

Senſus autem verſus huius duplex eſſe poteſt, primò, ſi propriam vocum illarum ſignificationem intueamur, & ſenſus erit huiuſmodi, *Lux & cætera omnia ſunt quid ſimile, & par nihilo*, ex nihilo enim omnia facta ſunt, & in nihilum à Deo mox redigi poſſunt, quò etiam natura ſua vergunt, et proindè rebus omnibus creatis nihil nihilo ſimilius inuenitur, nam ſeu ſint quodammodo incorporea, vt *lux*, et *nox*, ſeu corporea, vt *nix*, et *pix*, ſeu inanima, vt *mel*, et *fel*, ſeu animata, et rationis etiam capacia, vt *nos*, et *vos*, omnia ex ſe nil ſunt, vndè *nil*, et iſta omnia *par* ſunt, Secundò, ſi vocum earundem non propriam ſignificationem; ſed characteres, eorumque numerum inſpiciamus, et ſenſus erit *Lux, & cætera voces illæ, & nil ipſum ſunt quid æquale, & par.* Cùm enim voces illæ omnes monoſyllabæ ſint, et tribus ſingulæ conſtent elementis; eæ omnes inter ſe pa es, et æquales ſunt, et vnaquæque illarum vnicuique par eſt literarum numero, ac proinde tam *lux*, quam *nox*, etc. ſunt res quædam, cui *nil* eſt æquales, quia tam *nil*, quas *res*, et reliquæ omnes verſus voces trium, vt diximus, literarum ſunt, quo modo tritum illud explicari debet ænigma, quod prima facie tantopere torquet Arithmeticos.

Ter tria ſunt ſeptem, ſeptem ſex, ſex quoque tres ſunt.

voces enim illæ *ter tria* verè ſeptem literæ ſunt et ſic de reliquis.

Quare vltimus ille noſter verſus, ſiue vocum ſignificationem, ſiue literarum numerum inſpicias, ſiue eum interrogatione, ſiue ſine illa proferas, ſiue Hexametrum Dactylicum, ſiue Spondaicum velis, quomodolibet voces omnes tranſponas, ſemper vterque ſenſus vbique conſtabit, et vera erunt omnia.

Immò, quia verſus verè non ſolùm ob multiplices verborum collocationes, & ſenſuum diuerſitates, vt vidimus; ſed etiam ob diuerſas literarum ipſarum in ſingulis iiſdemque verbis tranſpoſitiones variari poteſt, adeò vt idem quidem verſus, idem ſenſus, eadem verba, eædemque omnino eorundem verborum literæ; ſed non idem literarum ordo in verbis ipſis inde remaneat: idcirco verſus adhuc alius omnium artificioſiſſimus confici poteſt, qui non modo monoſyllabis conſtet, vt variabilior euadat, et trilitteris, vt artificior fiat; verùm etiam retrogradis, ſeu recurrentibus dictionibus vt in vna, eademque monoſyllaba, et triliterα voce literæ ipſæ quoque eædemque inter ſe mutuo mutentur, et multipliciter iterum abſque vlla, vel verſus, vel ſenſus, vel verborum ipſorum mutatione, quod ad ipſorum integrorum collocationem ſpectat, vel mixtione cùm literæ vnius verbi cum literis aliorum verborum nullo modo commutentur, vel commiſceantur, tranſponi queant, quod nos ipſi denuo in hoc verſu Hebraicis, et Latinis aliquot huiuſmodi monoſyllabis, triliteris, et retrogradis conſtante, vt ſatis difficulter ita fatis, opinor, euidenter expreſſimus.

Vau, ter tres Mem, ſex Nun Sus; Tot, Gog, cui Non Sis? in quo illæ eædem omnes, quas in ſuperioribus animaduertimus, ſenſuum, ac verborum varietates toties iterum multiplicari poterunt quoties huiuſce verſus voces monoſyllabæ, triliteræ, et retrogradæ, ſeu Diaulicæ, et retrocurrentes, quæ octo ſunt, nimirum Vaù, Mem, Nun, et Gog, Hebræa, Sus, Tot, Non, et Sis

et Sis Latina, vel seorsim singula, vel coniunctim plura, vel etiam simul omnia inuerti, et variari possunt. Quamobrem, cum versus ille superius allatus.

Lux, nex, nix, pix, mel, fel, nos, vos, res, cui par nil 479001600 modis, vt diximus, replicetur, Hebraicolatinus iste nouus ex octo retrogradis monosyllabis compositus 445471 56360 modis variabitur. Sensus autem huiusce versus meridiana luce clarior apparebit, si in primis animaduertatur ex Bellarmino *Hebraic. Instit. part.* 1. *c.* 1. Hebræorum literas numerorum notas esse, ac proinde per Vau 6, per Mem 40, & per Num 50 significari; quare si semel Vau, nouies Mem, & sexies Nun accipiantur, fiet numerus 666, qui est numerus nominis Bestiæ, vt *Apocal.* 13. habetur præterea per Gog intelligi Antichistum, seu Bestiam, sic enim Pintus 38. *Ezechielis caput* interpretatur. *Antichristus*, inquit *Appellatur Gog; populus autem, qui eum secuturus est, Magog; nam in sacris literis, & sanctorum doctorum libris Gog, & Magog Antichristum, eiusque membra designant.* Denique Antichristum à nobis Suem appellari, quod suis instar omnibus gulæ, & libidinis vitijs infamis futurus sit.

Versus ergo tandem apertissimum hunc esse sensum quis non videat? *Vau* i.6. nouem *Mem*, 1 360, & sex *Nun*, 1.300, sunt *Sus*: quis enim ignoret, ò *Gog*, te esse numerum illum, & te ex tot constare, quot sunt numeri literarum, quos iam diximus?

Et ne mirum hoc, aut etiam falsum alicui videatur, variationis huius originem, ac incrementum quàm breuissimè subdam, quæ me Mauritius de Curtis Parmensis Augustiniani Ordinis decus, & Mathematicarum Doctrinarum Eruditissimus, æque ac Acutissimus Doctor perhumaniter docuit in hæc verba.

Vt modi semper omnes, quibus quascumque propositas res inter se variari contingat, innotescant, hæc esto Regula. Numeri omnes iuxta seriem naturalem præcedentes per propositum rerum numerum inuicem multiplicentur; Vltimus verò multiplex eueniens numerus multiplicetur per propositum eundem numerum. Nam, qui inde procreabitur, multiplex numerus; propositarum rerum varietates, quæ fieri possint, indicabit.

Sint proposita res numero 4. *Inuicem multiplicentur* 3.2 *&* 1. *numeri scilicet omnes iuxta seriem naturalem numerum* 4. *præcedentes; Multiplex verò vltimus eueniens numerus* 6. *multipliciter per eundem propositum numerum* 4. *Nam, qui inde procreabitur, multiplex numerus; docebit res* 4 *subire posse* 24. *varietates.*

Porrò assignatam Regulam confirmat hic discursus. Plurium rerum in linea recta dispositarum eousque variabilis erit ordo quousque nouo Transpositionis modo poterunt eædem res inter se diuersificari. Omnis autem possibilis Transpositio oritur.

Si duæ tantùm res sint, vt A. B, ex præcessione, vt si A præcedat B. quod vnico modo esse potest, sic b. A

Si tres verò res sint, vt A. B. C, non solùm ex præcessione, A. ad B. C, quod dupliciter euenire potest sic A. b c A. c b. & ex subsequutione, A. eiusdem ad B. C, quod dupliciter esse potest sic c b A b c A. sed etiam ex mediatione, A, inter B, & C. tanquam extrema, quod dupliciter adhuc euenire potest sic b. A. c. c. A. b.

Si quatuor denique res sint, oritur possibilis Transpositio inter A. B. C. D. ex quinque capitibus.

Primò ex præcessione, A. ad alias tres literas, quod quidem sex modis euenit sic A. *b c d* A. *c d b*

A. *d b c* A. *b d c*
A. *d c b* A. *c b d*

*Secundò ex subsequutione. A. ad alias tres literas, quod sex modis euenit sic d c b.*A *d b c.*A
c d b. A *c b d.* A
b c d. A *b d c.* A

Tertiò ex interpositione, A. inter, B. tanquam vnum extremum, & inter, C, D. tanquam alterum extremum, quod quadrupliciter euenit sic b. A. *cd dc A. b*

b. A. *dc cd.* A. *b.*

Quartò ex interpositione A. inter, C. tanquam vnum extremum, & inter, B, D. tanquam alterum extremum quod quadrupliciter euenit sic c. A. *d b. b d.* A. *c*

c. A. *d b. b d.* A. *c*

Quintò ex interpositione A. inter, D. tanquam vnum extremum, & inter, B, C, tanquam alterum extremum, quod quadrupliciter euenit sic d. A. *b c c b.* A. *d*

d. A. *c b b c* A. *d.*

Igitur, si duabus literis, A, B. addita tertia litera, C. cùm duæ tantùm essent possibiles varietates, sex posteà reperiuntur variabilitatis modi: & tribus literis prædictis adiecta quarta litera, C. crescunt varietates possibiles vsque ad viginti quatuor; Certum est: Si numerus possibilium varietatum inter aliquot res multiplicabitur per numerum rerum, quæ vna re excedant priores res, procreatum iri multiplicem numerum indicatiuum varietatum omnium, quibus subiacere possunt res posteriores. Nam 6. qui indicat sex possibiles varietates Inter A, B, C, est numerus multiplex procreatus ex, 2. multiplicatis per 3.

Et 24.

Et 24. *qui ostendit varietates possibiles inter* A, B, C, D. *est numerus multiplex procreatus ex* 6. *multiplicatis per*, 4.

Quis igitur non concedat, si in vno Carmine adsint vndecim voces variabiles, illas posse transponi 399 16800 *vicibus* (*quandoquidem hic idem numerus est multiplex numerus procreatus ex facta multiplicatione* 3628800 *numeri vltimi multiplicis producti, & consequentis ad multiplicationes factas per omnes inuicem numeros precedentes* 11. *iuxta naturalem seriem, scilicet* 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. & 1. *per numerum* 11. *propositum*.

Quòd si in eadem Carmine vnica adhuc tantùm vox variabilis addatur (*mirum dictu*) *erit Carmen illud versatile tot vicibus, quot accusat hic numerus* 47900. 1600. *Hic enim numerus est praecisè procreatus ex supradicto num.* 399 16800 *multiplicato per* 12.

Sed vix credenda loquor. Si hac postremò adjicienda vox sit fortè conuertibiliter proferibilis ita, vt tam retrogradè, quam rectè pronunciata eundem reddat sonum, & sensum, quales sunt, Non, Sus, *&c. tunc quoniam huiusmodi vox erit potens inducere variationem non solùm in ordine ad alias vndecim praeexistentes voces ratione transpositionis; sed etiam in ordine ad seipsam ratione inuersionis literarum, quibus desinitur, Numerus possibilium excrescentium varietatum erit assumendus in dupla proportione, atque adeò pro numero* 439; 084, 800 *sufficiendus erit numerus* 878, 169, 600, *qui supputatus cum numero possibilium variationum iam repertarum in vndecim vocibus excrescet in numerum* 918, 086, 400.

At verò, si ex duodecim vocibus duae sint conuertibiles; numerus addendus varietatibus possibilibus inter decem voces propter duas voces ratione transpositionis possibilis, erit ratione vertibilitatis quadruplicandus. Quare pro numero 475; 372, 800. *assumendus erit numerus* 1, 901; 491, 200. *qui numeratus cum* 3, 628, 800. *numero accusante transpositiones possibiles inter decem voces ampliatur vsque ad* 1, 905; 120, 000.

Sed, quaenam amplificatio prouenirет, si tres existerent voces retrouertibiles? Hoc ausim dicere: si octo reperiantur voces praedictam inuersionem admittentes, numerum possibilium varietatum non futurum minorem 44, 547; 156, 360. *numero tam ingenti, vt vix Italia tota possit in sua superficie tot grana tritici capere, etiam si tota eius latitudo triticeis granis contegeretur.*

Neque id mirum eueniet animaduertenti pro istis octo vocibus, quas vertibiles supponimus iuxtà canonem à me traditum in mei Promptaurij Mathematici tom. 3. lib. 5. *de multiplici Arithmetica progressionis vsu, (ad quem lectorem remittò) nonaginta tribus vicibus repetendum esse hunc numerum* 479, 001, 680. & *denique adyciendum* 120.



PROTEI

GRIPHOLOGIA EXPLICATVR.

PROTEVM hunc nostrum griphologum, seu aenigmaticè loquentem diximus, quia licet Christum alloquatur (quem propterea *Christianum* quoque nuncupauimus, sicuti Bauhusius, & Puteanus Proteum illum suum ad B.V. 1022. modis variatum,

Tot tibi sunt dotes Virgo quot sidera caeli.

Parthenium appellarunt (Christum tamen symbolicè quodammodò describit, vt aenigmata loqui videatur. *Lux* ergo dicitur Christus, quia ipse dixit Ego *sum lux mundi*.

Prae qua sol fit nox nam Stellae *sunt mundae in conspectu eius*.

Vox, per quam quid non fit? etenim *Vox domini in Virtute, Vox domini in magnificentia*, Verbum illud est, per quod facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil.

Si vis me da mi te: cor rem vult, cui se dat.

Christi responsum Christiano datum iure, ac merito tam multis modis, quod ad solam earundem dictionum transpositionem attinet, variari potest, vt pluribus, meo quidem iudicio, nullus alius variari queat, quò infinitam Christi Sapientiam hic etiam admiremus.

CARAMVELIS

In Proteum praecedentem

NOTAE.

☞ DXIX.



HVCVSQVE Clarissimus & Eximius Dominus D. Petrus Franciscus Passerinus. Interim, quia aliqua nimis breuiter tangit, paulò vberiùs eadem reponere necessarium est.

S. Cry-

§. *Cryptographia*.

KΡΥΠΤΟΓΡΑΦΙΑ, Græca dictio est: à voce ΚΡΥΠΤΟΣ, quæ est *occultus*; et ΓΡΑΦΙΑ, quæ est *scriptio*, deducta: vnde ΚΡΥΠΤΟΓΡΑΦΙΑ nihil aliud est, quàm *occulta scriptura*.

An-ne illud Trithemij dictum: videlicet; *ex vno Latinarum Alphabeto paulò minus, quàm* 14, 000. *per literarum metathesim effici posse*: verum est.

Respondeo videri Trithemium, aut artem combinatoriam ignorasse, aut computum non instituisse: nam, si Abecedarij literæ dicantur esse 22 (hunc nurum admittunt Recentiores qui K Latinarum literarum censui non adscribunt) erunt metatheses seu combinationes ex Abecedarij literis resultantes,

1, 124; 000, 727, 777, 607; 680, 000.

Si admittatur litera K, quod cum multis §. *Romana*. Facit D. Passerinus, erunt literæ 23. quarum transpositiones dabunt numerum,

25, 852; 016, 738: 884, 976; 640, 000.

Et tandem, si Vv (V duplex Germanorum) recipiatur, erunt literæ 24; quot etiam sunt, quæ Græcum Alphabetum constituunt; quarum conuersiones & combinationes sunt,

620, 448; 401, 733: 239, 439; 360, 000.

Qui numeri, numerum 14, 000. quem dat Trithemius, & Oceanus totus aquæ guttam excedunt.

Vide P. Athanasium Kircherum *Musurgiæ tom. 2. libr. 7. pag. 5.* & meam Anarithmicam: nempe, inter Quæstiones secundarias illam, quæ inscribitur, *Transformationes Alphabeti*.

§. *Ieremiana*.

HOdie Iudæis in suis libris impressis, vbi contra ישו Messiam delirant, illum non nominant, sed eius nomen subintelligunt relinquendo spaciolum sic. (   ) nolunt enim irritare Christianos. Olim prudentiori consilio Ieremias, noluit nominare בבל *Babel*, sed eius loco posuit ששך, vtens Alephbetho אתבש *Athbas*, quod sequentes lineæ repræsentant.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ
ת ש ר ק צ פ ע ס נ מ ל

Cujus Cryptographici Alephbethi hic est vsus.

In literis consideranda veniunt duo, figura & valor. *Si prima igitur linea dat figuras, secunda dabit valorem & potestatem; & è contra*.

Occultum hunc scribendi modum Latini poterimus imitari, si Abecedarium simili ratione disponamus. Lineas subsequentes considera.

A B C D E F G H I L M
Z Y X V T S R Q P O N

ANA.

Omittitur litera K, cujus apud Latinos nullus est vsus. *Si prima linea det figuras, secunda dabit valorem & contrà*. Res est libera, & D. Passerinus literam K admisit, & sic suum Abecedarium disposuit.

A B C D E F G H I K L M
Z Y X V T S R Q P O N M

Et juxta hanc clauim, si scribas *Nec* legam *Lux*; si scribas *Igzt*, legam *Era*.

§. *Cæsarea*.

CAjus Cæsar hoc Abecedario vtebatur.

Figura A B C D E F G H I K L
Potestas, X Y Z *a b c d e f g h*
M N O P Q R S T V X Y Z.
i K *l m n o p q r s t u*.

Literæ capitales dant figuram, & cursiuæ minores valorem. Et ex hac claui *Tza* erit *Qua*; & *Xro* erit *Sol*.

§. *Augusta*.

OCtauianus Augustus, vt secretè scriberet, hunc Abecedarium cogitauit.

Figura. A B C D E F G H I K L
Potestas. Z *a b c d e f g h i* K
M N O P Q R S T V X Y Z.
l m n o p q r s t u x y.

Ergo *Opy* erit *Nox*, & *OKy* erit *Nix*.

§. *Romana*.

NVmeris pro literis frequenter vtebantur Romani, quos etiamnum multi curiosi imitantur. Eorum erat hic Abecedarius.

Figura. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
Potestas. *a b c d e f g h i* K
11. 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
l m n o p q r s t u x y z

Ergo, 6, 9, 19. erit *Fit*; & 15, 9, 21. erit *Pix*.

Hæc Clauis duas imperfectiones habet; nam à K singulis literis bini characteres correspondent: & inter singulos numeros est necessarium aliquod comma scribere: nam nisi diuidantur ciphræ quis Ædipus sciet in voce 15921. legi debere *Pix*, & non *Aeiba*? Interim qualiscumque ea sit, videtur hodie communis, & multis Principibus chara. Anno MDVL in Palatinatu militiæ Princeps hoc Abecedario vtebantur.

Figura. 10 21 11 22 12 23 13 24 14 25 15
Potestas. *a b c d e f g h i l m*
26 16 27 17 28 18 29 19 30 20 31
n o p q r s t u x y z

Singulis literis correspondebant ciphræ binæ, & ideò commata inter numeros non erant necessaria. Et scribente Capitaneo. 261626 2410211216 18192527241928 272028141915, le-

gebat Comes de Rebolledo, totius prouinciæ Gubernator, *Non habeo sulphur pyrium*.

§.*Trithemiana*.

Millenas Claues Polygraphia Tritbemij exhibet, millenas Steganographia, ex quibus hanc præcipuè selegit D.Passerinus.

Figura. 1 2 3 4 5 & 6 7 8 9 10 20
Potestas. *A b c d e f g h i K*
30 40 50 60 70 80 90 100 200 300 400 500 600.
l m n o p q r s t u x y z

Iuxta hanc clauim *Ib* erit 12. & 40, 5.1. *Mea*

Sed vnde *Ibea* erit idem ac *Mea*? ex Romanæ & Trithemianæ clauis commixtione: nam ex Trithemio 1 est 10. & 2, *b*:simul-que *Ib*, 12. At numerus 12.secundum clauim Romanam dabit *M*.

§.*Diaulica*.

Licèt de Retrogradis superiùs librum integrum legeris, placet in gratiam D.Passerini aliqua breuiter adnotare.

Recursus fit vel per literas, vel per syllabas, vel per dictiones [adde per hemistichia, et per versus integros: sed quia hi recursus minùs communes sunt, alios edisseramus.]

Per literas fit intra terminos linguæ Latinæ, vt cùm *Roma* transit in *Amor*, vtraque-enim vox Latina est: extra hujus linguæ terminos, vt cùm *Aurum* transit in *Murua*: nam *Murua* vox Latina non est, adeoque aut nihil omninò significat, aut ad aliam linguam spectat.

Per syllabas transit *Roma* in *Maro*, sic *Carus* vertitur in *Rusca*: et hæc vox in linguâ Italicâ sonat *furfur*, et est nomen doctissimi Vocabularij,quod hodie manibus vniuersorum teritur. Intra Hispaniæ linguæ limites *Dotor* transit in *Tordo*, et quàm hodie multi in Europâ,qui Doctores dicuntur, et Turdi sunt: garriunt, quæ non intelligunt; et Doctores haberentur et essent, si vt minimum tacere scirent.

Per dictiones recurrunt frequenter et feliciter carmina: vt

Magorum sermo crudelem torquet Herodem.
Herodem torquet crudelem sermo Magorum.

Inter recursus nobilissimus est ΑΥΤΟΔΟΜΟΣ, quando, siue hinc, siue inde legatur, est idem: nempe, per literas, vt *sinis*, *sitis*, *soles*, etc. per syllabas, vt *Tenete*, *Terste*, *Togite*, etc. per dictiones, vt

Ite ia certamen Iuuenes, certamen ia-ite.

sanè hic D.Passerini versus,

Anna tenet moppam madidam, mappam tenet Anna,

qui est ΑΥΤΟΔΡΟΜΑΙΤΟΣ, et componitur ex dictionibus similiter ΑΥΤΟΔΡΟΜΕΙ ΑΙΣ. Est valde rarus, et cui multos similes in linguâ Latinâ non dederis.

§.*Eruto*.

Computus exactissimus est; vndecim enim res 39, 916, 800. vicibus mutari possunt: et gaudeo D.Passerinum ita etiam in Mathematicis excellere, vt in tam difficili supputatione ne in vnâ vnitate aberrauerit. Discant cæteri Theologici et Iurisperiti, à quibus hodie Mathesis negligitur aut contemnitur, numeros colere, à quorum exactâ cognitione vniuersa dependent.

§. *Quod si*.

Si formemus Dactylica,ita vt vox illa dissyllaba vltimum semper locum teneat, prodibunt totidem carmina; videlicet, 39, 916, 800.

Si versus spondaicus ex meris monosyllabis fiat, ita vt nulla sit synalœpha possibilis, babebit 12 dictiones, et formas 471. 001. 600. Ergo.et ista D. Passerini supputatio est exacta.

Versus ille spondaicus

Ciues Romani tunc facti sunt Campani.

constat ex sex dictionibus,et in formas 720 verti potest.

§. *Cùm tamen*.

Cùm vertuntur et inuertuntur versus sæpe sensus mutatur; sed, si adsit veritas, ita vt mutatio sensûs non reddat propositionem falsam, non caret elegantiâ alteratio. Considera versus sequentem.

Honor del campo foys Fenix.

qui non sine gratiâ sensum cum formâ mutat: puta si dixeris,

Campo del honor foys Fenix.
Campo foys honor del Fenix.
Honor foys campo del Fenix.
Honor foys Fenix del campo. etc.

Aliquando ipsamet combinationum varietas, non solùm diuersum, sed etiam aduersum sensum parit, vt

Marte foys, y no Thersites.
Thersites foys, y no Martes.
No foys Thersites y Marte. etc.

et tunc multa veniunt consideranda, quæ omnia eurtes,si D.Passerini insistendo vestigijs, talem conformes Proteum, qui eumdem aut similem semper sensum exhibeat.

§. *Sensus autem*.

Voces interdum summuntur formaliter, pro re significatâ: interdum materialiter, pro syl-

fyllabis et literis, quibus formantur. Vtraque acceptio est notissima et communissima, et pulchrè à D.Passerino edisseritur.

Pulchrum est illud Gallorum Pronunciatum, *Sante non est pas sante: maladie est sante*. quod in sensu formali exorbitat, in materiali verum est, formaliter enim est, *Sanitas non est profectò sanitas* mala-dies(pestis)est sanitas.at verò materialiter, est, *Vox* sante *non est fine (caret) litera* T: *vox* Maladie *est fine (caret) litera* T.

Hinc Poëtæ afferenti Distichum Elegiacum habere vndecim pedes, obijci solet hoc.

Mille boues currunt, vitulorum millia septem.
Musca super cornu quolibet vna sedet.

quod habet 128, 011. pedes: nam

Boues 1000. habent pedes	4,000
Vituli 7000 habent pedes	28,000
Boues et vituli habent cornua	000
16,000.quæ ducta per 6. dant	96,000
musca enim habet 6. pedes.	000
Adde pedes metricos	11
Erit igitur summa	128,011

§. *Immò*.

TRigrammata ΑΥΤΟΔΡΟΜΑΙΑ· in linguâ Latina sunt pauca, et ideò ad Hebræam linguam recurrit D.Passerinus; siquis intra Latinæ linguæ terminos duodecim voces, quales sunt *Sis, Sus, Non* inuenerit, poterit pulcherrimum Proteum componere.

§. *Vt modi*.

DE hac materiâ superiùs egimus. Sunt modi di computandi varij:hic,quem ex P.Mauritio de Curtis D.Passerinus proponit, et bonus et facilis est. Diximus illum versum

Ciues Romani tunc facti sunt Campani.

habere formas 720. An has det Regula D.Passerini periclitemur.

1	*per*	2	*sunt*	2
2	*per*	3	*sunt*	6
6	*per*	4	*sunt*	24
24	*per*	5	*sunt*	120
120	*per*	6	*sunt*	720

Bene ergo discurrit D. Passerinus.

§. *Proteum*.

ILle P.Bahusij versus,quem Erycius Puteanus dilucidat, videlicet

Tot tibi sunt dotes Virgo, quot sydera cælo.

formas 1022. habere dicitur, sed multò plures habet: est in illo scopulus vitandus, qui plurimas formas condemnat. Sed quis scopulus? iste

Quot tibi sunt dotes Virgo, tot sydera cælo.

Nam Stellarum numerus paruus est, cum dotibus Marianis Collatus. Omnes ergo versus, qui sensum huius vltimi reddant,sunt reijciendi, et sic numerus minuitur. ita vt formis 1022 deberet esse Author contentus.

Ex ijsdem vocibus, quibus conformatus fuit hic Hexameter,potuit Pentameter,vt

——— Dotes
Quot cælo, tot sunt sydera Virgo tibi
——— Tot sunt
Dotes, quot cælo sydera,Virgo tibi.

Potuit et Sapphicus, vt

- ∪ tot dotes tibi Virgo sunt, quot
sydera cælo.

Sed de hoc vberiùs suprà.

SYLVA.

VOCUM MONOSYLLABARUM.



[V]T Proteos numerosissimos, quales dedimus,construas, monosyllabis vocibus indiges. Habeo Syluas ditissimas, Latinas, Græcas, Belgicas,Germanicas, &c. sed, quia nostri Typographi characteres Germanicos & Belgicos omnino non habent; & Græcos paucissimos habent; Latinam tantummodo adiungam.

Ex octo Orationis partibus Verba valde sunt necessaria, vt constructio formetur. Interim hæc tantùm paucula in Linguâ Latinâ reperio.

Do.	*Ie donne.*	Icx gheef.
Flo.	*Ie souffle.*	Icx blaes.
No.	*Ie nage.*	Icx swem.
Sto.	*Ie suis debout.*	Icx Staen.
Sum.	*Ie suis.*	Icx ben.

Ex alijs Orationis partibus ditiorem Thesaurum reperio: illum subijcio. Occurrent semper in singulis lineis tres dictiones,prima est Latina, secunda Gallica,& Tertia Belgica.

A

AB. Abs. *De* Van.
Ac. Et Ende.
Ad. *A* Tot.
Æs. *Cuiure.* Coper.
Ah. *Ach.* Ach.
An. *Aduerbium interrogantis.*
Ars, *Art.* Conft.
Arx. *Chasteau.* Borch.
As. *Liure.* Pont.
Aft. *Mais.* Maer.
At. *Mais.* Maer.
Au. *Interiectio consternati animi.*
Aut. *Ou.* Oft.

B

BIs. *Deux fois.* Tvveemael.
Bos. *Boeuf.* Os.

C

CAlx. *Chaud.* Kalck.
Cis. *Deça.* Op dees fijde.
Clym. *En cachette.* Heymelick.
Cor. *Coeur.* Hert.
Cos. *Queue.* Vveetfteen.
Cras. *Demain.* Morghen.
Cruf. *Iambe.* Been.
Crux. *Croix.* Cruys.
Cum. *Auec.* Me.
Cum. *Auec.* Met.
Cur. *Pourquoy.* Vvaerom.

D

DE. De. Van.
Dos. *Dost.* HouuelicKe gifft.
Dux. *Duc.* Leydtfman.

E

E *De.* Vyt.
En. *Voicy.* Siet hier.
Et. *Et.* Ende.
Ex. *De.* Vyt.

F

FOex. *Lie.* Glufl.
Falx. *Faux.* SicKel.
Fas. *Licite.* Toeghelaten.
Fax. *Fallot.* Forts.
Fel. *Fiel.* Gal.
Flos. *Fleur.* Bloem.
Fons. *Fontaine.* Born.
Frons. *Feuille.* Blat.
Fronf. *Front.* Stirn.
Fur. *Larron.* Dief.

G

GLt. *Genus* feminis.
Glanf. *Gland.* EecKel.
Glof. *soeur de mon mart.* Mijns mans fufter.
Grex. *Troupeau de bestes.* Kud.
Grus. *Grue.* Craen.

H

HA. A. A.
Hac. *Par ci.* Lancx hier.
Heu. *Helas.* Eylas.
Heus, *He.* Hau.
Hic,Hæc,Hoc,Hunc,Hanc,Hi,
Hæ,Hos, Has, His.
Hinc. *D'ici* Hier af.
Huc. *Ici.* Herwvaert.
Hyems. *Hyuer.* Vvinter.

I

IAm. *Ia.* Nu.
Id. *Cela.* Dat.
In. *En.* In.
If. *Ea.* Id.
Ius. *Ius.* Sop.
Ius. *Droict.* Recht.

L

LAc. *Laict.* MelcK.
Lanx. *Bassin.* Schael.
Lar. *Fouyer.* Heerdt.
Lauf. *Los.* Lof.
Lex. *Loix.* Vvet.
Lis. *Noise.* Tvvift.
Lux. *Lumiere.* Licht.

M

ME. pronom. in acc. & abl.
Mel. *Miel.* Honich.
Mens. *sens.* Sin.
Merx. *Marchandise.* Vvaer.
Mons. *Montaigne.* Berch.
Mors. *Mort.* Doot.
Mox. *Tantost.* Terftont.
Mus. *Souris.* Muys.

N

NÆ. *Certainement.* VvaelicK.
Nam. *Car.* Vvant.
Ne. *Non.* Niet.
Nil. *Rein.* Niet.
Nix. *Neige.* fneeu.
Non. *Non.* Neen.
Nos. *Nous.* Vvy.
Nox. *Nuict.* Nacht.
Num. *Aduerb.*
Nunc. *Maintenant.* Nu.
Nux. *Noix.* Neut.

O

O. O. *Interiectio.*
Ob. *Pour.* Om.
Oh. *Interiectio dolentis.*
Os. *Bouche.* Mont.
Os. *Os.* Been.

P

PAr. *Paire.* Paer.
Pax. *Paix.* Paeys.
Per. *Par.* Door.

Pes,

Pes. *Peid.* Voet.
Pny. *Interiectio olfacientis.*
Pix. *Poix.* Pec.
Plebs. *Peuple.* Ghemeinte.
Plus. *Plus.* Meer.
Pons. *Pont.* Brug.
Post. *Depuis.* Nae.
Præ. *Deuant.* Voor.
Pro. *Pour.* Voor.
Proh. *Interiectio dolentis.*
Pulf. *Papin.* Pap.
Puf. *Boue.* Etter.

Q

QVis,Qui,Quæ,Quod, Quid.
Quin. *Q e ne.* Dat niet.
Quot. *Combien.* Hoe veel.
Quum. *Quand.* Als.

R

RES. *Chose.* DincK.
Ros. *Rosee.* Dau.
Rus. *Les champs.* Velt.

S

SAl. *Sel.* sout.
Sat. *Assez.* Ghenouch.
Scobs. *Sciure.* Saeghmeel.
Scobs. *Fosse.* Gracht.
Se. *Accusatiuus* pronom.*& abl.*
Sed. *Mais.* Maer.
Seps. *Haye.* Tuyn.
Seps. *Serpent.*
Seu. *Ou.* Off.
Sex. *Six.* Ses.
Si. *Si.* Ist dat.
Sic. *Ainsi.* Soo.
Sin. *Maiss.* Maer ist dat.
Sol. *Soleil.* Son.
Sons. *Coulpable.* Misdadich.
Sors. *Fortune.* Fortune.
Spes. *Esperance.* Hoop.
Splen. *Rate.* Milt.
Stips. *Denier.* PenningK.
Stirps. *Racine.* StruycK.
Sub. *Sous.* Onder.
Sus. *Porc.* Soch.

T

TAm. *Tant.* Soo seer.
Tax. *Son de fouet.* Clets.
Ter. *Troisfois.* Driemael.
Thus. *Encens* VvieroocK.
Tot. *Autant.* Soo veel.
Trabs. *Poultre.* Balc.
Tres. *Trois.* Drie.
Trux. *Cruel.* Vvreet.
Tu. *Toy.* Ghy.
Tunc. *Adonc.* Dan.

V

VÆ. *Vuee.* Interj.
Vas. *Vaisseau.* Vat.
Ve. *Ou.* Oft.
Vel. *Ou.* Oft.
Ver. *Printemps.* Lenten.
Vir. *Homme.* Man.
Vis. *Force.* Stercte.
Vix. *A grand peine.* Naulicx.
Vos. *Vous.* Ghylien.
Vox. *Voix.* stem.
Vrbs. *Ville.* stadt.
Vt. *Afin.* Op dat.







APOLLO
ANAMETRICVS.

Vt Veterum licitè carpas Anametra, necesse est,
Vt Tua conformes nobiliora modo.

DXX.


NAMETRA sunt Strophæ in quibus versuum ordo mutatur. Non est res summi ingenij illa componere, & ideò nolo in ejus expositione sine causâ immorari. Subijciam nihilominùs vnam et alteram Epistolam, quas quibusdam Philomusis scripsi, dum Metametricæ primas vmbras in palymsesto delineabam.

EPISTOLA I.

ANAMETPON, ANAΛEΞIΣ, ANAΣYΛΛABON, et ANAΓPAMMA (Theodore Eruditissime) eiusdem formæ sunt, sed materiæ diuersæ. Proteus est, in quo partium ordo variatur: vnde si varietur ordo carminum Proteus ille dicetur *Anametrum*: si ordo dictionum, *Analexis*: si ordo syllabarum, *Anasyllabon*: et denique, si ordo litterarum, *Anagramma*. De singulis vberiùs scripturus, hæc exempla præmitto, vt dicendorum vmbra aliqua vel notitia habeatur. Considera subiectum Anametrum,

Quātùm nix, lachrymæ: durissima marmora quātū.
(Adnuat æternum Numen) tua gaudia durent.

Si velis, hæc carmina mutabunt ordinem, et ibunt in contrariam sententiam, Sic inquam:

Adnuat æternum Numen. Tua gaudia durent.
Quātùm nix: lachryma durissima marmora quātū.

Sicut integrorum carminum transmutatione, habuimus Anametrum: sic dictionum transpositione Analexin. Talis est ista.

Cantabit Mundus tua carmina semper Homere.

quoniam hic solus versus vocum transpositione plures reponi potest, stat enim lex poetica etiam in istis lineis:

Carmina cantabit Mundus tua semper Homere.
Carmina cantabit semper tua Mundus Homere.
Cantabit semper tua carmina Mūdus Homere, &c.

Aut etiam genus metri alterando:

——————— *Mundus*
Carmina cantabit semper Homere tua.
——————— *Semper*
Mundus cantabit carmina Homere tua.

Anasyllabon consistit in alteratione syllabarum. Vt

DOMINAS, *Nas domi*, *Minas do*, *Donas mi. &c.*

Et tandem Anagramma ordinem literarum concernit, videlicet vt

ROMA, *Amor*, *Maro*, *Mora*, *Ramo*. *&c.*

Et ergo Proteus vniuersim sumptus, *aut versuum, aut dictionum, aut syllabarum, aut literarum transpositio*. Ergo siquidem heri de Anagrammate, Anasyllabo, et Analexi copiosè disseruimus, hodie de Anametro quan- tempus et locus permittat, disseramus.

Est autem Metametrum carminum transpositio: quando videlicet componitur Decastichum, in quo, quicunque versus potest esse primus, quicunque esse secundus, tertius etc.

Si inquirat Criticus, cur Carminum transpositionem vocem *Anametron*? petam illico ab ipso, cur ille et orbis terrarum cum ipso, literarum transpositionem vocitet *Anagramma*? Indigemus nominibus, et vt res similes significemus, similitudinem in vocum formatione seruamus.

Est ergo Carminum Proteus, seu Anametron, Carminum METATAΞIΣ: quando videlicet eorum ordo mutatur. Reperio apud antiquos rara exempla, aliqua tamen. Producam igitur Ioannis Philoponi in libr. 1. Analyt. poster. Aristotelis, non iam Græcè loquentem (cur enim sine causâ lectores onerem?) sed Latinè, labore et industriâ Andreæ Scotti, apud quem obseruationum Humanarum libr. 2. cap. 1.

sic

ſic ait, ΚΥΚΛΟΝ *vocat Ariſtoteles* ΤΑ ΕΠΗ, *carmina hoc eſt, Epigrammata ſic conſcripta, non vt vltima primi verſus voce ſe inchoet ſequens & tertius, ſicque deinceps* (quod multi etiamnum ſentiunt, docentque) *ſed vt liceat idem carmen nunc in initio, nunc in fine collocare: quale & illud,*

ΧΑΛΚΗ ΠΑΡΘΕΝ ΟΣ ΕΙΜΙ ΜΙΔΟΥ
Δ' ΕΠΙ ΣΗΜΑΤΙ ΚΕΙΜΑΙ.
ΕΣΤ' ΑΝ ΥΔΩΡ ΤΕ ΡΕΗ, ΚΑΙ ΔΕΝ-
ΔΡΕΩ ΜΑΚΡΑ ΤΕΘΗΛΗ
ΗΕΛΙΟΣ Τ' ΑΝΙΩΝ ΛΑΜΠΗ, ΛΑΜ-
ΠΡΑ ΤΕ ΣΕΛΥΥΗ.
ΑΥΤΟΥ ΤΗ ΔΕ ΜΕΝΟΥΓΑ ΠΟΛΥ-
ΚΛΑΥΤΩ ΕΠΙ ΤΥΜΒΩ.
ΑΓΓΕΛΕΩ ΠΑΡΙΟΥΣΙ ΜΙΔΗΣ ΟΤΙ
ΤΗΔΕ ΤΙΘΑΙΠΖΑΙ.

Ænea ſum Virgo Midæque incumbo ſepulchro.
Dum fluit vnda læuis, ſublimis naſcitur arbos.
Dum Sol exoriens & ſplendida Luna relucet.
Hîc cõſtanter ago, lachrymis & marmore tyncto.
Fixa, Midam moneo tumulatum hîc chare viator:

Vides enim tanquam in circulo, licere à quolibet verſu initium ſumere, hoc modo:

ΑΥΤΟΥ ΤΗ ΔΕ. *deinde* ΧΑΛΚΗ. *& deinceps. Vel ſic.* ΧΑΔΚΗ. *deinde*, ΑΥΤΟΥ. *mox* ΕΣΤ' ΑΝ ΥΔΩΡ.

Et quod inde excurrit.

Refert autem in Homeri vita Herodotus, Homeri eſſe hoc carmen in Midam Phrygiæ Regem conſcriptum. Vnde nunc talia Epigrammata ΚΥΚΛΟΝ *appellant. Eſt & aliud poema* ΚΥΚΛΟΣ *propriè dictum quod alij alijs tribuunt; nonnemo Homero. &c.* Hæc Philoponus.

Profectò in hoc, cuiuſcumque ſit, ΚΥΚΛΩ, non magnum artificium reperio: nam ſi ſenſum integrum contineant verſus integri, ad libitum tranſponi poterunt. Maiorem quidem illud gratiam haberet, & maiorem applauſum mereretur, ſi mutando verſum ordinem, etiam ſenſum mutaret. Triſtichum ſequens contemplare. Monet Ethnicus.

Quærenda eſt ſemper virtus & fama perennis,
Imprudens inquit: Sapiens autem, Optima, dixit,
O ciues, ciues, quærenda pecunia primum eſt.

Sed Orthodoxus verſum ordinem vertens, reponit.

O ciues, ciues, quærenda pecunia primùm eſt,
Imprudens inquit: ſapiens autem. Optima dixit,
Quærenda & ſemper virtus, & fama perennis.

Interim, quia in eiuſmodi verſibus, quocumque modo conformentur, parum artificij reperio, vt illos relinquas Ariſtoteli, & ſæculo rudi, & tuum ingenium in alijs maioris ingenij perſuadeo. &c. Vale, vt optat, &c.

EPISTOLA II.

SVNT voces aliquæ, (Illuſtriſſime Marchio) quarum vim non adſequitur vſus: illas et propono et expono. ΑΝΑΜΕΤΡΗΣΙΣ, eſt vox rara et obſcura: quæ ab aliquibus ſimpliciter ſumitur, vt ſit *dimenſio*, ab alijs ſtrictiùs vt ſit aut totalis aut iterata dimenſio: Hinc ΑΝΑΜΕΤΡΕΩ, *denuò metior*. Et ego, licèt vſum condemnare non velim, rigorem ob oculos habens, ſic has voces expono ANAGRAMMA, dicitur grammatum tranſpoſitio, quæ plures voces, et diuerſæ ſignificationis parturit, vt *Logica, Caligo. Galenus, Angelus. &c.* Imitabor igitur Nomenclatorem Veterem, et ſicut ille literarum ΜΕΤΑΤΑΞΙΝ vocari voluit Anagramma, ſic Ego ſyllabarum deordinationem ANASYLLABVM denominabo: vt *Deſideretis*, quod anaſyllabaticos tranſit in *Deus fidera. &c.* Hinc igitur ANALEXIS dicetur dictionum tranſmutatio, quæ plures et diuerſos verſus parturit: vt cùm dicimus, [ex Virgilij lib. 6.]

Sic fatur lachrymans, claſſique immittit habenas.
Sic lachrymans fatur, claſſique immittit habenas.
Sic claſſi fatur, lachrymanſq; immittit habenas. &c.

Et tandem Anametron eſt quædam metataxis ſeu tranſpoſitio carminum, & reperitur in ſtrophâ, in quâ nullus ſit verſuum ordo determinatus. Pono exemplum, Propoſitum fuit in Parnaſſo cuidam ingenioſo Poëtæ, qui ad Lauream Caſtaliam adſpirabat, hoc Problema,

Que viene à ſer en el Mundo
Amar ſin correſpondentia?

Et ipſe quæſtionis, quam propoſuerat Apollo, ſolutionem hoc Anametro complexus eſt.

Es *vn cautiuerio ingrato,*
Es *perder la libertad,*
Es *deſmentir la verdad,*
Es *profanar el recato:*
Es *mudar coſtumbre y trato,*
Es *arraſtrar la cadena.*
Es *vn engaño en la pena,*
Es *ignorar lo que paſa,*
Es *dexar ſu propria caſa,*
Es *viuir en tierra agena.*

Sic paucis mutatis D. Franciſcus de Boria, Princeps de Eſquilaque reſpondit pag. 372. Verſus ſi ſyllabæ numerentur Rhytmicè, hoc eſt, vſque ad accentum vltimum (quod enim vltra hunc accentum ponitur anarithmicum eſt) ſunt Heptaſyllabi, & conſonantiæ defluxu Spineho procurrunt.

Profectò in hoc Decaſticho nullus verſus poſtulat eſſe prior, nullus poſterior: poſſunt quocunque ordine legi; quam ob rem in vnâ ſimpliciſſimâ Strophâ, habet lector Strophas

3; 628,

3;628,800. hoc eſt, *tres milliones (ſeu ter mille millies) ſexcentas viginti & octo millies, & octingentas*. Prout numeri ſubſequentes demonſtrabunt.

Verſus	1
Multiplicatus per	2
Dabit	2
& verſus	2
multiplicati per	3
dabunt	6
& Verſus	6
multiplicati per	4
dabunt	24
& verſus	24
multiplicati per	5
dabunt	120
& verſus	120
multiplicati per	6
dabunt	720
& verſus	720
multiplicati per	7
dabunt	5040
& verſus	5040
multiplicati per	8
dabunt	40320
& verſus,	40320
multiplicati per	9
dabunt	362880
& verſus	362880
multiplicati per	10
dabunt	3628800

Hunc numerorum decurſum vberiùs expoſuimus in Analexico Proteo, & in Anarithmicâ noſtrâ ex veris fundamentis deducemus, et demonſtrabimùs; quam ob rem non eſt cur repetentes Arithmeticas ſpeculationes, Lectori impræſentiarùm ſimus tædio.



Ergo, vt ex Tabulâ præcedenti colligitur, poteſt variari Anametrum

Diſtichum formis	2
Triſtichum	6
Tetraſtichum	24
Pentaſtrichum	120
Hexaſtichum	720
Heptaſtichum	5,040
Ogdoaſtichum	40,320
Enneaſtichum	362,880
Decaſtichum	3; 628,800

Strophæ numeroſiores componi â Poëtis rariùs ſolent; ſed, ſi illas condere volueris, in Anametricâ meâ Articulo *De Alphabeti multiplicatione*, numeros hos deductos vſque ad 24. reperies.

Hæc ſunt (Illuſtriſſime Marchio) quæ de Proteis ſcribenti ſuccurrunt; quæ vberiùs, ſi tempus et otium detur, alibi proſequuturus ſum. Interìm Vale, et ingenio tuo Parnaſſum honorare ne ceſſes. etc.

LAVS DEO.



APOLLO CENTONARIUS.

Consue Centones, auri contemne Flavissas,
Ditior & Crœso Principe lector eris.

DXXI.



Icuntur vulgò à Græcis, κέντρωνες, qui à Latinis *Centones*: & sunt in Parnassum à Falconiâ introducti, ab Eudoxiâ exornati, & jam à multis Poëtis ingeniosis exculti. Est autem *Cento*, Græcè, Κέντρων, Poëma ex integris aut fractis alicujus veteris Poëtæ carminibus constans: & censetur elegantior & melior, qui puris hemistichiis componitur.

Centonum meminit S. Hieronymus teste Henrico Stephano in suo Thesauro voce, Κέντρων, nam S. Doctor Probam Falconiam Metricorum Centonum fuisse Inventricem asserit: ex versibus enim Virgilii, jam fractis, jam integris, elegantissimum Poëma composuit. Hæc *Centona* cognomentum obtinuit; tanto enim ejus Opus fuit receptum applausu, vt non solum inde famam, sed & nomen indepta sit. Eam sequuta & imitata fuit Eudoxia Augusta, Theodosii Iunioris Romanorum Imperatoris vxor, [quæ obiit ann. 460. sub Martiano] & consuens ex Homero lacinias, Poëma edidit, quod etiamnum ab eruditis commendatur. Hodie Falconiæ Opus *Virgilio-cento*, & Eudoxiæ, Ο'μηρο-κέντρων appellatur.

Sanè nomen humile placuit imponere rei magnæ: est enim *Cento* stragulum ex particulis variis consutum, inventum à Sartorum avaritiâ aut ingenio; nam cùm vestes apparant, ne pereant hinc inde laciniæ, illas ad formam convenientem reducunt, & curiosè sarciendo tapetes formant, qui etiamnum habentur in pretio. Particularum formæ communiores, & aptiores sunt triangularis, quadrang. quincang. sexangul. &c.

Hæ particulæ à multitudine nominantur *Centones*, nempe à centum, sumendo numerum determinatum pro indeterminato. Hîc Critici sicut à voce centum *centenarium*, sic etiam à centone *centonarium* abducunt. A pauperibus minori arte sarciuntur, quam ob rem *Cento* apud ipsos erit pallium ex variis partibus consutum: Hisp. *Vna capa hecha de remendos*: vnde equos, canes, &c. maculosos, *remendados* vocamus. Hinc Cæsar vela, quibus contegebantur munimenta, quòd attrita, lacera, & refecta cent es fuerint, *Centones* dixit. *Centonesque insuper injecerunt*, ait, *ne aut tela tormentis missa contabulationem perfringerent, aut saxa in catapultis lateritium discuterent*. Sic similiter Cato de re rustic. cap. 10. & 11. famulorum stragula ob eamdem causam. *Culcitras octo, instragula octo, pulvinos sexdecim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris sex.* Et Macrobius, *scropham sub centonibus jacere* dicens, jacere illam sub operimento lacero, &

 A la-

laciniis alienæ materiæ pluries resuto & refecto declarat. Ausonius Gallus Centonem *concinnationem* dicit: vnde *concinnare* ipsi idem est, ac centones adsuere.

Per metaphoram transijt vox ad Rhetoricam,& in malam partem: nam *centones loqui* idem erit, ac *loqui scopas dissolutas, quæ in re nullâ connexione vinciuntur, sed tantummodò farciuntur labio*. Huc videtur spectare illud Plauti in Epid. *Quid tu? alium quæras, cui centones farcias*.

Majori applausu & gloriâ ad Poësim pervênit, & significat Opus ex hemistichiis Poetæ celebris concinnatum. Et hoc à nobis sensu accipietur hæc dictio; & quo debeant modo Metrici Centones farciri exemplis potiùs quàm regulis dilucidabimus: nam, si leges postules, respondebo, *Stat pro ratione voluntas*. Interim, quia Veteres imitari solemus, aut debemus, aliorum subjungamus judicia, ne nimis libertino calamo assuere Centones dicamur.

DXXII.

PAVLVM suum Ausonius Gallus instituturus, leges, quibus Centones conformantur, fert, & hanc epistolam scribit.

Si pateris, vt doceam, docendus ipse, Cento quid sit? absolvam. Variis de locis, sensibusq. diversis quadam carminis structura solidatur, in vnum versum vt coeant, aut cæsi duo, aut vnus, & sequens cum medio. Nam duos iunctim locare (N.B.) *ineptum est; & tres vna serie, meræ nugæ. Diffunditur autem per cæsuras omnes, quas recipit versus Hèroicus, convenire vt possit, aut penthemimeris cum rèliquo anapæsto: aut trochaicè cum posteriore segmento: aut septem semipedes cum anapæstico chorico: aut post dactylum atq; semipedem, quidquid restat Hexametro. Sensus diversi, vt congruant: adoptiva quæ sunt, vt cognata videantur: aliena ne interluceant; accersita, ne vim redarguant: densa, ne supra modum protuberent: hiulca, ne pateant. Sed peritorum concinnatio, miraculum est: imperitorum iunctura, ridiculum*: &c.

Latas ab Ausonio leges citatus Henricus Stephanus non approbat; inquit enim: *Ac ne præcepta quidem eius* (Ausonij) *vsq.quaque vera esse videntur: illudq. potissimum, quo monet, ne duo versus iunctim locentur.*

DXXIII.

Dubium incidens.

PETIS: An liceat aliquam dictionem interserere aut alterare? Respondeo puriorem & meliorem centonem esse, in quo nulla vox peregrina suscipitur: cæterùm, si necessitas postulet, poterit Poeta iure suo vti, vocem adscribere, at illam diverso charactere, vt facili negotio discernatur. Et hîc mihi obiter laudandus erit Lucas Lancelottus I. V. Doctor, qui celebraturus Comitem Arundelium, ne licentiose voces peregrinas consueret: ex Æneide 11. vers. 759. & Æn. 6. vers. 12. vnâ cōposuit, vt totum nomen Comitis ingeniosè insinuaret. Virgil. primo loco sic.

Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon
Portat ovans. Ducis exemplum, eventumq; secuti
Mæonidæ incurrunt: tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
Circuit, & quæ sit fortuna facillima tentat. &c.

In secundo autem sic:

At pius Æneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendæque procul secreta Sibyllæ,
Antrum immane petit; magnam cui mētem animūq;
Delius inspirat vates, aperitque futura.

& ex duobus locis toto cœlo sensu & compositione distanttibus Lancelotus Arundeliæ Comitem commendat, & laudat his verbis:

——————*tum fatis debitus Arun-*
Delius inspirat. &c.

quo, illo & tempore & casu, nihil pulchrius potuisse inveniri crediderim.

Centonum leges.

I. *POtes versum vbicumq; partiri, & eumdem vndequaq, complere.* II. *Etiam ex tribus locis poteris voces eruere, vt integrum carmen conformes: sed id rariùs.* III. *Finem prioris carminis, & totum sequentem: aut etiam, totum priorem & initium sequentis impune admittes.* IV. *Si duos versus simul excerpas, Ausonii subiacebes censuræ; at etiam multi Græci & Latini tecum. Ergo rariùs binos asumas.* V. *Vocem peregrinam ne immisceas, nisi cogat necessitas: &, si compositione aut alio modo hæc possit exprimi, hoc potiùs modo formari debet, quàm nuda poni: quæ si ponatur, diverso charactere notetur.*

Legem hanc vltimam solent omnes religiosè observare. Petrus Angelus Spera in sui Virgilio-centonis Prologo, sub finem. *Dictiones, syllabæ, literæ, diversis characteribus expressæ de nostra sensu appositæ sunt, vt quam meditabamur sententiam, aptè perficerent,*

MVSA II. VTENS.

DXXIV.



SICVT Logicam veteres, sic doctrinam Ego de Centonibus Metricis in docentem & vtentem distinxi. Illam hucusq. tradidi, & expendi: hanc subiungo.

Leguntur Antologiæ *Epigr. lib. 1. pag. 50.* iuxta Henrici Stephani editionem carmina, quæ ibi vocantur Ὁμηρόκεντρα, admirationem illius, à quo primò audita est Echo, describentia. Alii Homeri Hemistichia ad alios sensus provexerunt: & inter alios Eudoxia Augusta, Poetria celebris, Christi vitam & mortẽ Homericis versibus repræsentavit. Homerũ nos aliis expendendũ relinquimus: Virgiliũq; producimus, & qualiter fuerit in lacinias divisus, & in novos sẽsus resutus explicamus.

CENTO I. VIRGILIANVS.

DXXV.



OMITTO Eudoxiæ Centones, de quibus multa alii: alios subscribo, de quibus scripserunt perpauci. Et primò de primis Centonibus, hoc est, de illis, quos Proba Falconia nullius exemplo edidit, aliquid breviter dicturus sum. Pauca reperiuntur exẽplaria divinę huius fęminæ studiĩ: & ea Exscriptorum iniuriâ depravata: allaborarunt aliqui, vt opus antiquo splendori restituerent, inter quos Henricus Stephanus non mediocriter. Sed quæ fuit hæc Falconia? Genealogiam subiicio.

- Sextus Anicius Petronius. *eius uxor* Proba Falconia etiam Anicia *fuit Centonum inventrix.*
  - Iuliana.
    - Demetrias. *Huic inscripta est illa celeberrima Epistola; quæ ab aliquibus Ambrosio, ab aliis Hieronymo, ab aliis Augustino inscribitur. Quam fuisse Hæresiarchæ Pelagii, Cornelius Iansenius affirmat: fortè, quia multa contra Lutherum & Calvinum edisserit.*
  - Probus.
    - Iustinianus.
      - Anicius.
        - Iustinianus Imperator.
      - Anicius. Eutropius.
        - S. Benedictus.
        - S. Scholastica.
      - Anicius. Tertullus.
        - S. Placidus.

Fuit Domus Anicia olim celeberrima Romæ: & Austriacam totam ab illa procedere Sifridus, & alii Historiographi diligentes ostendunt.

Tanta est nobilitas Probæ Falconiæ: & quia ingenio, quàm sanguine nobilior fuit, his eam ferè verbis Hẽricus Stephanus commendat. [Quæcumq. fuerit deniq. hæc Proba (de quâ, quod ad sacrum Musis certamen attinet, dici potuit,

——— *Audetq. viris concurrere Virgo.*

magna laude dignam esse duo, suoq. nomine non indignam fœminam fuisse arbitror. Atq. adeò si postea tot annorum spatio nullus vir huius fœminæ in hoc genere laboris simul & argumenti æmulus inventus est, id certè gloriam eius apud nos augere multum debet; nisi fortè nulli in hanc arenam descẽdere voluerunt, nec hanc ex illo ipso Virgilio sumptam Parodiam (aut ei similem) audirent:

Egregiam verò laudem & spolia ampla refertis,
Vna viri ingenio si tandem fœmina victa est.

Hoc autem de ea duo (& ita quidem, vt verum id esse contendam) Eudoxiæ seu Eudociæ illi &c. minimè cedere.]

In illo exemplari excuso iam olim Lugduni cum quibusdam Mantuani & aliorum libris, mulier hæc, Proba Falconia Centona (vt vel ex ipso titulo coniectura fieri de diligentiâ in eo adhibita possit) appellatur hoc modo, PROBAE CENTONAE, vatis clarissimę, à diuo Hieronymo comprobatę, Centonam de fidei nostræ mysteriis, è Maronis carminibus excerptum Opusculum. Vt autem prætermissis nonnullis, quæ interiecta sunt, ad eos locos veniam, qui præ cæteris mihi & multis etiã viris digni sunt visi, quos proferrem, ab Adæ & Euæ per Dominum benedictione (vt ibi vocatur) initium sumam.

His demum exactis, torquet qui sidera mundi
Infit. (eo dicente, premit placida æquora pontus,

Et tremefacta solo est tellus: silet arduus æther)
Viuite felices, interque virentia culta
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.
Hæc domus, hæc patria est, requies ea certa laborum.
His ego nec metas rerum nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi, multosque per annos
Non rastrum patietur humus, non vinea falcem.
At genus immortale manet: nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.

Cùm Virgilius ita de Ioue, sui poematis libro 10. scripsisset,

Infit. eo dicente, deûm domus alta silescit,
Et tremefacta solo tellus: silet arduus æther:
Tum Zephyri posuere, premit placida æquora pôtus.

Cùm, inquam, ita scripsisset Virgilius, prudenter hæc poetria (eam enim alia suo ipsius Marte, vel potiùs suâ ipsius Musâ, scripsisse ac non hæc tantùm ex alienâ consuisse, legimus) prudenter in locum posterioris hemistichij primi versus, substituit hemistichium posterius tertij. In duobus postremis tempus præsens pro futuro vsurpare coacta fuit, quũ mutare nõ posset *at* in *et*, mutare & potuit, & debuit: præsertim quum majore alicubi libertate vtatur: vt aliquanto pòst docebo.

Proximi versibus illis sunt ij, quibus vetantur primi parentes ligno scientiæ boni & mali vesci, propositâ mortis pœnâ. Sed hic locus penitiorem Ethicæ & Theologiæ cognitionem requireret, & ideò à Falconiâ, eruditâ Viragine, sed scientiarum sublimium nesciâ minùs aptè & plenè tractatus, quàm superior.

Vos, dicam quæcunque, animis aduertite vestris.
In medio ramos annosaque brachia tendens
Est in conspectu ramis felicibus arbos,
Quam neque fas igni cuiquam nec sternere ferro,
Relligione sacra nunquam concessa moueri.
Hac quicunque sacros decerpserit arbore fœtus,
Morte luet merita. nec me sententia vertit.
Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat autor
Commaculare manus. liceat te voce moneri
Fœmina. nec te vllius violentia vincat,
Si te digna manet diuini gloria ruris.

In primo parodiæ ius vsurpauit, in voce vna mutanda. Ita enim legitur apud Virgilium, Æneid. 11.

Vos famuli, quæ dicam, animis aduertite vestris.

At vocem *famuli* suo sermoni minimè conuenientem mutauit in *quæcunque*. sed illud cuius memini exemplar (ex quo nimirum hæc coactus sum excerpere, cum aliud nullum diu quærendo nancisci potuissem) in eo, sicut in aliis infinitis, peccat, quòd nomen hoc *quæcunque* præponit verbo *dicam*. hæc enim vocum deordinatio in Virgilii verba, & Artis metricæ præcepta exorbitat. In quinto etiam versu, aliquid mutare sibi permisit: & quæ apud Virgilium grandius dicta, vt sensum optatum exprimerent, deprimerentur. Legitur enim Æn. 7.

Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
Relligione sacræ, & sæui formidine Martis.

At illâ ex *sacræ* fecit *sacra*, nominatiuum pluralem in ablatiuum singularem mutans, simùlque in eo aliquid innouans, quòd non vocet arborem sacram relligione (id est, per relligionem, siue ob relligionem) sicut ille dixerat, *belli portæ relligione sacræ*: sed *sacra* cum ablatiuo *relligione*, vt eius epithetum, deinde vtrunq. simul cum participio *concessa* iungat: sicut Virgilius ablatiuum *fatis* cum eo iunxerat, Æn. 3.

——& fatis nunquam concessa moueri
Apparet Camarina procul.

Septimi versus hemistichium hoc, *nec me sententia vertit*, ex isto Virgilii factum est loco Æn. 1.

——quæ te genitor sententia vertit?

Sed non dubito quin illa *vertit* in *vertet* mutauerit, quum multo maiores mutationes aliis in locis sibi permiserit, atque adeò in hoc ipso hemistichio ex *quæ te* fecerit *nec me*. Multo autem majoris mutationis exemplum in proximè sequentibus versibus habemus: vbi nimirum pro verbo *adiicias* ponitur nomen *fœmina*. Proferam autem totum locum, & vnde sumptæ sint singulæ eius partes ostendam: vt inde innouatio illa manifesta reddatur.

Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat autor
Commaculare manus. liceat te voce moneri
Fœmina: nec te vllius violentia vincat,
Si te digna manet diuini gloria ruris.

Horum igitur quatuor versuum primus ex Georg. secundo petitus est: vbi Virg. scribit,

Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat autor
Tellurem Borea rigidam spirante mouere.

Secundi hemistichium prius est ex Ecloga octaua depromptum,

Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus.

at posterior eiusdem versus pars est ex Æn. 3.

Hæc sunt quæ nostra liceat te voce moneri.

Tertius versus (excepta voce prima *fœmina*) est ex libro 11.

——vnum optime regum
Adiicias: nec te vllius violentia vincat,
Quin gnatam, &c.

Ex his perspicimus vocem illam *fœmina* esse per parodiam pro Virgiliana positam: sed versum cum hac voce non stare animaduertendum est, quòd ei desit syllaba: ideòque videndum annon reponendum sit *fœmineæ*. Verùm ne hac quidem voce reposita mendo carere videtur locus, nisi pro *te* legatur *nec*: hoc modo,

——liceat nec voce moneri Fœminea.

Ad

Ad quattum versum quod attinet, est quidem in eo quo vsus sum exemplari *taris*, non *ruris*: verùm ex errore natam esse lectionem illam presuasum habeo, quũ optimè sermoni quadret hoc vocabulum (sicut & cætera omnia quæ sunt in illo versu) vt videlicet diuinum rus de paradiso intelligamus.

Omisso Centone, quo paradisi descriptio continetur, ad eum venio quo describitur tentatio primorum parentum à diabolo: vt eadem verba retineam. Eius enim ibi est hic titulus, Tentatio primorum parentum à diabolo.

Iamque dies infanda aderat, per florea rura
Ecce inimicus atrox immensis orbibus anguis
Septem ingens gyros septena volumina versat,
Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli,
Obliqua inuidia ramo frondente pependit,
Vipeream inspirans animam: cui tristia bella,
Iræque, insidiæque, & noxia crimina, cordi.
Odit & ipse Pater. tot sese vertit in ora,
Arrectisq; horret squamis, & ne quid inausum
Aut intentatum sceleris ue dolive relinquat,
Sic prior aggreditur dictis, seque obtulit vltro.
Hic (ait) ò virgo, lucis habitamus opacis,
Riparumque toros &c.

Dici autem non potest quot mendis hi versus in illo exemplari sint deformati: ex quibus sunt hæc, quòd versu quinto *insidia* pro *inuidia*, vicissimq; in septimo *inuidiæ* pro *insidiæ* legitur.

In proximè sequentibus versibus, quibus hic Cento absoluitur: (perperam enim hic in duos est diuisus, quasi secundus incipiat ab illo versu, *Hic (ait) ò virga.* vel, *Sic ait.* Quorum tamen neutrum est apud ipsum Virgilium, sed *dic, ait*) placent hæc serpentis ad Euam verba, ——*cælestia dona*
Attrectare nefas? id rebus defuit vnum.
Quis prohibet causas penitus tentare latentes?
Item,

----mea si non irrita dicta putatis,
Autor ero audendi sacrata resoluere iura.
Tu coniux, tibi fas animum tentare precando.
Dux ego vester ero, tua si mihi certa voluntas.

Centonis 20. (præfixum habentis hunc titulum, Et comedit Eua de fructu ligni vetiti) sunt hi versus,

Sic ait, & dicto citius, quod lege tenentur,
Subiiciant epulis oculi venerabile lignum,
Inspiciuntque dapes, contactuque omnia fœdant.
Præcipue infelix pesti deuota futuræ,
Miraturque nouas frondes: necnon sua poma
(Causa mali tanti) summo tenus attigit ore,
Mutus adorta nefas, vnoquemque orsa furorem.

Centonis 21. hic est titulus, Eua seduxit virum ad esum pomi. Hi autem sunt eius versus,

Heu misero coniux aliena ex arbore germen
Obiicit, atque animum subita dulcedine mouit
Continuò noua lux oculis effulsit. at illi
Terrentur. &c.

Centonis 22. (perperam certè vno in duos diuiso) titulus est hic, Vident se nudos, & faciunt sibi perizomata. Versus autem sunt isti,

Terrentur visu subito: nec plura morati
Corpora sub ramis obtentu frondis inumbrant
Consertum tegmen. nec spes opis vlla dabatur.
At non hoc nullis hominum rerumque repertor
Obseruans oculis, cædes & facta tyranni
Præsensit: notumque, furens quid fœmina possit.
Continuò inuadit, Procul ò procul este profani,
Conclama, cælum ac terras qui numine firmat.

Sunt autem ex his nonnulla ita mendis fœdata in illo exemplari, vt vix agnosci in Virgilio possit Virgilius. Ac, ne longè abeas, horum versuum secundus ita ibi scriptus est,

Corpora sub ramis abiecti frondis inumbra.

quum posterius hemistichium sit ex Æn. 11.

Extructosque toros obtentu frondis inumbrant.

In quarto versu pro *nullis* scriptum ibi est *illis*. est tamen vera lectio *nullis*, ex Æn. 11.

At non hæc nullis hominum sator atque deorum
Obseruans oculis, summo sedet altus olympo.

At *hoc* mutare in *hæc* non necesse visum est. Rectè autem in locum illius periphrasis,

---hominum sator atque deorum,

substituit hanc, ex eodem,

--- hominum rerumque repertor.

Post illa verba

---procul ò procul este profani.

conueniebant quidem & hæc, *totoque absistite luco.* sed non itidem conuenire poterant hæc quæ priorem illius versus partem efficiunt, *Conclamat vates.* Fortasse autem locum habere illud hemistichium potuisset hoc modo,

Continuò inuadit, procul o procul este profani,
Hinc fugite ò miseri, totoque absistite luco.

Nam & hoc posterioris versus hemistichium prius est Virgilianum: nisi quòd apud eum legitur *sed* non *hinc*.

Centonis 23. argumẽtũ ibi est hoc, Quærunt fugere, & se abscondere. Versus sunt isti,

Atque illi longe gradientem ac diua frementem
Vt videre, metu versi, retròque ruentes
Diffugiunt, syluasque & sicubi concaua furtim
Saxa petunt. piget incœpti, lucisque: nec auras
Respiciunt: tædet cæli conuexa tueri.

Verùm ibi non *frementem* sed *furentem* legitur: quod ex errore sicut alia multa, natum esse arbitror, quum apud ipsum Virgilium participium illud non hoc legatur æneid. 10. (vt omittam, durius de deo furere vsurpari) vnde vterque sumptus est versus. Hîc autem, sicut & in alijs quibusdam locis, obseruare etiam possumus, minimè ineptum nostram hanc Probam censuisse, quod Ausonius ineptum

ptum sibi videri dicit, duos nimirum versus iunctim locare, sicut videlicet apud eum ex quo petuntur, iunctim sunt locati. Sed quòd in duobus qui proximè illos sequuntur, idem sibi Proba permittit, id verò reprehensione dignum fortasse iudicari possit. Siquidem & hi versus,

Diffugiunt, sylusque & sicubi concaua furtim
Saxa petunt, &c.

sunt ex Æneid. 7. hoc illum itidem excipiente. Sed finis posterioris mutatus est. legitur enim apud Virgilium,

--piget incœpti, lucisque: suosque
Mutatæ agnoscunt.

At Proba posteriorem versum clausit duabus vocibus quæ in Æneid. 6. leguntur,

Hinc metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque; nec auras
Respiciunt, clausa tenebris & carcere cæco.

Hoc quoq. prætermittendum non censui, non legi in illo Centonum Probæ exemplari *lucisque* ante accusatiuum *auras*, sed *lucemque*: quum tamen genitiuus necessarius esse videatur.

Centone 25. (omitto enim eum qui est 24. de increpatione Domini) Adam se ita excusat,

Ille sub hac, Tua me, genitor, tua tristis imago,
His posuere locis. merui, nec deprecor, inquit,
Omnipotens, sonitumq; pedum vocemq; tremisco,
Conscius audacis facti. monitisque sinistris
Fœmina fert tristes succos, tardumque saporem.
Illa dolos dirumque nefas sub pectore versans,
Insontem, infando indicio, moritura puella,
Dum furit incautum crudeli morte peremit.
Suasit enim: scis ipse, nec est te fallere cuiquam.
Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.

Inter versum qui primus hîc est, & eum qui secundo loco est positus, vnus deesse videtur, quòd alioqui pluralis *posuere* non habeat quò referatur. Virgilii quidem certè locus, vnde secundi initium sumpsit, est hic, Æn. 8.

Me pulsum patria pelagique extrema sequentem,
Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum
His posuere locis.

In quinto pulchrè vox *media* in vocem *fœmina* mutata est. Ita enim apud Virgilium, Georg. 11.

Media fert tristes succos tardumque saporem
Felicis mali.

Itidemque ex verbo *adiectiuo* factum fuisse vidimus *fœmina*, vel potiùs, *fœminea*, in præcedentibus. In talibus autem mutationibus libertas parodiæ (vt antea monui) siue ius, vsurpatur. Ac necessaria certè nonnullis in locis est hæc libertas, quam tamen in huiusmodi concinnatione Centonum Ausonio parum placuisse existimo. At concinnatrix horum in illis etiam qui sequuntur ea vti non dubitauit. quum enim scripserit Virgilius Æn. 10.

--nam Pallas ante ruentem
Dum furit, incautum, crudeli morte sodalis,
Excipit, atque ensem tumido in pulmone recondit,

ex illo versu, *Dum furit, incautum, crudeli morte sodalis*, hunc fecit, *Dum furit, incautum, crudeli morte peremit*. Alioqui dicendum fuerit, eam postrema duo vocabula aliunde sumpsisse, sed mutando *peremptum* in *peremit*. Legitur enim Æneid. 6.

--indigna morte peremptum.

Iam verò & in eo versu qui illi proximus est, aliquid μετεποίησεν. nam ex Virgilianis *suadet enim*, fecit *suasit enim*, quum dixisset poeta ille duobus in locis, *Suadet enim vesana fames*. Reliqua autem pars versus ex isto excerpta est, (qui legitur Georg. lib. 4.)

Scis Proteu, scis ipse: nec est te fallere cuiquam.

Centonis 27. (cuius argumentum est, Deū infligere homini labores) versus sunt hi,

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,
Omne æuum ferro teritur: primusq. per artem,
Heu miserande puer, terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues: horrebit in aruis
Carduus, & spinis surget paliurus acutis,
Lappæque, tribulique, & fallax herba veneni.
At si triticeam in messem robustaque farra
Exercebis humum, frustra expectabis aceruum,
Concussaque famem in syluis solabere quercu.
Insuper his subeunt morbi, tristisque senectus.

Quibus versibus videtur addi hic debuisse,

Et labor & diræ rapit inclementia mortis.

Sed ibi perperam inchoat Centonem 28. eiq. subiunguntur isti,

Hæc tibi semper erunt. tuque ò sauissima coniux
Non ignara mali, caput horum & causa malorum,
Magna tibi commissa lues. heu perdita nescis,
Nec quæ circumstent te tanta pericula cernis.
Nunc merere, &c.

Ad Centonem 35. eundemq. vltimum eorum, quibus primæ historiæ Genesis describuntur (licet capita appellentur, non Centones) veniendum esse censeo. Illi igitur argumentum hoc præfixum est, Populus Israël fugit à Pharaone in desertum, & transit mare rubrum: & datæ sunt leges Moysi.

Diluuio ex illo patribus dat iura vocatis
Omnipotens, magnisque agitat sub legibus æuum
Quid memorem infandas cædes, quid facta tyrāni,
Nesciaque humanis precibus mansuescere corda?
Ægyptum, viresque Orientis, & vltima bella,
Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis,

Quo

Quo cursu deserta petiuerit & tribus, & gens
Magna virũ, tanti meriti non immemor vnquam,
Quique sacerdotes adsint altaria iuxta
Quique pij vates pro libertate ruebant,
Qui bello exciti reges, quæ littore rubro
Complerint campos acies: quibus arserit armis
Rex, genus egregium, magno inflammante furore
Agmen agens equitum & florentes are catervas.

Aptissima suo argumento hemistichia ex Virgilio excerpsit, è quibus duos primos versus composuit. Vterque enim ex duobus hemistichiis constat, quæ sunt diuersis è locis sumpta. Legimus enim Æn. 7.

Diluuio ex illo tot vasta per æquora vecti.

Libro autem eiusdem poematis 5.

Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.

Ad secundum versum quod attinet, quæ in eo prima est vox *omnipotens*, in variis huius poëtæ locis legitur, vt omnibus qui illum versarunt, notum esse potest: ea autem quæ versum illum absoluunt verba, sunt ex Georg. libro 4. petita, de apibus,

Solæ communes natos, consortia tecta
Vrbis habent, magnisque agitant sub legibus æuum.

Obseruandum est igitur mutationem duplicem hîc esse: primùm, in eo quòd pluralis *agitant* vertitur in singularem *agitat*: deinde, quòd huius verbi vsus mutatur. Ibi enim agitare æuum sub legibus dicuntur qui legibus sibi datis parent: apud hanc autem Centonum concinnatricem, ipse legislator agitat sub legibus æuum eorum quibus dat leges, quasi quis eum illorum æuum sub legibus exercere dicat. Quòd si quis dubium sibi esse obiiciat an istud genus loquendi hoc quoq. modo vsurpari possit, ego hanc quoq. libertatem tali carminum concinnationi concedi respondebo, quibusdam vocabulis, necnon quibusdam loquendi generibus, eum quoq. vsum de quo dubitatio moueri possit, tribuendi. Duo qui proximè sequuntur versus, valde & ipsi personæ cui tribuuntur conueniunt. Videntur autem & cęteri omnes qui sequuntur, pendere ab illis verbis, *Quid memorem*? Alioqui dicendum esset ad verbum *prætereo* referri: quod in isto habetur versu, qui alter est eorum quibus locus hic clauditur.

Cætera facta patrum, pugnataque in ordine bella
Prætereo, atq. alijs post me memoranda relinquo.

Illos versus sequitur titulus hic, De mysteriis noui Testamenti: & primò de incarnatione filii Dei per Spiritum sanctum.

Nunc ad te & tu magne Pater consulto reuertor.
Maius opus moueo. natum prædicta priorum
Aggredior. quamuis angusti terminus æui
Accipiat, tentanda via est qua me quoq. possim
Tollere humo, & nomen fama tot ferre per annos
Quot tua progenies cœlo descendit ab alto,
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium aduentùmque Dei quum fœmina primum
Virginis os habitùmque gerens (mirabile dictu)
Nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt.
Sed quia terrifici cecinerunt omina vates,
Aduentare virum populis terrisque superbum,
Semine ab æthereo: qui viribus occupet orbem,
Imperium Oceano, famam q. terminet astris.

In his esse aliquid reprehensione dignum videtur, & quidem illud potissimum de virgine, *Virginis os habitùmque gerens*. dicat enim aliquis, eam quæ virginis os habitumq. gerat, non protinus esse virginem: imò non solere hæc dici de virgine, sed potius de ea quę virginis speciem præseferat. Ac fateor quidem in huiusmodi concinnatione versuum multa tolerari, quæ, si ad viuum exigantur, meritò reprehendi possint: sed eam libertatem, quæ in profanis conceditur, in rebus sacris esse itidem vsurpandam nego. In versu qui illum proximè sequitur, non dubito quin pro *edunt*, quod est apud Virgilium, ipsa *edit* scriptum reliquerit. Certè nisi ita legatur, dicendum erit versum inter hunc & illum esse omissum. Qui autem hunc excipit ita scriptus est in illo exemplari,

Sed quia terrifica cecinerunt omnia vates.

Qua in lectione tria sunt menda, sed quorum vnum, videlicet *omnia* pro *omina*, maximam partem earum Virgilii editionum quæ meam præcesserunt, occupauit. *Terrifica* perperam scriptum esse pro *terrifici*, nemo est qui statim animaduertere non possit. Apud ipsum poëtam *seràque* non *sed quia* legimus: ideò & illam scripturam inter mendosas numeratum iri puto, de qua tamen munera satis esse existimaui. Iudicium eius fortasse quispiam desideret in eo etiam, qui sequitur, versu,

Aduentare virum populis terrisque superbum.

Sumptus est autem ex Æneid. 2.

--tot quondam populis terrìsque superbum
Regnatorem Asia.

Sed vocem *superbum*, quæ hîc locum habet, non itidem habere illic puto. Quanuis enim quoties poetæ quempiam re aliqua superbũ esse dicunt, in vitio vox hæc non ponatur, sed plerunq. perindè sit acsi potentem appellent, & habere vnde superbire possit, dicant: hîc tamen alia quærenda fuisse videtur.

Quòd si etiam non superbum, sed potentem vocasset, non populis terrisque potentem dicere debuerat, sed alia potius re quæ terrestribus regibus cum illo communis non esset. Eo autem minus hîc excusari potest, quo plura sunt apud Virgilium quæ conuenire tali regi poterant.

Cen-

Centonis 3. qui est de Magis offerentibus munera, & stella eorum duce, sunt hi versus,

Haud mora, continuò cœli regione serena
Stella facem ducens magna cum luce refulsit.
Agnouère deum proceres, cunctìque repente
Muneribus cumulant, & sanctum sidus adorant.
Tunc veri manifesta fides, clarùmque paterna
Nomen virtutis: sed coram agnoscere vultum
Flagrant, & quædet diuini signa decoris.

In hoc Centone placent hæc potissimum,

Agnouère Deum proceres.

Necnon ista,

Tunc veri manifesta fides, clarùmque paterna
Nomen virtutis: sed coram &c.

Non sequor autē lectionem exemplaris è quo hæc descripsi, sed quæ est apud ipsum Virgilium. Illud enim exemplar habet, *Nomen virtutis,& Christi agnoscere vultum.* Vbi primùm quidem & perperam positum esse pro *sed*, ipsa versus dimensio ostendit: deinde eam *Christum* scripsisse non *coram*, vt legitur apud Virgilium, ideò verisimile non est, quòd nihil mutatione ista sit opus: nihil autem mutare, nisi cogente necessitate, soleat: neque certè id nisi tum, fieri debeat.

Argumentum Centonis 4. ibi hoc est, Herodes rex turbatur audita natiuitate Iesu Christi. Fit tamen in his eius versibus & matris eius mentio.

Protinus ad regem magno clamore furentem
Fama volat, magnasque acuit rumoribus iras.
Incenditque animum, matrìsque allabitur aures.
Illa dolos dirùmque nefas, haud inscia rerum,
Præsensit, motùsque excepit prima futuros.
Præscia venturi furtim mandauit alendum;
Dum curæ ambiguæ, dum mens exæstuat ira.

Rectius autem fortasse legeretur in secundo versu *magnìsque* quàm *magnàsque*: vt ille ablatiuus esset pro ablatiuo Virgiliano *varijs*; lib. 9.

——*varìisque acuunt rumoribus iras.*

Quum autem eos tantùm locos qui mihi præ cæteris placent afferre velim, ad Centonem 15. transibo, eius initium sumens à tribus versibus quibus 24. malè ibi clauditur. Est autem ille de Christo qui ementes & vendentes de templo expellit,

Iàmque propinquabant portis: templùmq. vetustum
Antiquæ cedri, centum sublime columnis
Ingreditur, magna medius comitante caterua,
Horrendum syluis. hoc illis curia templum,
Hæ sacris sedes: mu o quod honore colebant.
Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo,
Horrescit visu subito, insonuìtque flagello,
Significàtque manu, & magno simul intonat ore,
Quæ scelerum facies? quæue ara micantia cerno?
Cæsaris & nomen? quæ mentem insania mutat?
Hæc nobis prima est sedes, hic tempore certo
Perpetuis soliti patrum considere mensis.
Obstupuere omnes: gelidusque per ossa cucurrit
Ima dolor, mensasque metu liquere priores.

Fuit autem mihi in emendando hoc loco, sicut & in alijs, multum laborandum, quum & omnia apud Virgilium (ad quem recurrendum est) non sint obuia, & hæc alicubi ab ea quæ apud illum extat, lectione aliquantum deflectere necesse habuerit. Exempli gratia, in quinto Centonis huius versu, vbi scripsi *Hæ sacris sedes*, in illo exemplari est, *Hac sacre sedis.* Quòd si pro *sacre* (quod ferri nullo modo potest) reponas *sacræ*, nondum locum hunc emendaueris, nisi & ex *sedis* facias *sedes*. Fortasse autem, ne sic quidem cum correxeris, sed retinenda fuerit vox *sacris* quæ est apud poetam. Atque id à me factum est. nam apud illum quidem est *Hæ sacris sedes epulis*: sed ille ex *sacris* adiectiuo fecit *sacris* substantiuum. Totus enim locus Virgilii, vnde hæc petita sunt, est hic, Æn. 7.

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis
Vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horrendum syluis & religione parentum.
Hinc sceptra accipere & primos attollere fasces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum,
Hæ sacris sedes epulis.

Cur autem hanc templi descriptionem imitari hîc Proba voluerit, ipsa viderit. Ad sequentia vt pergam, vocem *Nanque* in principio sexti mutandam censuissem. Quod verò in octauo pro *incipit* scripsit *intonat* (legitur enim apud Virgilium, Æneid. 12. *Significatque manu, & magno simul incipit ore*) mihi summopere probatur. Neque tamen hîc illa parodiæ in immutando libertate, cuius antea memini, vsa esse dicenda fuerit: aut certè, si vsa sit, in illa ipsummet Virgilium esse sequuta. Quum enim ille Æneid. 12. scripserit,

Significàtque manu, & magno simul incipit ore,

libro autem sexto eiusdem operis,

Exurgìtque facem attollens, atque intonat ore,

qui parodiam hîc esse dicet, meritò eam ex eodem poeta petitam esse fatebitur.

Decimus versus in illa horum Centonum editione valde deprauatus est: quippe qui ita legatur, *Cæsaris & nomen: & nomen insania mutat.* quum posterior pars versus ita scribenda sit, ex libro 4. *quæ mentem insania mutat?* At in priore parte ex Georgic. 3. sumpta rectè scriptum est, *Cæsaris & nomen.* vbi respicitur ad eum locum in quo narratur exhibitum fuisse Christo nummum, cui Cæsaris effigies insculpta esset.

Libet (vt citò huic Centones istos excerpendi labori finem imponam) ad eum qui ordine est 38. excurrere: quum & ipse in corum

rum sit numero qui mihi supra cæteros probantur. Eius argumentum est, Christum post resurrectionem, foribus clausis, Apostolis atque aliis qui cum illis congregati erant, apparuisse,

Ecce autem primi volucrum sub culmine cantus,
Ingreditur linquens antrum, spoliisque superbus
Ibat ouans: pulsùque pedum tremit excita tellus.
Vulneràque illa gerens, foribus sese ingerit arctis,
Atque hic ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenit admirans numerum, cunctìsque repente
Improuisus ait, Coram, quem quæritis, adsum.
Vicit iter durum pietas, & viuida virtus.
Præcipites vigilate viri: timor omnis abesto.
Hi vestri reditus, expectatìque triumphi.
Hæc mea regna, fides, &c.

In proximè autem sequente Centone ista historiæ optimè sunt aptata,

Et simul his dictis faciem ostendebat, & ora:
Ora manùsque ambas.

Cento 41. (qui & vltimus) est hic, de Christo in cœlum videntibus discipulis ascendente,

His demum exactis, spirantes dimouet auras
Aëra per tenerum: cœlòque inuectus aperto,
Mortales visus medio in sermone reliquit:
Infert se septus nebula, mirabile dictu:
Atque illum solio stellantis gloria cœli
Accipit, æternùmque tenet per secula nomen.

Plura Centonum exempla excerpturus ex hoc libro eram, nisi mihi passim in mendis, tanquam in salebris, hærendum fuisset: & nõnulla esse vidissem in quibus veteris exemplaris auxilium desideretur: quum alioqui periculosum sit, ne, si vbique eam quæ apud Virgilium est lectionem reponamus, quædam aliter scribamus quàm ipsamet horum Centonum concinnatrix scripserit, siue alio Virgilii exemplari vsa (id est, diuersam à nostris lectionem habente) siue memoria lapsa. Aliquot enim in locis quædam mihi videri melius quàm apud ipsum Virgilium legi, non dissimulabo: sed nonnulla etiam esse credibile est, in quibus sua eam memoria fefellerit: id est falsa sit, quòd nimium memoriæ suæ fideret. Verbi gratia, quod Centone 41. quem modò attuli, scriptum est *stellantis gloria cœli*, non *regia*, non aliunde quàm ab ipsa, quæ non bene Virgiliani illius loci meminisset, profectum esse, aliquis non immeritò fortasse dixerit. Sic quod Centone 26. legitur *occurrunt*, non *apparent*, vt apud Virgilium (hoc in loco, *Postquam altum tenuere rates nec iam amplius vlla Occurrunt terra*) id non librarii incuriæ, sed memoriæ ipsius Probæ non satis fideli adscripserim, id est ἁμάρτημα siue σφάλμα, nõ γραφικὸν, sed μνημονικὸν esse dixerim. Quòd si etiam in exemplari aliquo lectio hæc extaret, eius fides minimè sequenda esset. Plura (inquam) Centonum exempla eam ob causam non proferam: neque certè ad ferendum de Probæ nostræ labore iudicium pluribus opus esse dixerim. Ex his enim, quid in huiusmodi concinnationibus versuum præstare potuerit, facilè perspicimus. Neque enim dubium est quin illa, in argumento quopiam liberiore, à multis quæ hîc duriuscula sunt, temperatura fuerit. Sunt enim inter alia (nequid dissimulem) quorundam locorum abusus aliquantum duri. Sed aliqui sunt vicissim loci adeò concinnè per abusum accommodari, vt multo aptiores quã si nullus esset abusus possint videri. Majorem quidẽ certè abusus quàm vsus gratiam, majoremq. leporem esse, nemo negauerit. Talis autẽ abusus exẽplũ habuimus paulò ante in hoc loco, — *mensasq. metu liquêre priores*: à mensis in quibus epulamur, ad trapezitarum mensas Virgilianum versum traducendo. Eiusmodi est verborum illius poetæ catachresis ibidem, in isto hemistichio, ——— *quæ ara micantia cerno?* quinetiam nonnulli sunt loci vbi tam aptè Virgilianis abutitur verbis, vt illis poeta ille potius abuti, ipsa autem vti videri possit veluti quum paradisum appellat rus diuinum: in hoc versu, *Si te digna manet diuini gloria ruris.* In quibusdam autem verbis, licet & ipsa aliò traducantur, ne vllus quidem abusus animaduertitur. veluti in istis, quæ Christus suam mortem prædicens ait, *Vnum pro multis dabitur caput*. Quid verò aptius ad commendanda vel potius imperanda charitatis officia inueniri potuit hoc versu, ex duobus diuersorum locorum hemistichiis conflato? *Da dextram misero, fratrem ne desere frater*. Nam τὸν πέλας appellare fratrem, hoc certè est Christianè ex Virgilio loqui. Digna sunt quæ ibidem animaduertantur, & illa, *Disce puer contemnere opes*, quæ tribuuntur Christo compellanti iuuenem illum prædiuitem. Iam verò & ad describenda quædam altiora fidei nostræ mysteria aptissimos versus seu aptissima hemistichia delegisse eam videmus. Atque id cum de aliis locis, tum de hoc dicere possumus, in quo Christi natiuitas describitur,

Iàmq; aderat promissa dies, quo tempore primùm
Extulit os sacrum diuinæ stirpis imago,
Missa sub imperio: venit de corpore virtus
Mixta deo.

Sed deprauatio quæ est in priore tertii versus hemistichio, aliquid tenebrarum nobis offundit. Neque satis cautè illud *Mixta deo* scripsit (si vera est hæc scriptura) meliùsque *Iuncta deo* scripsisset per parodiam.

CENTO II. VIRGILIANVS.

DXXVI.

PRAETER Centones Falconiæ Latinos, & Eudoxiæ Græcos, vix apud veteres alios reperias: vt mirum sit tanto tempore tam nobile inventum promotore caruisse. Ausonius Gallus videtur esse primus, qui nostrorum avorum ætate Centones scripserit, licèt in hoc carpendus, quòd purissimas Virgiliani fontis vndas argumenti obscœnitate macularit. Exstat vnus, qui *Nuptialis* vocatur. Huic præfixa est ad Paulinum epistola: vnde quædam proferam. Initium est hoc, *Perlege hoc etiam, si opera est friuolum & nullius pretii opusculum: quod nec labor excudit, nec cura limauit: sine ingenii acumine, & moræ maturitate. Centonem vocant qui primi hac concinnatione luserunt. Solæ memoriæ negotium, sparsa colligere, & integrare lacerata: quod ridere magis quàm laudare possis. Pro quo, si per Sigillaria in auctione veniret, neq. Afranius nauci daret, nec Stichum suum Plautus offerret. Piget enim Virgiliani carminis dignitatem tam ioculari dehonestasse materia.* Hæc ille: vbi observandum est, *concinnationem* ab eo de Centone dici, atque adeò hunc *concinnationem* appellari. Quod autem dicit, solius memoriæ (sed ibi est *solæ* scriptum ἀρχαϊκῶς) esse negotium, sparsa colligere, hoc equidem illi non concesserim: quippè qui, vt eorum quæ memoria collegerit, habeatur is, qui requiritur delectus, summo ingenii acumine opus esse contendam. Quum dicit *Integrare lacerata*, significat, ex laceris carminibus integra efficere: intelligens, vt opinor, de hemistichiis, ex quibus consutis integri versus fiunt. Quod dicit (tanquam veniam petens) pigere se Virgiliani carminis dignitatem tam ioculari materia dehonestasse, est certè (vt antea quoq. docui) quod eum pigeat & pudeat etiam, sed eorum quæ in Centone illo obscœna potius sunt quàm iocularia. Nam quin alioqui salva carminis Virgiliani dignitate, aliquid inde ad iocosam quampiam materiam traduci possit, minimè dubium est: præsertim quum ipsemet Virgilius quædam illi Æneidis operi, cuius tanta est grauitas atque dignitas, accommodauerit, quæ ex aliis suis poematis quorum humile potius argumentum appellandum est, excerpserat. In ijs quæ proximè sequuntur, Valentinianum imperatorem ludo eiusinodi nuptias descripsisse, & similem eadem de re concinnare iussum se ab illo fuisse ait. Vtitur enim hic, *concinnandi*, sicut in superioribus *concinnationis*, vocabulo. Sed *similem* quàm *simile* legere malo, vt ad *ludum* referatur. Interiectis quibusdam, suo illi opusculo varios titulos seu varia epitheta tribuit. *Accipe igitur* (inquit) *opusculum de inconnexis continuum, de diuersis vnum, de seriis ludicrum, de alieno nostrum: ne in sacris & fabulis aut Thyonianum mireris, aut Virbium: illum de Dionyso, hunc de Hippolito reformatum*. Ex his autem postremis verbis colligi posse videtur, de Baccho & Hippolyto ludicra etiam seu iocularia quædam cani fuisse solita, in quibus non jam ille, vel Bacchus vel Dionysus, sed Thyoneus seu Thyonianus: hic non Hippolytus, sed Virbius appellaretur. Reuera (inquit Seruius) Virbius est numen conjunctum Dianæ, vt Matri Deûm Attis, Mineruæ Erichthonius, Veneri Adonis. Dixerat autem in iis quę proximè præcedunt, eum, licet castus vbique inductus sit, & qui semper solus habitauerit, habuisse tamen filium. Possunt huc pertinentia quædam & ex Lactantio peti, De falsa religione lib. 1. cap. 17.

Sequuntur autem apud Ausonium hæc, quæ Centonis definitionem continent, *Variis de locis, sensib. sque diuersis, quædam carminis structura solidatur, in vnum versum vt coeant aut cæsi duo, aut vnus & sequens cum medio*. Quæ posteriora obscurius dici ab eo videntur, siquidem sit hic eorum sensus (vt esse videtur) vnum cum sequenti posse sumi, modò aliquis sit intermedius. Hoc enim verba proximè sequentia declarare videntur, quibus duos junctim locare ineptum esse tradit. Addit enim, tradens quædam de Centonum concinnatione præcepta, *Nam duos iunctim locare ineptum est, & tres vna serie, meræ nugæ. Diffunditur autem per cæsuras omnes quas recipit versus heroicus: conuenire vt possit aut penthemimeris cum reliquo anapæsto*, &c. At enim quod Ausonius ineptum esse judicauit, duos nimirum versus junctim collocare, non aliorum omnium itidem qui talia poemata concinnarent, judicio ineptum fuisse comperio. Atque adeò quum hoc dicit, aliquos qui id sibi permitterent, videtur velle reprehendere. At ego illos ob tres quidem junctim seu vna serie positos, reprehensionem meruisse dixerim, ob duos verò, non item: si tamen ne hoc quidem frequenter sibi permiserint. Imò verò quomodo potuit Ausonius in aliis improbare quod sibi licere existimauit? Sed iam aliquot ex illo Centone selectos a me, vt tibi pro exemplis essent, locos, proferre libet. Hi sunt igitur primi versus descriptionis cœnæ nuptialis.

Ex-

Expectata dies aderat, dignisque hymenais,
Matres atq. viri, iuuenèsque ante ora parentum
Conueniunt, stratòque super discumbitur ostra.
Dant famuli manibus lymphas, oneràntq. canistris
Dona laborata Cereris, pinguìsque ferina.
Viscera tosta ferunt. series longissima rerum.
Alituum pecudùmq. genus, capreæque sequaces
Non absunt illis, nec oues hædique petulci,
Et genus æquoreum, dama, ceruìque fugaces.
Ante oculos interque manus sunt mitia poma.
Postquã exempta fames, & amor compressus edẽdi,
Crateras magnos statuunt, Bacchumq. ministrant.
Sacra canunt, &c.

Primi versûs hemistichium prius, *Expectata dies aderat*, est ex Æn. lib. 5.

Expectata dies aderat, nonàmque serena
Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant.

Illa autem altera pars, *dignìsque hymenais*, est ex Æn. lib. 11.

Quin gnatam egregio genero dignìsque hymenais
Des pater.

Sed qui hîc minimè durus est datiui vsus cum verbo *des*, dutiusculus illic cum verbo *conueniunt* esse videtur. Secundus versus ex duobus & ipse versibus conflatus est, sed eiusdem libri (qui sextus est Æneidis) & quidem valde vicinis, quum vnus duntaxat versus sit interiectus. In eo enim legimus de turba ad ripas Acherontis effusa,

Matres atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimûm heroum, pueri, innuptaq. puellæ,
Impositìque rogis iuuenes ante ora parentum.

Sed pro *iuuenes* permisit sibi *iuuenesque* dicere. Legi autem eosdem illos versus & lib. 4. Georg. sciendum est. & ex eorum numero esse in quibus illam Homeri in repetendis quibusdam libertatem vsurpat.

Tertius versus ex vno eodèmque loco sumptus est, libri Æneid. 1. vel potius vnus ex illius versibus est.

Iam pater Æneas & iam Troiana iuuentus
Conueniunt, stratòque super discumbitur ostro.

In quarto incipit suam ipsemet legislator legem prætergredi. Quum enim dixerit (vt antea commemoravi) duos versus junctim locare ineptum esse, id tamen ipse hîc facit: vnica voce mutata. Siquidem illum cujus initium est *conueniunt*, iste excipit,

Dant famuli manibus lymphas, Cereremq canistris
Expediunt.

Nisi fortè ita se excuset Ausonius, vt dicat se priora illa verba, *Dant famuli manibus lymphas*, pro dimidia tantùm parte versus habere, & vocem *canistris* non ex eodem versu (licet in eo extet) sed ex alio sumere, in quo etiam verbum *onerant* sibi præfixum habet, & sequuntur ipsam illa verba, *Dona laborata Cereris*. Is autem est Æneid. 8.

Tum lecti iuuenes certatim aræque sacerdos
Viscera tosta ferunt taurorum: oneràntq. canistris
Dona laborata Cereris, Bacchùmque ministrant.

Vbi obserua inveniri etiam illa quæ in sexto versu posuit Ausonius verba, *Viscera tosta ferunt*: necnon hæc, *Bacchùmque ministrant*, quibus claudit duodecimum. Genitivi illi *pinguìsque ferina*, ex quibus constat posterior pars quinti versus, sunt ex Æn. 1. *Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferina*: sed non satis aptè (meo quidem judicio) Ausonius nomini *dona* hunc genitivum junxit. Neq. enim ita dici possunt dona ferinæ carnis, vt dicuntur dona Cereris, dona Bacchi, dona Veneris, à poetis.

Illud posterius sexti versus hemistichiũ, ---*series longissima rerum*, ex primo libro deprompsit, & in diversum planè vsum traduxit. Ita enim Maro,

Ingens argentum mensis, calataque in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum,
Per tot ducta viros, antiquæ ab origine gentis.

Sed liber in sequentibus etiam Ausonii versibus (id est, iis qui supersunt ex duodecim quos primos in exemplum attuli) eam quæ vtatur in excerpendo artem ostendere. Illa igitur *Alituum pecudùmque genus*, sumpta sunt ex libro 8. Quæ versum absolvunt, *capreæque sequaces*, ex Georg. 11. In octauo versu verbum *absunt*, cui junguntur nominatiui *oues hædique petulci*, ex alio est loco. Ita enim Georg. lib. 11. in descriptione bonorum quibus fruũtur agricolæ,

Mugitùsque boum, mollesque sub arbore somni
Non absunt: illic saltus ac lustra ferarum.

At reliqua versus pars, *-nec oues hædique petulci*, est ex principio libri Georg. quarti. Nonus versus ex iis est, qui ex diuersis sunt locis collecti. Legitur enim Georg. 3.

Omne adeo genus in terris hominùmque ferar ùmque,
Et genus æquoreum, pecudes pictæque volucres,
In furias ignemque ruunt. amor omnibus idem.

At verò illa, *dama ceruique fugaces*, sunt ex Georg. 3. Miretur autem aliquis prima fronte cur totum illum versum, *Et genus æquoreum, pecudes pictaque volucres*, optimè sermoni suo conuenientem, non mutuatus sit: sed mirari desinet, quum eadem aliis verbis iam dicta fuisse considerabit: his videlicet, *Alituum pecudùmque genus*. Decimus versus, *Ante oculos interque manus sunt mitia poma*, factus est ex isto libri 11. *Ante oculos interque manus sunt omnia vestras*. Videtur autem (si & hîc censuram adhibere fas est) nimium brevis in hac secundæ mensæ descriptione fuisse, nec tantùm poma mitia dare illi debuisse, vt vltima primis responderent. Qui autem sequuntur duo versus, ex hemistichiis quæ memoria facilè

hujus poetæ lectoribus suggeret, suntconflati.

Versus illos apud Ausonium excipiunt isti,
Sacra canunt, plaudunt choreas, & carmina dicunt,
Necnon Threicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.
At parte ex alia biforem dat tibia cantum.
Omnibus vna quies operum, cunctique relictis
Consurgunt mensis &c.

In versu qui horum primus est, haud dimidia pars ex vno loco, dimidia ex altero sumpta est, sed illa duntaxat *Sacra canunt*, sunt ex Æn. lib. 2. cætera autem ex 6. In duobus proximè sequentibus sui videtur fuisse oblitus Ausonius. id est, eorum, quæ dixerat, de non locandis junctim duobus (quum enim dicit, duos junctim locare, ineptum esse, nimirum id facere vetat) quippe qui sibi permittat vnum alteri proximè adjungere, vt in loco Virgilii Æn. 6. Nisi fortè aliquid aliud verba illa apud eum significant.

Paucis interjectis sequitur hęc egredientis sponsæ descriptio,
Tandem progreditur Veneris iustissima cura,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis,
Virginis os habitumque gerens: cui plurimus ignem
Subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit,
Intentos voluens oculos: vxorque videndo.
Illam omnis tectis agrisque effusa iuuentus
Turbaque miratur matrum, vestigia primi
Alba pedis, dederatque comam diffundere ventis.
Fert picturatas auri sub tegmine vestes,
Ornatus Argivæ Helenæ. qualisque videri
Cœlicolis & quanta solet Venus aurea contra,
Talis erat species, talem se læta ferebat
Ad soceros, solioque altè subnixa resedit.

In his quoque versibus non desunt, quæ displiceant: ac primùm illud, *Intentos voluens oculos*, de rege Latino dictum lib. 7. de pudibunda virgine præter decorum dici videtur. Pudibundam quidem certè depingit illis verbis, quæ sunt ex libro 12. de Lauinia, *cui plurimus ignem subiecit rubor*, & c. Parum placet & hemistichium, hoc posterius, versus 11. *Venus aurea contra*, quod adverbium contrà in eo sit omnino supervacaneum. Sumptum est autem ex hoc loco, libri 10.

Iupiter hæc paucis, at non Venus aurea contra
Pauca refert.

At verò in plerisque eorum quæ sequuntur, felicior fuit. Ac difficile certè est vbique invenire particulas, quæ ita versum absolvant, vt sine vlla adversus metrum licentia sermoni instituto aptè cohæreant: nisi aliqua interdum parodiæ libertas adhibeatur, id est, nisi ius parodiæ seu parodorum vsurpando, aliquid interdum immutetur. Qua tamen in re fuisse religiosior videtur Ausonius: quam alioqui eos, qui Homerocentra scripserunt, id sibi permisisse, antea docuerim.

At de Probæ Falconiæ Centonibus quid dicemus? Ad argumentum quidem certè quod attinet, est quòd eius opus Ausoniano præferamus, imò verò hac in parte ne comparari quidem hoc cum illo debere fateamur: quum in hoc Ausonii opere Virgilianæ Musæ dignitas imminuatur, & plerique versus ludibrio exponantur, (ita vt contumelia illos affici aliquis non immeritò queri possit, & tali abusu deturpatos miserans, ex eodem poeta exclamare, *---quæ causa indigna serenos Fœdauit vultus?*) at in illo Probæ Falconiæ tantùm absit, vt aliquid dignitati aut etiam maiestati Musæ illius decedat, vt contrà multum ad eam accedat: & ex augustis sacri quodammodò versus Virgilii reddantur, necnon, sicut ab Ausonio, profanentur. quod quum dico, ad ipsa Musarum sacra respicio. Nullo, inquam, modo dignus est Ausonii labor qui cum nobiliris huius labore, ad argumentum quod attinet, conferatur. Sed non pari successu suum hæc tractasse à nonnullis fortasse judicabitur: ego exemplis allatis; suum cuiq. judicium relinquam. atq. eo lubentius hæc à me proferuntur, quo plures fore puto, quibus hac in re gratificabor. Eò autem gratiora esse futura spero, quo sunt rariora. Contingit enim huic opusculo, quod plerisque alis, vt quanvis olim excusum, à multis hoc tempore, ob exemplarium raritatem, pro novo haberi possit. Id certè in causa fuit cur exemplari horrendum in modum mendoso vti, quum aliud non suppeteret, & in singulis penè versibus ad ipsum Virgilium confugere necesse habuerim. &c.

§ DXXVII.

AVSONIVS Gallus, vt videris, Virgilij gravitatem, modestiamq. in argumentum lascivum & obscœnum traduxit: at meliori consilio D. Petrus Angelus Spera, Pomaricanus Presbyter, Virgilii ethnicas fabulas jussit in Orthodoxæ Religionis fundamenta transire: & sicut olim Falconia, sic etiam ipse nunc, PatientemD. N. Iesum-Christum Virgilianis numeris modulatur. Opus doctum & pium in quatuor libros secuit, quos Neapoli anno 1647. edidit apud Savium, & Innocentio X. Pontifici summo dicavit: & in ipsâmet Nuncupatione sic inquit. *Virgilianam Musam, Gratiarum altricem, atq. suavissimi carminis maiestate multiplicem, & exaggeratam felici correptus œstro ad acerbissimam Christi Seueri.*

ris mortem enarrandam compositis inter sese de industriâ sensis accuratè traduxi, Centonemque formavi, quo non fabulosa mendaciorum insania, sed cælitum gloria triumpharet. Non alius mihi cantur Æneas, quàm nostræ salutis vindex, qui infirmum & criminosum hominem humeris sustulit suis, ut ex æternitatis flamma sospitem eriperet, in Calvariæ iugo Parnasum, Heliconem in divini sanguinis nactus sum fonte, neq. aliam libuit laurum appetere, coronam affectare, quam Crucem, & Christum in ipsa confixum. Nimirùm illorum impudentiam stolidè doctam ferre minime possum, qui nullam arbitrantur poesim, quæ impurissimis Amorum lusibus abstineat; & in venustum Apollinem crepant è Tripode, quem non expoliverit Venus. Ego autem, ut ab istorum grege procul abessem longe, Virgilium ex Ethnico Christianum feci, quo ipsa somniantis Pindi deliria cederent in Magisterium Pietatis.

Ejusdem argumenti & opus illud, quod inscribitur, *Virgilii evangelizantis Christiados libri 13. in quibus omnia, quæ de Domino Nostro Iesu-Christo in utroque Testamento vel dicta, vel prædicta sunt, altisonâ Divini Maronis tubâ suavissimè decantantur, Instante Alexandro Rosæo Aberdonense.* Prodiit Londini in Angliâ ann. 1638. & alloquitur lectorem his verbis.

Arma, Virumque Maro cecinit; nos acta, Deumq;
Cedant arma Viri, dum loquor acta Dei.

Prodierint etiam alii similes libri, ut opinor, nam Orbis literarius est magnus, & ingenia Virgilio-centonibus delectantur: at illos nondum vidi, & ideò debitâ laude celebrare non possum.

CENTO III. VIRGILIANVS.

Relaxatos bellorum & temporum iniuria aliquorum Religiosorum mores reprehendens.

DXXVIII.



ÆRESES ob oculos proposuisse, impugnasse est, ait Hieronymus: & ego hac doctrinâ preventus, existimo idem esse exorbitantias Religiosorum injuriâ belli & temporis relaxatorum recensere, quod carpere: Hanc ob rem postquam audivimus Virgilium labore & industriâ Welleri divinam S. Benedicti vitam, & veterum Monachorum mores severissimos edisserentem, audiamus iterum eumdem Virgilium ingenio & industriâ Capilupi deformatos aliquorum locorum mores repræsentantem, ut opposita iuxta se posita magis lucere queant. Multa sunt hodie reformatissima veterum & juniorum Ordinum, non solùm in Hispaniâ, Galliâ, Belgio, Italiâ; sed etiam in ipsâ Germaniâ: at ante centum annos cum Martii nupsit Hæresis, non item. Multi post Martinum Lutherum Religiosi aut Presbyteri, observantiæ regularis immemores, divitiis Ecclesiarum abuti, & genio indulgere cœperunt. Horum insolentiam præstringit Virgiliano Centone Capilupus, quem licèt post multos alios collocem, tantùm abest, ut laudem postremam ei tribuere velim, ut potiùs primâ dignum esse judicem, & de ipso etiam Ausonio, si cum eo contendere velit, propemodùm ausurus sum dicere, *Impar congressus Achilli.* Capilupi igitur Centonē subiiciamus.

Ille ego qui quondam, quum Gallus amore periret,
Noctes atque dies cecini sub tegmine fagi
Carminibus patriis lenium spectacula rerum,
Maius opus moveo. Non hic te carmine ficto
Magnanime Ænea, nec te rationis egentem
Infelix Dido miseri post fata Sichæi:
At fratres rerum dominos, gentèmque togatam,
Illustres animas & corda oblita laborum
Dicam equidem, fretus citharâ, fidibúsque canoris
Fatidicæ Mantus. non omnia possumus omnes.
O decus Italiæ, magnæ spes altera Romæ,
Cura Deum Hippolyte, proles pulcherrima bello,
Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis:
Tu mihi, seu magni superas iam frigora Rheni,
Horridus in iaculis & pelle Libystidis ursæ,
Arma inter regum, clypeòque insigne paternum
Centum angues cinctámq; gerit serpentibus hydram,
Arduus insurgens & grandia lilia quassans.
Sive Padi ripis augusta ad mœnia regis,
Unde genus ducis, Tyrio conspectus in ostro,
Inter sacra deum patribus das iura vocatis:
Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis.

Cætera apud Authorem ipsum videri poterunt, ego enim scommata non libenter transcribo.

Omnia hæc carmina (cæsa aut integra) sumpta sunt ex Virgilio: at loca non adnotavit Capilupus, ut Weller fecit, & jam Poëtæ diligentiores faciunt; qui non solùm librum, sed versum etiam, numeris exprimunt, ut statim candidus lector videre queat, unde & quo carmen modo sit extractum.

Interim, quia non tam Centones dare, quam artem illos consuendi intendo, hunc accuratè recognoscam: &, quæ notatione digna sint, illustrabo: Igitur incipiam à proœmio, videlicet ab illis versibus,

At

At fratres rerum dominos, gentemq. togatam ;
Illustres animas, & corda oblita laborum.
Dicam equidem.

In primo versu Henricus Stephanus asserit parodiam committi: & authorem excusat, *Cùm in huiusmodi quaque centonibus* (verba eius sunt) *vt necessariò, ita etiam concessa sit aliquando parodica immutatio. Cùm igitur scripsisset Virgilius Æneidis lib. 1.* Romanos rerum dominos, gentemque togatam, *eleganter & appositè illud* Romanos *mutauit in* fratres : *quæ vulgaris est Monachorum appellatio, & quandam ἀσφάλειαν habet.* At pace Henrici hic parodia à Capilupo non committitur, sed illud carmen è duobus locis distantissimis sumptum, sic consui debet:

At fratres rerum dominos, gentemq. togatam.*

Ita vt prior pars excisa sit à versu 277. libri 12. vbi ait Virgilius,

At fratres animosa phalanx, accensaque luctu
Pars gladios stringit manibus, pars missile ferrũ.

Et posterior à versu 789. libri 6. quem dedi.

Secundus versus è duobus hemistichiis consutus est. libro enim 6. inquit Virgilius.

Illustres animas nostrũq; in nomen(lumen) ituras.

Et libro 4.

--fumma posita sub nocte silenti
Lenibat curas, & corda oblita laborum.

Quod autem ad prius hemistichium attinet, multa à Capilupo in toto hoc fatyrico scripto ironicè vsurpati, animaduertendum est.

Ad totum Poëma elimaveram Notas, sed siquidem illud nolui huc ponere, Notas esse superfluas judicans, illas etiam expungo.

CENTO IV. VIRGILIANVS.

Vitam, gesta, & miracula Sancti Benedicti comprehendens.

DXXIX.



Compellit me cruditio & devotio, vt alium Centonem eruditum huc referam, laudemq. P. Balthasarum Weller, Monasterii Sancti Dionysii in Bantz Franciæ Orientalis, Ordinis S. Benedicti Religiosum; magno enim temporis impendio & labore præcipua, quæ S. Gregorius recenset, expressit Virgilianis carminibus, addens nonnihil splendoris inventioni Falconiæ & veterum imitationi; dedit enim carmina Virgiliana (cæsa aut integra) & loca, vndè singula excerpta in margine diligenter expressit: quod nec in Latinis Falconia, nec in Græcis Endoxia, nec olim alius, quem sciam, fecerat. Liber hic non est rarus; est enim editus Bambergæ apud Augustinum Crinesium, & ideò Authorem nominasse sufficiat, quem si comparet lector, Flavissas pias & eloquentes lucrabitur.

CENTO V. VIRGILIANVS.

Statuas & elegantias Arundelianas commendans.

DXXX.



Inter paucos, qui hoc genere carminum delectantur, floret hodie D. Lucas Lancelottus Antuerpiensis, I. V. Doctor, qui omnia Virgilii opera tam præsenti memoria retinet, (narro, quæ vidi) vt cum omnium admiratione, quæcumq. folia jubeas, recitet, quin vel verbo labatur. Hic aliquos Centones Maronianos edidit, & adoptivorum carminum cæsuras accuratè distinxit, & numeris vtrinq. appositis locos ipsos notavit, vnde hemistichia sunt excisa. Hic artem & modum promovit: illumque, vt admireris, & etiam imiteris produco.

Cento ille dedicatur *Illustrissimo & Excellentissimo Heroi ac Dom. D. Thomæ Houuard, Houuardæ familiæ primo, Arundelliæ & Surræ Comiti, Maximo Britanniæ Mariscallo*, &c. fuit impressus Antuerpiæ anno 1643. & quia mihi summopere placuit, illum subficio.

Versum sextum & septimum, videlicet,

*Namina magna Deûm,*tum fatis debitus Arundelius inspirat, * à vos clarissima Mundi Lumina.*

laudavi & commendavi superiùs: versus profectò, quos omnes viri eruditi admirentur: & quidem, me judice, si in toto hoc poemate alii non essent, adhuc integra maneret D. Lancelotti gloria, qui tam ingeniosè & audacter scivit quærere, & tam feliciter invenire

nire in Virgilio Comitem *Arundelium.* Tu(le-ctor candide) versus singulos attentè lege, vt judices, an violenta connexio sit, an non potiùs tam elegans & connaturalis, vt voces natæ hîc potiùs, quàm aliundè excisæ, & consutæ hîc, aut vt Ausonius loquitur, concinnatæ, videantur?

Æn. 8. 36.	O Sate gente Deûm, *debellatorque ferarum,	*Aen.* 7. 651.
Æn. 9. 230.	Castrorum & campi * si quando ad prælia ventum est,	*Geor.* 3. 98.
Æn. 11. 616.	Fulminis in morem, * magnique ipse agminis instar.	*Aen.* 7. 707.
Ecl. 4. 11.	Teque adeò decus hoc ævi, *sanctissima conjux,	*Aen.* 11. 158.
Geor. 3. 522.	Purior electro, *magnam cui mentem animumque	*Aen.* 6. 11.
Æn. 2. 623.	Numina magna Deûm, *tum fatis debitus Arun-	*Aen.* 11. 759.
Aen. 6. 12.	Delius inspirat. *Vos ò clarissima mundi	*Geor.* 1. 5.
Geor. 1. 6.	Lumina, *jam totum famâ vulgatu per orbem.	*Aen.* 1. 462.
Geor. 1. 5.	Hinc canere incipiam, *si quid mea carmina possunt.	*Aen.* 9. 446.
Aen. 9. 525.	Vos, ò Calliope, precor, *& Deus auctor Apollo,	*Aen.* 8. 336.
Aen. 3. 529.	Ferte viam vento facilem, *adspirate canenti.	*Aen.* 9. 525.
Geor. 2. 42.	Non ego cuncta meis *veterum decora alta parentum,	*Aen.* 2. 448.
Aen. 1. 571.	Virtutesque, virosque *amplecti versibus opto.	*Geor.* 2. 42.
Geor. 4. 132.	Regum æquabat opes, *genus armipotentis Achilli	*Aen.* 6. 840.
Aen. 12. 888.	Ingens, arboreum *pariter pietate vel armis.	*Aen.* 6. 769.
Aen. 10. 139.	Te quoque magnanimæ, *repetentem exempla tuorum,	*Aen.* 12. 439.
Aen. 10. 463.	Victoremque ferant *victæ longo ordine gentes,	*Aen.* 8. 722.
Aen. 8. 516.	Militiam, & grave Martis opus, *tuaque optima facta,	*Aen.* 10. 791.
Aen. 6. 848.	Excudens alii, *pugnataque in ordine bella	*Aen.* 8. 629.
Aen. 6. 851.	Describent *Vates, & Phœbo digna locuti.	*Aen.* 6. 662.
Aen. 2. 101.	Sed quid ego hæc autem, *dulces ante omnia Musæ?	*Geor.* 2. 475.
Aen. 6. 625.	Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,	*Aen.* 6. 625.
Aen. 6. 759.	Expediam dictis, *vt duros mille labores,	*Aen.* 8. 291.
Aen. 6. 127.	Noctes atq. dies *media inter prælia belli	*Aen.* 12. 541.
Aen. 8. 293.	Pertulerit, *primâ repetens ab origine famam.	*Geor.* 4. 286.
Aen. 6. 792.	Hic vir, hic est *magnorum haud vnquam indignus avorum	*Aen.* 12. 649.
Aen. 1. 526.	Maximus Ilioneus, *vnum Tritonia Pallas	*Aen.* 5. 704.
Aen. 5. 705.	Quem docuit, multaque insignem reddidit arte,	*Aen.* 5. 705.
Aen. 7. 235.	Sive fide, seu quis bello est expertus & armis,	*Aen.* 7. 235.
Aen. 8. 683.	Arduus agmen agens *seu cùm pedes iret in hostem,	*Aen.* 6. 881.
Aen. 6. 882.	Seu spumantis equi foderet calcaribus armos	*Aen.* 6. 882.
Aen. 12. 8.	Impavidus, *nulli veterum virtute secundus.	*Aen.* 11. 441.
Aen. 11. 36.	Vt verò *egregias idem disjecerit vrbes,	*Aen.* 8. 290.
Geor. 4. 132.	Regum *consilus habitus non futilis auctor,	*Aen.* 11. 339.
Aen. 6. 813.	Missus in Imperium *dextræ conjungere dextram	*Aen.* 8. 164.
Geor. 3. 47.	Cœsaris, *& notas audire & reddere voces,	*Aen.* 6. 689.
Aen. 4. 464.	Multaque prætereà *divini signa decoris	*Aen.* 5. 647.
Geor. 4. 148.	Prætereo, atq. aliis pòst commemoranda relinquo.	*Geor.* 4. 148.
Aen. 3. 602.	Hoc sat erit, *ò famâ ingens, ingentior armis:	*Aen.* 11. 124.
Aen. 11. 410.	Nunc ad te, & tua, Magne Pater, *spectacula rerum	*Geor.* 4. 3.
Aen. 6. 240.	Tendere iter, *liceat totum mihi ferre per orbem	*Ecl.* 8. 9.
Aen. 8. 377.	Artis opisque tuæ *magnum & memorabile nomen:	*Aen.* 4. 94
Ecl. 1. 32.	Nanque (fatebor enim) *tua terris didita fama	*Aen.* 8. 132.
Aen. 5. 603.	Hac celebrata tenus, *tantum mihi crescit in horas,	*Ecl.* 10. 73.
Ecl. 10. 74.	Quantum vere novo viridis se subjicit alnus.	*Ecl.* 10. 74.
Aen. 4. 569.	Eja agè rumpe moras, (*fugit irreparabile tempus)	*Geor.* 3. 284.
Aen. 8. 500.	Flos veterum virtusque virûm, *secludite curas,	*Aen.* 1. 567.
Aen. 6. 663.	Inventas aut qui vitam excoluere per artes:	*Aen.* 6. 663.
Aen. 11. 739.	Hic amor, hoc studium, *quo non præstantius vllum.	*Geor.* 2. 127.
Geor. 1. 251.	Illic sera Rubens *intentis omnibus vnus,	*Aen.* 3. 716.

At-

Æn. 7. 814. Attonitis inhians animis,*vestigia pressit: Aen. 6. 331.
Æn. 6. 595. Nec non & TITIAN,*quo non præstantior alter, Aen. 6. 164.
Æn. 12. 220. Suppliciter venerans,*dicit se judice victum. Ecl. 4. 59.
Æn. 6. 487. Nec vidisse semel satis est,juvat vsque morari: Aen. 6. 487.
Aen. 1. 718. Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo. Aen. 1. 718.
Aen. 8. 483. Quid memorem*veterum effigies ex ordine avorum, Aen. 7. 177.
Aen. 1. 460. Artificumque manus inter se,operumque laborem? Aen. 1. 460.
Aen. 3. 464. Dona dehinc auro gravia,sectoque elephanto, Aen. 3. 464.
Aen. 5. 267. Cymbiaque argento perfecta,atque aspera signis? Aen. 5. 267.
Aen. 1. 379. Antè diem clauso componet vesper olympo. Aen. 1. 379.
Aen. 1. 597. Quale manus addunt ebori decus*arte magistrâ! Aen. 12. 427.
Aen. 10. 134. Qualis gemma micat,fulvum quæ dividit aurum! Aen. 10. 134.
Aen. 1. 598. Argentum Pariusve lapis circumdatur auro! Aen. 1. 598.
Aen. 7. 177. Quin etiam veterum effigies*excudit achates. Aen. 1. 178.
Geor. 4. 4. Magnanimosque duces,*dum fata Deûsque sinebant: Aen. 4. 651.
Ecl. 6. 27. Tum verò in numerum Faunosque ferasq.videres. Ecl. 6. 27.
Geor. 2. 494. Panaque,Sylvanumq.senem,Nymphasque sorores, Geor. 2. 494.
Ecl. 5. 73. Saltantes Satyros,*atque inter pocula læti, Geor. 2. 383.
Aen. 5. 588. Vt quondam*in pratis vnctos saliere per vtres. Geor. 2. 384.
Aen. 10. 527. Cælati argenti,*cælo capita alta ferentes Aen. 3. 678.
Aen. 1. 286. Romanos rerum dominos,*suaq.omnibus arma Aen. 9. 273.
Geor. 2. 117. Fert ebenum,*jamq.elati sublimè videntur Geor. 3. 108.
Aen. 7. 285. Sublimes in equis,*hîc Cæsar,& omnis Iüli Aen. 6. 790.
Aen. 6. 791. Progenies*ibant evincti tempora tænîs, Aen. 5. 269.
Aen. 6. 683. Fataque fortunasq.virûm*mirantibus addit: Aen. 6. 855.
Aen. 3. 148. Effigies sacræ Divûm,*spirantia signa, Geor. 3. 34.
Aen. 1. 659. Maxima gnatarum*media inter numina Divûm, Aen. 4. 204.
Aen. 12. 178. Et Pater omnipotens*hominum rerumq.repertor; Aen. 12. 829.
Aen. 8. 646. Nec non*agrestûm præsentia numina, Fauni, Geor. 1. 10.
Geor. 1. 7. Liber,& alma Ceres,*Ianique bifrontis imago, Aen. 7. 180.
Aen. 7. 180. Saturnusque senex,*servans sub imagine falcem, Aen. 7. 179.
Aen. 6. 307. Magnanimûm Heroum*simulacraq luce carentûm Geor. 4. 472.
Aen. 1. 122. Apparent,*nequeunt expleri corda tuendo: Aen. 8. 265.
Ecl. 1. 12. Vsque adeò*vivos ducunt de marmore vultus. Aen. 6. 849.
Aen. 11. 410. Nunc ad te*fandi doctissima Cymodocea, Aen. 10. 225.
Aen. 6. 28. Magnum Reginæ,*magnum Iovis incrementum, Ecl. 4. 49.
Aen. 2. 757. Me refero,*nostrosque hujus meminisse minores, Aen. 1. 738.
Aen. 7. 273. Et reor,etsi quid veri mens augurat,opto. Aen. 7. 273.
Ecl. 9. 39. Huc ades,ò ALETHEA,*tuus jam regnat Apollo. Ecl. 4. 10.
Geor. 1. 12. Munera vestra cano. *Quæ te tam læta tulerunt Aen. 1. 610.
Aen. 1. 611. Sæcula? qui tanti talem genuere parentes? Aen. 1. 611.
Aen 3. 321. O felix vna ante alias*cælestis origo Aen. 6. 730.
Aen. 4. 48. Conjugio tali,*qualis Berecynthia mater, Aen. 1. 785.
Geor. 2. 173. Salve magna Parens,*magnum quæ sparsa per orbem. Aen. 1. 607.
Aen. 8. 138. Vobis Mercurius*magno inflammatus amore, Aen. 3. 330.
Aen. 11. 338. Largus opum & linguâ,*sua munera lætus Apollo Aen. 12. 393.
Aen. 12. 394. Augurium citharamque dabat,*Tritonia virgo Aen. 11. 483.
Geor. 1. 416. Ingenium,*quo non aliud velocius vllum: Aen. 4. 174.
Aen. 5. 241. Et Pater ipse manu magnâ,*Iunone secundâ, Aen. 4. 45.
Aen. 6. 64. Dîque deæque omnes,*quæ cuique est copia,læti Aen. 5. 100.
Aen. 5. 101. Dona ferunt.*nobis tali sit munere majus? Ecl. 5. 55.
Geor. 1. 252. Hinc tempestates dubio prædiscere cælo Geor. 1. 252.
Aen. 7. 335. Tu potes,*hinc messisque diem,tempusque serendi, Geor. 1. 253.
Geor. 4. 222. Terrasque tractusque maris,cælumque profundum, Geor. 4. 222.
Aen. 6. 725. Lucentemque globum Lunæ,*cælique meatus, Aen. 6. 850.
Aen. 9. 21. Palantesque polo stellas,*Titaniaque astra, Aen. 6. 725

Ar-

Æn. 1. 749.	Arcturum,pluviasque Hyadas,*Solisque labores,	Æn. 1. 747.
Geor. 1. 1.	Quid faciat lætas segeres,*vnde imber & ignes,	Æn. 1. 748.
Æn. 1. 748.	Vnde hominum genus,& pecudes,* vitæque volantûm,	Æn. 6. 728.
Æn. 9. 446.	Fortunati ambo,*dum spiritus hos reget artus,	Æn. 4. 336.
Æn. 3. 493.	Vivite felices,quibus est fortuna peracta,	Æn. 3. 493.
Æn. 6. 745.	Donec longa dies*animâ seduxerit artus;	Æn. 4. 385.
Æn. 9. 248.	Non tamen omnino*memori vos eximet ævo:	Æn. 9. 447.
Ecl. 4. 15.	Ille Deûm vitam accipiet*fortissimus Heros,	Æn. 6. 169.
Æn. 7. 572.	Nec minùs intereà,*totâ cum stirpe videbit	Æn. 11. 394.
Ecl. 4. 16.	Permistos Heroas,& ipse videbitur illis:	Ecl. 4. 16.
Æn. 6. 71.	Te quoq.magna manent,*postquam te fata tulerunt,	Ecl. 5. 34.
Æn. 12. 765.	Præmia:*jam video medium discedere cœlum,	Æn. 9. 20.
Æn. 2. 777.	O dulcis conjux,*fatisque ad sidera tolli.	Æn. 12. 795.

PLACUIT hîc adscribere Objectiones non-nullas, quas contra Centones vidi interdum institui, & non semper, vt deberent, dissolvi. Sed quia D. Angelus Spera est vir ingeniosus & pius, prologum, quem suo Virgilio-centoni præfixit, legam, & ejus sententiâ, aut etiam verbis liberè vtens, propositum argumentum expediam.

Obiectio prima.

SAncta sacrè tractari debêt,& pia piè. Olim igitur Proba Falconia, & Eudoxia, heri Petrus Angelus Spera,& quotquot ex ethnicorum scriptis translatitio quodam labore cantarunt Christi historiam, sunt piaculares. Est enim propudiosum scelus Homerum aut Virgilium, Poëtas ethnicos facere Dei morientis historicos.

Sic invidię contra pietatem, virtutemq. vociferari placuit. at alter Lactantius, & alii viri docti & sinceri. Emanuël de Fariâ, in Aganippes suę prologo, quem *Advertencias* (inscripsit) *Proba Falconia, y Eudoxia tienen muchas violencias en sus Centones, y na die las obligò à escribirlos, y no por eso dexan de ser admiradas de todos los doctos por aquellos Poemas; tanto, que de la primera dice Lactancio, Firmiano, que no pudo obrarlo sin particular assistencia del Espiritu soberano*. Et quidem, si speciali Spiritussancti assistentiâ suum Centonem concinnavit Falconia, sancta scripsit & sanctè. Mos enim olim Ecclesiæ fuit procurata nefariis ritibus deorum tēpla in veri Numinis trophæum evehere. Quàm multa pleriq. Sanctorum Patrum è superstitiosis veterum commentis excerpsere? Neminem pręterit, quod Israëlitico populo, ex Aegypti tādem latebris evasuro, Deus imperavit, vt scilicet ab ipsis Aegyptiis vasa argento, auroq. laborata raperent ad domesticos vsus, neq. non sacri servitii pompam; vt contestatum omnibus foret, honestissimum esse à veterum Philosophorum, Poëtarumq. commentis Romanæ Religionis mysteria repetere, atq. ex aliorum tenebris Christianæ Fidei lucem educere.

Obiectio secunda.

GLoriantur Centonū Authores, & putant se doctissimè loqui, cū dicūt, se Homerū, Virgiliū, Ciceronem, &c. Evangelistas posse reddere. Et quid est aliud hoc, quàm exponere Evangelium ludibrio. Quoniam, si consequentia non est certior præmissis· & illa, quæ priùs vt dicta ab Spiritusancto credebantur, jam hodie in Homero-centone Eudoxiæ, vt dicta ab Homero creduntur, erunt æquè digna fide, ac Homeri omnia Opera, quæ fabulis ingeniosi, sunt plena.

Respondeo Centonem non habere fidem, authoritatemq. ab Homero aut Virgilio, sed charites, splendorem, & pompam. Piè igitur potuit Falconia desudare, vt è Virgilio, Religioso propè Vate, ac fabulis lasciviętibus temperanter amico, ad exprimendos Christi Soteris cruciatus, & necem dicendi ornatum acciperet, iisdemq versibus Calvariæ vertex resonaret, quibus jamdudum Pindus insignitus superbit.

Obiectio tertia.

CEnto, opus est abortivum, & vndè suffarcinatum: alienâ lanâ textum, & alienis plumis exornatum. Non ergo laude dignum.

Sic invidis videtur: at mihi magnificum, immò, vt ait Auctor quidam, miraculum videtur de poëtarum fictitiis rebus ea depromere, quæ divinitatis vera opera præseferant. E' Troiæ labentis, & ardescentis incendio nō aliud Palladium, Eudoxia & Falconia olim; & nuper Petrus Angelus Spera, & alii viri docti eripuerunt, quā æternæ Sapientiæ Verbum.

bum. Age porrò, quænam humilitas in hoc Opere? Centonem fastidis? at maxinis semper pretii, & voluptatis apud homines fuere metamorphoses. Dulcius sapiunt poma, quæ nō nativis arboribus, sed alienis insita maturescunt. Quàm venustè oculis accidunt picturæ vermiculato emblemate, concisisque lapillis artificiosè coeuntibus concinnatæ? Corinthiis vasis quantus est honor, quæ fluxili metallorum calamitate enata constituerunt casu magistro? Quam nobiles hortorum areolæ, ubi aliis atque aliis terrarum partibus adventicii flores renident? atque, vt reliqua sileam, in cælo galaxiam, si sapis, Centonem syderum aptè dixeris. Centonis Author, cùm Christi historiam exprimit, verum agit interpretem: & sicut ex vnâ linguâ in aliam versor, sic ex oratione solutâ in ligatam, nihil addendo, quod alteret sensum, traducit. Vndè de suo Virgilio-centone Petrus Angelus, *Nihil hic occurret legendum, nisi quod in Evangelijs Sanctorum Patrum, & interpretum sensis, passq. aliorum comentationibus excogitatum, vel revelatum Romanæ certitæ comprobarunt, Quod si Christianam Fidem dedecere nonnulla videbuntur Poetarum more ustupata, ea libens censura subinisto, & irrita, indicta volo. Christianus sum, Sacerdos sum. Aliquando Pilatus iniquissimus Iudex, & pessimus mercator Iudas, quique in ipsum intraverat Satanas, verba faciunt, &* fortem, fortunam, & fata *sibi inferent dictis. Semel ab Augustissima Virgine illud Euandri vsurpatur, occiso per Turnum Pallante filio:* Cōtrà ego vivendo vici mea fata, superstes Testarem vt Genitrix: *ubi id spectatur, quod naturæ genio congruum est, nempe, vt parentibus filij superviuant; aliis nil, præter verba, &* dicta denotabunt.

Obiectio quarta.

SI Eudoxiæ, si Falconiæ, si iuniorū Centones accuratè excutiamus, percipiemus clarissimè, quòd interdū Poeta (Homerus, aut Virgilius) nostro loquitur sensu, suis ipse tamen loquitur verbis: quæ, sive dubia, sive oppositum, sive aliud diversum significantia, illa sunt mente præintelligenda, quam nos affinximus, Pierio etiam quandoq. consulto. Quæ ergo aut gratia, aut sinceritas laudari poterit in poëmate, in quo verba ponuntur Homeri quidem, aut Virgilii, sed alio omninò sensu, quàm leguntur in fontibus.

Respondeo ipsammet translationem, & sensuum mutationem charitibus exuberare: ut in emblematibus, & hieroglyphicis quotidiè obtinet, vt alicujus Poëtæ veteris hemistichium in sensum diversum trahatur.

Obiectio quinta.

BOnorū ingeniorum insignis est indoles in rebus verum amare, non verba. ait Aug. *lib. 4. cap. 12. de doctrinâ Christ.* Ergò, si verum habemus in Evangelio, our vt habeamus verba in Homero, aut Virgilii lectione fatigabimur.

Si aliquid probat hæc Objectio, magnam partem Grammaticæ, totam Metricam, totam Rhythmicam, & totam Rhetoricam auferet. De verbis agunt istæ scientiæ, & tamen de illis omnibus Augustinus scripsit, & vltimam Mediolani, sedente Ambrosio, stipendio publico professus est.

Respondeo igitur, non condemnare Augustinum illos, qui illæsâ veritate verba seligunt, vt eloquentiùs rem enarrent, sed illos, qui malunt eloquentia referre, quàm vera: oportet enim verbis, & eloquentiæ aliquando deesse, ne sensui, & veracitati desimus.

CENTO VI. VIRGILIANVS.

DXXXI.

EST Deus (Lector eruditissime) *α* *&* *ω*. *Principium sine principio, Finis sine fine*. Ergo, qui à divinis laudibus exordium sumpsimus, vt doctrinam deconficiendis Centonibus traderemus, Centonibus gloriam Dei dilucidantibus hunc Tractatum claudamus.

Si concinnare ex Patribus Centones divinos placeret, multa reperiremus curiosa carmina, quæ fracta, aut integra, possent argumento servire. S. Gregorius Nazianzenus *lib. de Principio, carm. 1.* de Dei Aseitate, Vnitate, Æternitate, Immensitate, & aliis attributis luculenter scripsit. Illa Iacobus Billius ex Græco in Latinum convertit. Pauca subjicio.

Vnicus omninò Deus est, ab origine nullâ,
Causaq. ignarus, eum circumscribere quidquam,
Quod queat, haud vnquam fuit, aut quandoq. futurum est:
Ævum ipse amplectens immenso robore: &c.

Deorum plutalitatem impugnat Aurelius Prudentius contra Symmachum. [Introducitur Deus redarguens ethnicum.]

Tu me præterito meditaris Numina mille,
Et non vis parère meis virtutibus: at me
Per varias partes minuis, cui nulla recidi
Pars, aut forma pōt, quia sū substantia simplex.

Nec

Nec pars esse queo Solis divisio rebus,
Compositis factisq; subest: me nemo creavit,
Vt fundi valeam, cunctorum conditor vnus.
Crede, quod ex nihilo formavi, pars mea nõ est.
Quare age Mortalis; soli mihi construe templa,
Meq; vnum venerare Deum. &c.

Alia attributa ab aliis expressa reperies. Sed & Poetæ Græci, & Latini summa eloquentia, & vbertate de divinâ perfectione tractarunt. Multa apud Homerum, Phocylidem, Pittacum, Hesiodum, &c. multa apud Virgil. Ovidium, Horatium, Senecam, Martialem, Silium, Statium, Manlium, Lucanum, &c. optimè cogitata, & dilucidata reperio. Ex omnibus, ex singulis Centones conformare possem, sed brevitati studens, Virgilii verbis vniversos fideles ad laudandum Dei clementiam invito. [Vide Sixtum Senensem *lib. 3. suæ Bibliothecæ.*]

Æn. 6. QVÆ terras tractusq. maris*longo ordine gentes Æn. 8.
Æn. 6. Incolitis*variæ linguis habituq.*per orbem, Æn. 8.
Geor. 1. Qua redit à nobis aurora diemq. reducit,
Geor. 1. Et quà sera rubens accendit lumina vesper,
Æn. 8. Communem celebrate Deum*pæana canentes. Æn. 6.
Æn. 6. Magnanimi Heroes*pueri innuptæq. puellæ, Æn. 6.
Æn. 6. Matres atq. viri*tantarum in munere laudum. Æn. 8.
Ecl. 4. Ipsi lætitiæ voces ad sydera ferte:
Ecl. 4. Quod nova progenies cœlo descendit ab alto,
Æn. 8. Attulit & nobis*longo post tempore tandem
Æn. 8. Auxilium adventumq Dei, cùm fœmina primum
Æn. 1. Virgínis os, habitumq gerens*mirabile dictu Aen. 2.
Æn. 2. Nec generis nostri puerum nec sanguinis edit,
Æn. 10. Nascentem puerum*cœli cui sydera parent. Aen. 10.

SEcundus versus è tribus Virgilii locis desumptus est, quòd rarò faciũt, qui Centones scribunt. Illud hemistichium, *Communẽ celebrate Deum*, nos monet, esse plurimos, qui eũ sua tantum agnoscunt, & vniversa aliena aut contemnunt, aut negligunt, Deum vellent non esse communem, sed privatum.

Versus antepenultimus ita debet accipi, vt metaphoricum sensum non reddat, nam Deipara, etiam post partum, realiter & verè Virgo fuit.

CVM agunt de Deo, Christoque, non omnes exactè loquuntur: qui Christum introducunt cum Adamo loquentem: & etiam, Crucifixo dicunt, *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu*, nisi multis se metaphoris juvent, valdè impropriè loquuntur, et suam ignorantiam ostendunt. Cùm agunt de descensu ad inferos, non videntur rigorem dictionis curare: licèt enim, si loqui rigorosè velimus, Anima hominis non sit homo, et Anima Christi non sit Christus; nihilominus ratione hypostaseos ad idiomatum communicationem aliquando recurritur, et corpus jacens in sepulchro, sicut et anima descendens ad inferos, Christus vocatur: vnde Augustinus *serm. 120. de tempore*, venit intelligendus; inquit enim, *Deus impassibilis patitur: & in carne nostrâ mortali moritur, ac sepelitur Immortalis Dei filius*. Vt ergo hoc ipsum meliùs, et clariùs innotescat: addatur.

CENTO VII. VIRGILIANUS.

DXXXII.



CHRISTI anima separata à corpore descendit ad inferos. descendit, inquam, non solùm virtute & potentiâ, sed etiam realitate & substantiâ. Corpus exanime mansit in Cruce: inde deponitur, & in sepulchrum effertur. Quid Patrum animæ Animã Christi vna diserint? quid viso corpore? multi Theologi discursibus eruditissimis dilucidarunt. Nos ex Marone nonnullis hemistichiis excisis, versus sequentes concinnavimus.

Aen. 2. 1. COnticuêre omnes intentiq. ora tenebant,
6. 305. Matres atq. viri, defunctaq. corpora vitâ
306. Magnanimûm Heroum, pueri innuptæq. puellæ,
307. Impositiq. rogis iuvenes ante ora parentum.
428. Quos dulcis vitæ exsortes & ab vbere raptos
429. Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
490. Vt videre virum fulgentiaq. arma per vmbras
491. Ingenti trepidare metu, secreta frequentant, 6.478.
478. Nec vidisse semel satis est, juuat vsq. morari. Aeneid.
634. Corripiunt spacium medium, foribusq. propinquant,
635. Occupat *hic Pietas* aditum,*
452. Vt primum iuxta stetit, agnovitq. per vmbram
453. Obscuram qualem primo, qui surgere mense,
454. Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam.
455. Dimittit lachrymas, & dulci affatur amore.
186. Aspicit (*heu!*) *Christum* * laniatum corpore toto, 6.494.
208. Talis erat species.*lacerum crudeliter ora, 495.
496. Ora, manusq. ambas, populataq. tempora*cernens. 482.
458. Funeris (heu!) tibi causa fui, per sydera iuro ! Aeneid.
465. Siste gradum, teq. aspectu ne subtrahe nostro.

Præter primum versum, qui ex lib. 2. Æneidis desumptus est, omnia cætera ad librum 6. pertinent, & nos monent posse fieri Centones ex omnibus libris Virgilii: posse & fieri ex vnico, si Poetæ placeat.

Vides hîc ternos, & quaternos versus simul poni, & Authorem condemnas, quod sequi noluerit leges latas ab Ausonio Gallo agente de Anametris. Et Author doceri vult, quo ille iure tulerit tales leges: interim diffiteri non vult pulchriora sibi ea videri carmina, quæ ex duabus partibus, & in Virgilii libris distantibus cooptantur, quàm cùm integra, aut bina, aut terna reponuntur. Cœterùm, si Cento talis sit, qui carminibus singulis & integris consuatur, non carebit gratiâ, & erit omnibus aliis difficilior. Sit loco exempli.

CENTO VIII. CORIPPIANVS.

In Coronatione Ferdinandi IV. Augusti Romanorum Regis.

§DXXXIII.



OBTINVIT, vt Centones Latini non nisi ex carminibus Virgilii: & Græci non nisi ex carminibus Homeri conformarentur. Obtinuit, vt cæderêtur versus, & vtrûq. posse non observari demonstrat hic *Corippo-cento* ex Corippi Africani, Poetæ doctissimi, carminibus consolidatû: in quo nec auditur Virgilius, nec frangitur aliquis versus. Tu artificium considera.

	Libr.	§
IMperii culmen, rerum non motibus vllis	1.	1.
Ipse coronatus solium conscendit avitum:	2.	6.
Imperat admitti. Miratur Barbara pubes,	3.	7.
Cæteraq egregiæ spectat miracula pompæ:	3.	7.
Ante oculos geniti genitor dulcissimus omni	3.	3.
Vidit per nostros humiles faustosq. triumphos	3.	7.
Tempore. Semper erit, semperq. in corde manebit:	3.	3.
Quisque suas mensuret opes viresq. suorum.	3.	7.

Sicut Græcos, Latinosque, sic etiam possent Poetæ Hispanicos, Italicos, Gallicos, Germanicos. &c. ex optimis Authoribus Centones conformare. Cur nova exempla adjungerem? Doctrinam tradidi omni linguæ communi, nulli illigatam linguæ, quâ vti possit lector ingeniosus & doctus, vt in quocumque idiomate Centones eruditos consarciat.

Dubium incidens.

An Centones fieri possint oratione soluta?

DXXXIV.

RATIONEM dubitandi non video: & si aliquis solum carmẽ è centonibus posse fieri crediderit, iubebitur Mellifluum Doctorē intelligere, cujus divina Opera nihil sunt aliud, quàm continuus quidam Biblio-cento. Illum sum imitatus Salmanticæ, anno 1631. nam ipsis Kalendis Martiis, Custodi Angelo sacris, positiones sequentes propugnavi.

BIBLIO-CENTO,
Theologicus, de Angelis.

His sensu Thesibus, tibi, Custos Angele, sacris Angelicus Doctor; Biblia verba dabunt.

Prima, de natura Angelorum.

DEUS (simul tempore) *a* vtranq. de nihilo condidit creaturam, spiritualem, & corpoream, angelicam videlicet, & mundanam; deinde humanam, quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam. *b* Hanc quidem minuit paulò minus ab Angelis, licèt gloria, & honore coronaverit, & constituerit super opera manuum suarum *c* Fecit enim Angelos suos spiritus simpliciter *d* sine corporibus, *e* omnes administratorios, & in hæreditatem missos. Singuli Angeli *f* non habent materias singulas *g* secundùm eandem formam, *h* cùm in forma Dei proprius, quàm nos sint, *i* incompositi sunt, *k* habentq. formam scientiæ *l* in eam formam doctrinæ transformati, qua *m* speciosi formis (hoc est speciebus) præ filiis hominum, *n* & Spiritus intelligentiæ, & scientiæ, vel potiùs *o* Soles intelligentiæ nominantur *p* Illorum sanè numerus, quasi infinitus est, & diffinitus exprimitur, vt qui Deo numerabilis esse, hominibus innumerabilis esse demonstretur. *q* Inventus est omnis illorum numerus *r* plusquam duodecim legiones Angelorum, *s* siquidem millia millium ministrat ei, & decies centena millia adsistunt ipsi.

a Conc. Lat rel. in c. Firmiter. b *Psf.*8.6. c *Psf.*130. d *Gen.*47.28. e *Ad Hebr.*1. f 4.*Reg.*6.2. g 1.*Machab.*12.21 *Rom.*1.32. K *Rom.* 2. 20. l *Rom.* 6. 17. m *Psf.*44.3. n *Iob* 12. 13. & 22. 3. & 32.8. *Sap.*7.22.*Eccl.*39.8. o *Sap.*5.6. p *Greg.*17.*moral c.*9. q 1.*Paral.*21. r 5 *Matth.*26. f *Dan.*7.

Secunda, de Hierarchiis.

NUmerus *a* Principum cœlestium septenarius est. Hi sunt *b* septem Angeli adstantes in conspectu Dei, *c* & in conspectu Throni ejus, *d* qui sunt septem Spiritus Dei missi in omnem terram. *e* Ipsi sunt Micha-el, Gabri-el, Oriphi-el, Zachati-el, Ana-el, Sama-el, quibus iunge Azariam, Ananiæ Magni (hoc est DIVINI DEI) filium, qui aliàs & Rapha-el dicitur, *f* & est Angelus vous de septem Principibus, qui adstant ante Dominū. Hi sunt *g* Cœli, *h* qui enarrant gloriam Dei, qui facti sunt in intellectu, hoc est intellectuales, & *i* stabiliti prudentia. K Eæ sunt Intelligentiæ, *l* Cœlorumq. virtutes, *m* quæ movent Cœlum pariter *n* circundantes terram contra Orientem, *o* duo luminaria magna, & stellas, *p* vt luceant super terram in firmamento Cœli, *q* & sint in signa, & tempora, dies, ac annos, *r* vt præsint diei, ac nocti, & dividant lucem, ac tenebras. *f* Angelorum Hierarchiæ sunt tres, Chori seu Ordines sunt novem, scilicèt Seraphim, Cherubim, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Archangeli, & Angeli. *t* Omnes in varias species (cùm sint *u* species Cæli in visione gloriæ, & *x* species in ornamentum domus Domini) distribuuntur, necesse est. *y* In illis plurimæ species sunt, nec duo Angeli eiusdem speciei possunt, etiam de transnaturali, absolutaque Dei omnipotentia reperiri.

a 2.*Paral.*26.12. b *Apoc.*c.1. & 8. & 15. & 16. & 17. c *ibid.*c.1. d *ibid.* c.5. e *Rabb. Mos. in Qabala, & ipsa Qabala in Berexith. Rabb.* c.2. *in illud*, vechol-xabaothem. *Bernard. sup.* Missus est. & *alii.* f *Tob.*c.5.18. g *Pagninus in indic. Biblioth.* h *ibid.*c.12. i *Psal.*135.5. K *Prov* 13. 19. l *Ps.*18.1. m *Præfat. Missæ.* n *Agg.*2.22. o *Iosue* 16. 6. p *Gen.*1.16. q *ibid.*1.15. & 17. r 1. 14. f 1.18. t *Ephes.*1.21.*Colos.*1.16.*Præf. Missæ.* u *Leu.* 34.56. x *Eccl.*43.10. y *ibid.*26.21. *Exech.*47. 10.

Tertia, de incorruptibilitate.

BReves *a* dies hominis sunt, & numerus mensium eius apud Deum est, qui constituit

ſtituit terminos eius, qui præteriri non poterunt. *b* Angeli verò cùm ſolius mentis ſint compotes, vitam per ſe, eſſentiamq. ſuam habent, eamque ab interitu liberam, nullatenus moriuntur, neq. corrumpuntur, iuxta quod ſenſibilia defluunt, atq. pertranſeunt, ſed gratiam eis Deus largitus eſt à corruptione eos, & à morte coërcentem: ſic hominum animi permanent incorrupti, ſic Angeli immortales perſeverant, non naturam re vera, propriève immortalem habentes eſſentiam, ſed gratiam à Deo ſortiti ſunt, *c* quę immortalitatem largitur, & incorruptibilitatem eis providet. Sed hæc Angelorum, & animorum rationalium incorruptibilitas cum Divina, vt plurimum convenit æquivocè, *d* & hæc ſicut & alia, quę à Deo derivantur, & naturis pręcipuè inſunt, reſpectu Creatoris nihil ſunt, & ſicut ignis combuſtivus quidem eſt, ſed non Deo; ſic & Angelus, & rationalis Animus, immortalis quidem eſt ſibi, mortalis tamen ſi cum Dei immortalitate, & omnipotentia comparetur. Cum tamen careant corpore, ſine corruptione ſpiritualitatis artificiosè in illo actiones vitæ, ſed non vitaliter moliuntur, *e* probis, ac virtute præſtantibus hominibus, non quales ſunt, apparent, ſed aliam, atq. aliam formam, prout videri ab hominibus poſſint, ſibi àdſumunt, qua non ſenſum fallunt, ſed obiecta phantaſtica proponunt.

a *Iob.* 14.5. b *Dion.4.c.de diu nom.Baſ.Pſ.44.Iulian.Arch.Toledan.lib.1.de fut.ſecul. c.2. Athan. in lib.de deff.Damaſ.c.7. inſtit.* c *Sophon. in ſua epiſt. poſt medium, quæ recitatur in 6. Synod. act.* 11.*& approbatur à Patrib. & Synod. act.* 13. *eadem ferè verba reperientur in Iſidor. lib.* 1. *de ſummo bono,c.*12. d *Cyrillus Alex.lib.2.contra Iulian.& lib.8.Theſ.c.2. in med. & Plato apud Iulian.* e *Dam.lib.2.de fide, c.3.*

Quarta, de loco, & motu.

ANgeli *a* in cœlo ſunt ob miniſterii prõptitudinem, *b* mali autem ſicut fulgur indè ceciderunt, *c* & eorum locus amplius non eſt inventus in cœlo, vnde deiecti ſunt. *d* In loco ſunt æquivocè cum corporibus, cæterum eſſe dicuntur inibi, quia intellectuali modo adſunt, atque, vt ipſorum naturæ conſentaneum eſt, operantur, nec alibi ſunt, verum intellectualem in modum, illic circumſcribuntur, vbi operantur. *e* Vniquique in loco ſuo ſunt, *f* ſecundùm operationem virtutis, & potentiæ. Diverſi loci *g* diviſiones operationum ſunt. Angeli in pluribus locis eſſe nequeunt, *h* neque in pluribus, ſeu in diverſis locis operari eodem tempore poſſunt. *i* Neq. duo Angeli ſimul operari in eodem loco. *K* Loca omnia peragrant, omnibuſque impigrè adſunt. *l* Promptè, & celeriter tranſeunt, & ſucceſſivè operantur in diverſis locis. *m* Cum movet ſe aliquis Angelus, & deſerit locum, in quo erat, tranſducitur que motu continuo, *n* tranſit per medium, quo non eget, ſi motu diſcreto tranſducatur. *o* Licet non habeat motum verum, ſed æquivocè cum motu corporeo convenientem, in momento temporis moveri nequit.

a *Nazianz.orat* 34.*in fine* b *Luc.* 10. c *Apocalypſis* 12. d 1.*Machab.*1.9. e *Epheſ.*1.19.*&* 3.7. *&* 4.16.*Philip.* 3.21.*& Coloſ.*1.29. f 1.*Corinth.* 12.6. g *Damaſc.libro* 1.*de fide,c.* 17. h *Didym.in lib. de Spirit.Sanct.longè à princ.* i *Greg. Naz. or.* 34. *vel quæ eadem eſt* 2.*Theol.in fin.Dam.*1.*de fide,c.* 17. K *Exod.*10.23. l *Num.* 33.8 m *Bar.* 6.41. n *Luc.*4.30.*&* 1 *Cor.*15.51.

Quinta, de intellectu, & voluntate.

INtellectio, *a* neque eſt ſubſtantia, nec eſſe Angeli, ſed eius motus (& idem de volitione intellige) *b* Aliud eſt etiam illa vis, per quam ipſe intelligit (ſeu vult) aliud, quæ vis inſtrumentum intelligendi (ſive volendi dici poteſt, quàm intellectum, & voluntatem) nominamus. Angeli quidem Mentes ſunt, *c* quibus non eſt intellectus agens, & poſſibilis, *d* ſed ſola ſimpliciſſima cognitio *e* illuminantur rationibus (ſeu ſpeciebus) rerum. *f* Non tamen ſumunt cognitionem à rebus diviſibilibus, aut ſenſibilibus. *g* Angeli ſuperiores, habent formas, ſeu rerum ſpecies, magis vniverſales, & *h* participant ſcientiam magis in vniverſali, quàm inferiores, quam, ſi communicent in particulari, & intellectum inferioris roborent, illuminare ſolent dici. *i* Angelus in ſua confirmatione, & ſubſtantia ideat ſeipſum, & naturaliter cognoſcit eſſe nomen Dei IEOVA, hoc eſt Ens à ſe, & ipſum ſolũ altiſſimum in vniverſa terra. Præterea cognoſcit materialia, & ſingularia, futuraque ex cauſis naturalibus pendentia, non quæ à liberis. Hæc ſolùm præſcit Deus, *K* & non eſt vltra eum adnuntians ab exordio noviſſima, & ab initio, quæ nondum facta ſunt. *l* Cor inſcrutabile eſt ab Angelis (eſt autem *m* ſcrutans corda ſolus Deus) *n* loquuntur tamen, & cordis ſecreta manifeſtant per ſolam liberam con-

ceptus

ceptus directionem, seu ordinationem. Angelus diligit se, *o* alios sicut seipsum, Deum plusquàm seipsum.

a *Dion. de diu. no. c.* 4. b *idem lib. de conc. Vir. c.* 4. c *Tobiæ* 6. 17. *&* *Psal.* 31. 9. d *Greg.* 29. *hom. in Euang. non longè à princ.* e *Dion c.* 4. *in princ.* f *idem c.* 7. *post princ.* g *in lib. de cœlest.* h *Dion. de cœlest. Hierarch. c.* 12. i *Aug. lib.* 2. *sup. Gen* K *Psal.* 82. 19. l *Isa.* 46 *& Hier. ibid. & in* 2. *Daniel.* m *Ier.* 17. n *Psal.* 7. *Sap.* 1. *Ierem.* 11. *&* 2. *Paral.* 6. o *Zach.* 2. *Apocal.* 7. *& Cor.* 13.

Sexta, de statu supernaturali.

CReati sunt *a* Angeli in beatitudine naturali, non supernaturali, tales creati sunt, vt si vellent in beatitudinis luce persisterent, si autem vellent, etiam labi potuissent. *b* Angeli boni gratia Dei sunt id, quod sunt, & gratia Dei in eis vacua non fuit, *c* sed in creatione infusam habuerunt sanctitatem. *d* Per vnum actum Charitatis meruerunt sequentem beatitudinem, *e* in qua peccare nequeunt, *f* quæ non essentialiter, sed accidentaliter potest augmentari. Angeli, si primũ instans excludatur, in reliquis peccare potuerunt, immò & Deus de facto in *g* multis Angelis suis reperit pravitatem, *h* qui homicidæ fuerunt ab initio, & in veritate non steterunt, *i* sed dejecit eos superbia, & K non malitia naturalis. *l* In primo momento temporis non peccavit Angelus, *m* sed in delitiis Paradisi Dei fuit, *n* & ambulavit perfectus in viis domini, donec inventa est iniquitas in eo, *o* in veritate, & gratia quidem fuit, sed non permansit. Supremus Angelus, *p* qui erat signaculum similitudinis Dei, *q* Lucifer, qui mane oriebatur, *r* initium viarum domini, *ſ* qui Satha-el dictus est, malignam præsumptionem adsumens, *t* quasi fulgur de Cœlo cecidit, *u* Dœmones credunt, & contremiscunt. *x* Superbia eorum, & obstinatio, cùm Deum oderint, adscendet semper. Miseri potenter tormenta patiuntur, & per passionem in inferno alii, alii in aëre caliginoso collocantur.

a *Auth. de Eccl. dogmat. apud Aug. c.* 28. *Difinitúrque ab Innoc. Tertio, referturque in cap.* Firmiter, *de summa Trin.* b 1. *Corinth.* 15. 10. c *Bas. in Psalm.* 32. Et spiritus oris eius, &c. d *Apocal.* 12 *&* 21. *Matth.* 18. e *Aug.* 11. *super Gen. ad lit.* f *Innoc. Tert. c.* Cum Marthæ, &c. *§. vlt.* g *Iob.* 4. h *Ioann.* 8. i *Ambr. epist.* 84. K *Dion.* 4. *de diu. nom.* l *Luc.* 43. *&* 1. *Cor.* 15. 51. m *Ezech.* 28. n *ibid.* o *Gen.* 1. p *Aug.* 11. *de ciuit. Dei.* q *Ezech.* 28. r *Isa.* 14. ſ *Iob.* 40. t *Chrys. in* 2. *tom. hom. de Adam, & Eva.* u *Luc.* 10. x *Matth.* 1. *Psal.* 73.

APOLLO
GLOSSOGRAPHVS.

Zoïle cesset iners livor: Glossemata nostra
Ne carpe, aut saltem nos meliora doce.

☞ DXXXV.

MERITO succedit Acrosticho, quia Acrostichis concernit literas, Anaphora dictiones, Glossa versus. Meritò succedit Paromœo, nam & istæ literas similes reponit, vt paulò antè notavimus. Et quidem omnia, quę de Acrosticho; omnia, quæ de Paromœo dicta, suo possent modo, analogiâ servatâ adpropriari Anaphoræ, aut etiam Glossæ; at quia non omnia in vsu, de rebus minùs notis agemus.

Γλῶσσα primariò est *lingua*, secundariò vocis minùs notæ explicatio: differt ab Scholio: nam hoc est rerum expositio, illa vocum. Etiam differt *Glossa* à *Glossemate*: illa enim est interpretatio vocis: hoc ipsa vox obscura, quæ explicatur. Varro *lib.* 6. *de ling. Lat.* exponens illum Ennii versum.

Ca-

Calitum Camilla expectata ades, ait. *Camillam, qui glossemata interpretati sunt, dixerunt Administram*. Apud Hispanos dici potest *Glossema* versus, qui glossandus proponitur; qui solet esse difficilis, obscurusque, & debet præmissis aliquibus dilucidari. *Glossa* autem stropha, quæ illum in fine collocat: & ejusmodi strophas componere est *glossare*: vndè illi Glossas ad Repetitionem, quæ Orationis est figura, reducunt.

MVSA I. ANAPHORICA.

DXXXVI.



Nondvm illa Parnassum, specialem erexit, & ideò inter Acrostichū & Glossographum hærens, huc conducitur, vt maneat quousq; crescat, & adultior & ditior possit nouū montem incolere.

Est anaphora simia quædam Acrostichis: omnia enim, quæ hæc in literis, illa in dictionibus perpendit. & observat. Apollo acrostichus dedit carmina, quæ ab vnâ & eâdem litera inciperent: carmina, quæ in eamdem desinerent: carmina, quę in eamdem vtrinq; exirent. Hic dabit carmina, quæ ab eadem voce incipiant: carmina, quæ eâdem claudantur: carmina quæ aperiat, & claudat eadē dictio.

Anaphoram habēt in principio isti versus.

Semper erit magni decus immortale Maronis.
Semper inexhaustis ibunt hæc flumina venis.
Semper ab his docti ducentur fontibus haustus.
Semper odoratos fundent hæc gramina flores.

Sunt Angeli Politiani, quem omnes eruditi cognoscūt. Ovidius etiam in Distichis vtrūq. interdum versum ab eâdem dictione incipit, vt paret in sequentibus numeris.

Hoc tenuit dentem terram findentis aratri,
Hoc rigidos silices, hoc adamanta terit.
Hoc etiam sævas paulatim mitigat iras,
Hoc minuit luctus, mæstaq; corda levat.

Ad hanc Charitem multi illustrium Poëtarum versus pertinent: subscribo, quos felici imperu Doctor Ioannes Perez de Montalvan aliquando profudit.

Que importa.
Lisi, que mi amor offendas?
Amor, que mi dolor aumentes?
Duelo, que mi sangre affrentes?
Llanto, que mi fuego enciendas?
Muerte, que mi fin pretendas?
Pena, que mi agravio alientes?
Honor, que mi venganza intentes?
Duda, que mi offensa entiendas?
Zelos, que abrases mi pecho?
Pruebas, que digais mi engaño?
Estar de lagrimas deshecho?
Si aunque de todo tengo desengaño,
Esta ya per mi mal el daño hecho,
Y no encuentro remedio para el daño.

Hoc genere repetitionis præ cæteris delectatur Ovidius. illoq. vtitur in principio, fine, & etiam in principio simul & in fine. Considerentur isti versus.

Omnia Naturæ præpostera legibus ibunt,
Parsq; suum Mundi nulla tenebit iter,
Omnia iam fient, fieri quæ posse negabam,
Et nihil est, de quo non sit habenda fides.
Tempore ruricola patiens fit taurus aratri,
Præbet & invito colla premenda jugo.
Tēpore paret equus lētis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore Pœnorū compescitur ira leonū
Nec feritas animo, quę fuit ante, manet.
Ecce mihi lucent rutilis incendia castris,
Iam tibi prædico barbare Turne necem,
Ecce super fessas volitat victoria naves,
Tandem ad Troianos Diva superba redit.
Ah quoties illo vitulū gestante per agros
Dicitur occurrens erubuisse soror.
Ah quoties ausa, caneret dū valle sub alta
Rumpere mugitu carmina docta bobes.
Sæpè Duces trepidis petiere oracula rebus,
Venit & è templis irrita turba domum,
Sæpè horrere sacros doluit Latona capillos,
Quos admirata est ipsa Noverca prius.

Possent fieri carmina, in quibus prima dictio esset communis omnibus, secunda aliquibus: qualia sequentia sunt, quæ tres fluvios nobilissimos celebrant.

Cantat { Ibere { *tuas Naso dulcissimus undas,* / *tuas cultus Homerus opes.* } Helore { *melo fluctus quos volvis amœno,* / *Mare, quas citus indis aquas.* } Isaure { *vagū cursum quē perficis Orbis,* / *cedros, Partheniosq; choros.* } }

Sex versus sunt: omnes habent vocem *Cantat*, communem: vox *Ibere* ad primum & secundum solummodò: vox *Helore* ad tertium & quartum: & vox *Isaure* ad quintum & sextum spectat. Considera bene hanc Ideam; quoniam in Grammaticâ audaci ex illâ totam

tam Vniuersalium & Prædicabilium doctrinam eruo, expono, & dilucido.

DXXXVII.

DE Anaphorâ initiali hæc dixisse sufficiat: aliquid de finali dicamus. Hanc obseruauit Propheta Rex in Psalmo 135. in quo omnes omninò versus eodem hemistichio clauduntur. Illud transtuli in linguam latinam primi Authoris artificium obseruans:

Profiteare Deum summum, sanctumque bonumque;
Profiteare Deum, summum Regemque Deorum;
Profiteare Deum, summum Dominum Dominorum;
Vnus qui in mundo miracula maxima patrat:
Qui æthereas fecit sphæras, & mente gubernat;
Qui firmat, terræque globum distinguit ab vndis;
Solis ad imperium produxit lampada lucis;
Fecit in imperium lunamque & sydera noctis;
Qui primogenitos, Ægypti & castra cecîdit;
Per medios hostes salvos, qui eduxit Hebræos;
Brachio in excelso, digitoque, manuque potenti;
Æquora, qui pelagi secuit christalina Rubri;
Per mediam totum populum, qui duxit abysso;
Qui Pharaona trucem mersit redeuntibus vndis;
Qui Moysen, populumque suum per devia traxit;
Qui Reges magnos vicit cælestibus armis;
Qui verbo fortes occîdit in orbe Monarchas;
Qui nempè Amorræûm Regemq. Ducemq. Schônem;
Basanæ & Regem destruxit divitis Ogum;
Qui illorum agros & fluvios concessit Hebræo;
Nempè suo clemens populo servoq. fideli.
Qui adspiciens humiles voluit memor esse suorum;
Belligeroq. potens populum liberavit ab hoste;
Quiq. suis clemens concesserat omnibus escas;
Profiteare Deum, Cæli qui condidit orbes;
Profiteare Deum, Regum Dominûmq. Monarcham.

Semper enim clemens, atq. benignus erit.

Idem est *Profiteare*, si singulis dicitur, ac *Profiteamini*, si dicitur omnibus: ratio carminis vocem priorem elegit. *Profiteri* videtur esse plus quàm *Confiteri*, volunt enim Critici, vt profiteamur, quod ex animo confitemur.

Carmina sunt Disticha, quæ tamen omnia Pentametrum habent commune.

Hunc eumdem Psalmum ad Disticha etiam Elegiaca transtulit Arturus Ionstonus Scotus, & Aberdoniæ edidit anno 1637. cujus Paraphrasin dignam censui, vt ab omnibus hîc legeretur. Sic inquit:

Quas decet autori rerum depromite grates;
Illius est nullo limite clausus amor.
Solvite iam grates, Regi dominoq. Deorum;
Illius est nullo limite clausus amor.
Ferte Deo grates, cui paret purpura regum,
Illius est nullo limite clausus amor.
Dextera cui fortis, cui sunt miracula soli,
Illius est nullo limite clausus amor.
Ardua qui solers suspendit mœnia mundi,
Illius est nullo limite clausus amor.
Fluctibus è medijs qui iussit surgere terras,
Illius est nullo limite clausus amor.
Aurea qui rutilis accendit sidera flammis,
Illius est nullo limite clausus amor.
Tempora qui lucis moderatur tramite Solis,
Illius est nullo limite clausus amor.
Astrorum, Lunæq. rotis qui temperat umbras,
Illius est nullo limite clausus amor.
Robora qui Pharia stravit, floremq. iuuenta,
Illius est nullo limite clausus amor.
Qui bonus Isacidas Nili revocavit ab vndis,
Illius est nullo limite clausus amor.
Qui sibi devotos defendit vndice dextra,
Illius est nullo limite clausus amor.
Qui mare dissecuit medium, spectante Canopo,
Illius est nullo limite clausus amor.
Quo duce sacra cohors evasit sospes ab vndis,
Illius est nullo limite clausus amor

Gurgite qui Pharium mersit cum milite regem,
Illius est nullo limite clausus amor.
Pervia qui populo fecit, priùs invia tesqua,
Illius est nullo limite clausus amor.
Cuius & illustros obtrevit dextera reges,
Illius est nullo limite clausus amor.
Gẽtis Amorrææ dominum qui stravit & Ogum,
Illius est nullo limite clausus amor.
Qui populo dedit arva suo, quibus exuit hostes,
Illius est nullo limite clausus amor.
Vindice qui ferro rebus vos iuvit in arctis,
Illius est nullo limite clausus amor.
Qui iugulo toties hostiles depulit enses,
Illius est nullo limite clausus amor.
Qui dape mortales saturat de sedibus altis,
Illius est nullo limite clausus amor.
Solvite Cælicolûm regi pia pectora grates;
Illius est nullo limite clausus amor.

De Catena.

DXXXVIII.

Repetitionis genus est: habetq. locum quando eadem vox, quæ claudit versum præcedentem, sequentem aperit. Considera lineas sequentes.

Guarda Mundo tu flaca fortaleza,
Fortaleza de carne no la quiero,
Quiero servir aquel en quien espero,
Espero harà ser noble mi flaqueza.
Flaqueza en la virtud es gran vileza,
Vileza no conviene aun caballero,
Caballero en la sangre, no en dinero,
Dinero, que escurece la nobleza.
Nobleza verdadera en Dios se halla,
Hallala el que a si mismo despreciando,
Preciando a solo Dios en el se honra.
Honra Dios a los suyos quando calla,
Calla, porque en silencio està ayudando,
Dando paciencia, y honra en la deshonra.

Est Rengifi in artis Poeticæ cap. 49. & docet nos etiam voces *Despreciando, preciando: Ayudando, dando*, quæ ad Echo reduci possent, etiam pertinere ad Catenam. His similia non rarò apud Latinos inveniuntur: pauca hæc in exemplum propono.

Mox ubi natus erat, si supprimit Ismarus hostes;
Posteà quid iuveni prospera fata dabunt?
Prospera fata dabunt gentes cùm creverit ætas,
Iungere, quas fudit, mox ubi natus erat.

Addit gratiam carmini calamus, si communes voces non nisi semel scribat. Iuvabunt exempla subsequentia.

Quis neget esse Deũ { *Bacchũ: cui Oracula parẽt,*
Numina vecta caput { *Et cui submittunt.........* / *somno vinoque sepulta,*
Cũcta levantq. pedes { *Inclinant tremulos* / *humiles, frõtemq. superbam*
Quis neget esse Deũ { *Subjiciunt Baccho?*

Divinitatis characterem certissimum expressit Virgo Mater, cùm dixit, (Lucæ 1. c.) *Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.* Videtur ergo Bacchus aliquam umbram Divinitatis præseferre; & ejus cultum apud ethnicos, non solidâ ratione, saltem apparente fundari, ebrietas enim & caput superbum dejicit, & humiles pedes exaltat.

Similia sunt sequentia carmina, quæ olim Vrbano VIII. inscripsi.

Fungere Nestoriis { *Princeps venerabilis annis;*
Mũdus uterq. canit { *Virtutes cuius.........* / *lauros celebresq. triumphos,*
Cãtet Apollo novus { *Stemmata Victoris* / *Nova carmina: dicat Owẽn*
Fungere Nestoriis { *Annis incolumis*

De Epanalepsi.

DXXXIX.

Repetitio, quæ initium finemque versus afficit, dicitur Epanalepsis; Virgilio, Ovidio, & aliis Veteribus grata. Reperitur interdum in eâdem lineâ. Pono exempla.

Multa super Priamum rogitans, super Hectore
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo (multa.
Ante etiam Sceptrum Dictæi Regis & ante.
Victus amare tui, cognato & sanguine victus.

&c. Et apud D. Ludovicum Gongoram Cantione 2.

Madre dichosa, y obediente sierva
De Arturos, y de Eduardos, y de Henricos,
Ricos de fortaleza, y de Fè ricos.

Angliam adloquitur, & in ultimo ex istis versibus Echo & Epanalepsis relucent. Si carmina sunt disticha, sic debet fieri repetitio, ut penthemimeris Hexametri, claudat Pentametrum. Placuit hic modus, Ovidio, nam sæpè utitur Epanalepsi. Elegi sequentes ejus sunt.

Phœbus adest sonuère lyræ, sonuère pharetræ:
Signa Deum nosco per sua, Phœbus adest.

Mi-

Militat omnis amans & habet sua castra Cupido,
Attice crede mihi, militat omnis Amans.
Ilia pone metus, tibi Regia nostra patebit,
Teq. colent omnes Ilia pone metus.
Graja juvẽca venit, quę te Patriãq. domũq.
Perdat Io: prohibe Graja juvenca venit.
Nullus erat, refero q. manus, iterumq. retendo
Perq. thorum moveo brachia, Nullus erat.

Isti verò Iani Pannonii.

Frigus & humor agũt, vt vexẽt corpora morbi,
Vt nata intereant Frigus, & humor agunt.
Culpa tua est, quidquid fecit Tritonia cõjux,
Quidquid & Acetæ Filia, culpa tua est.

Succurrunt & istis similes multi alii. Hos subscribo.

Balnea, Vina, Venus conservant corpora multa:
Corrumpunt eadem Balnea, Vina, Venus.

Calamus charites & gratias addet, si Epanalepsis exprimatur hoc modo.

Quomodo ferre potest { *ditissima lampade sancta* / *Pania desiuit* (printed upside down)
Deficit omne decus { *devixit quando Virago* / *Regina Austriadum* (printed upside down)
Lucis honore sua { *terras decoraverat; orbes* / *Nam solis athereos* (printed upside down)

Aliàs versus scribuntur modo communi; vt Elegi sequentes demonstrant. [Scripti sunt in Prin ipis Baltassaris nativitate.]

Sydera terra polus faustissima fata recensent,
Et quidquid claudunt sydera, terra, polus.
Prodit honoris honos, siquidẽ Salmãtica laurus,
Orsa loqui, Mundi est Numen, honoris honos.
Talia voce refert: Succurrite Numina Phœbi,
Et cùm venerunt Numina, voce refert.
Regia Mater ave, sis terq. quaterq. beata,
Vive in Olympiades, Regia mater ave.
Fungere lætitia, pulcher tibi nascitur infans;
Nam citò magnus erit, fungere lætitia.
Iã tibi Flora rosas dederat: sed Principis ortus
Ornat, quas dederat jam tibi Flora rosas.
Munera Maurus Atlas supplex fert magna parẽti,
Offert & Gnato munera Maurus Atlas.
Arma virũq. canet: canit at nunc Fama parẽtẽ.
Olim autem numeris arma virumq. canet.
Nam simul exoritur cũ Principe gloria Mũdo:
Virtus, laus, & honos jam simul exoritur.
Sera recurrit equos ætas, vt tempore longo
Permaneas ætas sera recurrit equos.
Insuperabilibus numeris te fata celebrent,
Atque annis vivas innumerabilibus.

Vt igitur doctrinam positam honoremus, & clariorem reddamus, addamus Sedulii Presbyteri carmen, quod ab initio ad finem per Epanalepsin decurrit.

Cantemus socii, Domino cantemus honorem,
Dulcis amor Christi personet ore pio.
Primus ad ima ruit magna de luce superbus,
Sic homo cùm tumuit primus ad ima ruit.
Vnius ob meritum cuncti periere minores.
Saluantur cuncti vnius ob meritum.
Sola fuit mulier, patuit qua ianua letho,
Et qua vita redit, sola fuit mulier.
Frater iniquus erat, iustum qui perculit olim,
Damnator Christi, frater iniquus erat.
Transitus ille manet, quid prima amisit origo;
Quid ventura parent transitus ille monet.
Arca leuatur aquis, homines ne perderet æquor,
Ne pereant homines, arca leuatur aquis.
Sume pater populos, pro nati vulnere cunctos,
Cùm sumis Christum, sume pater populos.
Hostia summa patris, tacitis signata figuris,
Quã referat Christus, hostia summa patris.
Claudicat ecce videns, Dñũ dũ prævalet hæres,
Aspera gens Christum claudicat ecce videns.
Repulit ille famem, distractus crimine fratrum
Venditus à Iuda, repulit ille famem.
Perfide corde peris, dum vastant omnia plagæ,
Dum cessant plagæ, perfide corde peris.
Agnus ab hoste sacer, reuocauit sanguine patres,
Sanguine nosq. refert agnus ab hoste sacer.
Obruit vnda nefas populo gradiente per æquor,
Nunc populis mundis obruit vnda nefas.
Murmurat impietas manna veniente refecta,
Panis adest Christus, murmurat impietas.
Plebs sibi dura caput terræ cultoris adoptat,
Abstulit heu Christum plebs sibi dura caput.
Lex dedit indicium veteris de crimine pœnæ,
Quodque salus veniat, lex dedit indicium.
Et lapis irriguus saciare incredule fonte,
Qui Christum reprobat en lapis irriguus.
Carpitur igne sacro munus votumq. piorum,
Seditiosa tribus carpitur igne sacro.
Regna beata patris legis non contigit hæres,
Iesus dispensat regna beata patris.
Destruit arca Dei muros, dum circuit hostem,
Sic hostem mundi destruit arca Dei.
Arca vellus habet, madido sed vellere sicca est,
Siccum tota madens area vellus habet.
Vincis honore Dei promisso munere gentes,
Affectum: nata vincis honore Dei.
Tu decus omne tuis qui sternis cæde Goliam,
Qui vincis mundum tu decus omne tuis.
Maxima dona Dei cuncti cecinere Prophetæ,
Impleuit Christus maxima dona Dei.
Pondera dura tulit, mandatum legis & iram,
Gratia mandati pondera dura tulit.
Virgo Maria nitet nullo temerante pudorem,
Post partum pueri Virgo Maria nitet.
Filius hic hominis fit maxima quæstio mundi,
Nobiscum Deus est filius hic hominis.

Gaudia magna Dei mũdus hæc sentit, & ambit,
Respuit heu mundus gaudia magna Dei.
Signa mouent populos, cernunt magnalia cæli,
Nulla tamen duros signa mouent populos.
Aspera mors populis ligno deducta cucurrit,
Aufertur ligno aspera mors populis.
Ipse tulit Dominus pro pœnis munera seruis,
Pro seruis pœnas ipse tulit Dominus.
Vita beata necem miseris auertere venit,
Pertulit à miseris vita beata necem.
Lumen adesse Dei persensit tartarus ingens,
Nec cernunt homines lumen adesse Dei.
Mors fera per hominẽ miserũ sibi subdidit orbẽ,
Subdita contremuit mors fera per hominẽ.
Suscitat ecce genus morti pater ille prophanus,
Ad vitam Christus suscitat ecce genus.
Hic populus Dominum dura ceruice negauit,
Suscepit primus hic populus Dominum.
Sanguine letha redit fuso gens impia Christi,
Gustato Christi sanguine letha redit.
Crimina cuncta suis terrenus contulit autor,
Dissoluit Christus crimina cuncta suis.
Libera corda sibi facinus deuinxerat olim,
Nunc reficit Christus libera corda sibi.
Fortia vincla dedit peccati sæua potestas,
Dulcis amor Christi fortia vincla dedit.
Iam super astra sedet, cuncti exultate fideles,
Perfide quid sæuis? iam super astra sedet.
Mortuus ille tonat, cælum terramq. subegit,
Quid facient hostes: mortuus ille tonat.
Pellitur vmbra die Christi veniente figura,
Christus adit gentes pellitur vmbra die.
Te properare docent & signa & secula prima,
Nos sacra quæ gerimus, te properare docent.
Vnicus aduentens firmauit vota piorum,
Vota dedit nobis vnicus aduentens.
Passio Christe tua compleuit munera legis,
Munera nostra replet Passio Christe tua.
Hic homo qui Deus est, spes est Antiqua Priorũ,
Spes in fine Piis hic homo qui Deus est.
Munus erat Fidei toto credentibus æuo,
Qui dedit, vt credat, munus erat Fidei.
Te veniente Deus mundanus concidit error,
Occubuit Mundus te veniente Deus.
Gratia plena Dei est, quæ totis gentibus extat,
Ascendant sectæ gratia plena Dei est.
Sola columba redit, quæ totum circuit orbem,
Descendant corvi sola columba redit.
Deveniet Dominus dare digna piis, mala pravis
Credite iam miseri deveniet Dominus.
Visio Christe tui tormentũ & pœna malorũ est,
Gloria cuncta bonis Visio Christe tui.
Gloria magna Patri, semper tibi Gloria Nate
Cum sancto Spiritu Gloria magna Patri
Amen.

MVSA II. GLOSSOPETRA.

☞ DXL.



Lossopetra Gemma est pulcherrima, à figurâ, quam habet, nomen trahens. Hanc Magi, non in terrâ nasci, sed à regione Æthèreâ, dum Luna Solem subit, cadere, afferunt, vt notat Plinius *lib. 37. cap. 10.* Musam hanc hujus pretiosæ gemmæ nomine condecoravimus, est enim pulcherrima & selectissima.

Nascentis Phœbi Charites nūc cōcinit Orbis,
Felicemq. diem cælestia carmine cantant.
Numina, magnificant dotes, quas sydera pul-
Infāti dederāt: celebrāt & Pricipis ortū. (chro

℘ DLX.

PRodiit anno M. DC. XLII. *Sylvarum Liber singularis*, in quo Simon Oliva Menillius Senator Tolosanus, ingenium & eruditionem ostendit: & multa supra vulgarium Musarum cothurnum edisserit. Glossopertæ & Versoriæ Numinibus tacitè concurrentibus Poëmata nonnulla composuit, quæ laudantur à doctis, & Metametricam meam honorabunt.

In Ionā, quem ille carmine Regio composuit, & Philotheo inscripsit, hoc Glossema illustrandum adsumit.

Vivifica Ceti Ionas servatus in alvo.

& hendecasti chis istis expendit.

Hic clarū Aonio celebrabit Ariona cantu,
 quem maris in tumidas dejectum nave procellas
Cæruleus vexit sinuosa per æquora Delphin.
Eque salo placidā incolumem tellure recepit.
Illi Telemachus sola dum ludit in acta
Æquoreis demersus aquis, terræque faventum
Redditus auxilio Delphinûm, nobile vatis
Carmen erit, mihi dum major se præbet Apollo,
Et pia Sydereæ veniunt ad carmina Musæ,
Materiam altisono gratam dabit ore canendi
Vivifica Ceti Ionas servatus in alvo.
Vrbs opibus, celebriq. fuit clarissima famâ
 Quam Ninus Sytiæ regnator & arbiter oræ
Marmoreis structam cœlo se attollere muris,
Æternūmq. suo voluit de nomine dici:
Illic prava bonos mores populata libido
Numine despecto, & vitio regnabat ovante.

 Iàmque

Iamque vrbi supera meritum impende-
bat ab arce
Exitium, nō per inhospita viscera piscis,
Numine dāte viās, enes meliora secutos
Virtutis, cœliq. pio inflammāsset amore.
Viuifica Ceti Ionas seruatus in alvo.
Ille sacer vates, magno cui numine plenā
Infūdit mētē Deus, & vētura recludit,
Posthabitā Tarsū tēdit per vela Ninive.
Fata obstant, subita exoritur bacchan-
tibus Austris
Tempestas, imòq. ciet placida æquora
fundo,
Blāda serenati facies vmbratur Olympi.
Ad Styga nunc premitur ponto vaga
puppis hiante,
Nunc luctante freto pænitantia fertur
ad astra,
Nautarum gelidos ingens tremor oc-
cupat artus:
Intereà placidum carpit per membra
soporem
Viuifica Ceti Ionas seruatus in alvo.
Excitus è somno vates Hebræus inerti,
Sensit vbi horrificum Cœli, pelagique
fragorem,
Et laceram aspexit nutātis carbasa pinus,
Sponte laborantem nimio sub pondere
puppim
Sublevat, iratóq. audet se credere pōto.
Vatis atrocem aurium tantum in di-
scrimen euntis
Mirantur Nauræ, placat tumida æquora
Triton,
Condit & infanos antro pater Æolus
Euros,
Intrepido vt subiit spumantes pectore
fluctus
Viuifica Ceti Ionas seruatus in alvo.
Non potuit æquoreo demersus gurgite
Vates,
Excipit hunc pistrix, cæcāque recondit
in alvo,
Hic ille æthereo Divūmque, homi-
nūmque parenti
Vota, precésque pio supplex dum pe-
ctore fundit,
Tres luces, cœcā totidē caligine noctes
Invectus Ceti gremio vada cærula sul-
cat;
Mox inde egestus superas in luminis
oras
Assyriæ properans subit impia tecta
Ninives.
Illa suū pertæsa scelus devota Tonantē
Invocat, hāc illi facio mentē inijcit ore
Viuifica Ceti Ionas seruatus in alvo.

DLXI.

IDem Author *pagina* 84. Ducis Enguieni & Herōidis Bresææ nuptias celebrat; & *pag.* 113. hunc versum glossandum adsumit.
Mixta Rosis placido surgentia Lilia cœlo.
Subscribit posteà hæc Hendecasticha, quæ legi & laudari merentur.

Pulsa procul tepidi redivivo lumine Solis
Algentes glacialis Hyems concessit ad
Arctos,
Flatibus egelidi tellus resoluta Favonî
Explicat omnigenos Floræ viridantis
honores,
Omnia nūc vernāt, nūc ether luce serenā
Vestit agros, ludunt Charites, doctæque
sorores
Blanda puellares agitant per prata cho-
reas,
Et mea Pierio stimulantes corda furore
Phœbæas inter frōdes, Paphiasq. sedēte
Impellūt citharę fidib' celebrare canoris
Mixta Rosis placido surgentia Lilia cœlo.
Cernitis vt lætis sub amico sydere campis
Ver largas effundat opes, varióq. colore
Pingat humū: foliis hîc se flavētib, vltrò
Attollit violę, croceo illic tincta rubore
Caltha sui observans sequitur vestigia
Phœbi:
Purpureo hîc rutilant Narcissi murice
picti,
Illic blāda comā cadēte ligustra renidēt.
Ast omnes quotcumque micant in gra-
mine flores,
Queis Zephyrus, queis Flora nitens fo-
jactat alumnis
Nativo exsuperāt nullis æquāda decore
Mixta Rosis placido surgentia Lilia cœlo.
Prædicet inscriptos regalia nomina flores,
Et quibus in terris nascantur carmine
quærat
Eximij florēs per secula Musa Maronis:
Me iuvat audentem, quæ divite Gallica
profert
Terra sinu, augusto sacra Lilia dicere
versu,
Et sublime leves peragrare per ætheris
auras
Lactis iter, spatióque viæ quæ monstrat
Olympum
Emensō, notæ repetētem climata terræ,
Iunonis spectare sacræ venerabile munus
Quæ nobis dedit ambrosio fæcunda li-
quore
Mixta Rosis placido surgentia Lilia cœlo.
Sed

Sed cui non placeat Tyrias per amoena loco rum
Adspectare Rosas? hoc se cum murice monstrat
Flora trisphato dū figore lęta superbit,
Hoc formosa suos cocco Matuta capillos
Inficit, hunc proprio natum de sanguine florem
Cypris amica fovet, blandæ hoc componere serta
Flore solent Charites, Paphium hoc vincire feruntur
Aonides puerum: roseis redimita corallis
Tempora sunt Hymenæe tibi, tu doctus amantes
Iungere, perpetuo gaudes astringere vinclo
Mixta Rosis placido surgentia Lilia cœlo.
Grata Indi mixtura eboris cum muricis ostro;
Sed jucunda magis referunt quam candida pulchris
Lilia mista Rosis: Superis arridet amicis;
Iupiter hanc sancit, faustus hanc pronuba Iuno
Ominibus firmat, Nymphæ venerantur ovantes.
Illi ergo in plausus Hymenæi voce resultent,
Et cœlum atque solum, nullo violentur ab æstu
Tā nitidi flores, nullo solvātur ab imbre,
Ver æternum illis, rata fac ô Rector Olympi
Vota, quib'sacris affusus prosequor aris
Mixta Rosis placido surgentia Lilia cœlo.

DLXII.

POsteà *pag.* 116. Cleandro suo scribens, Eminentissimi Cardinalis Ducis de Richelieu stemmata ob oculos ponit, & quia sunt,
Machina, tergeminis quæ surgit ad æthera tignis.
hunc versum hendecasuchis ingeniosis illustrat. Glossam subscribo.
Ardua Pyramidū ductas ad Sydera moles
Miratur Phario Memphis circūflua Nilo,
Splendida coctilibus Babylon se mœnibus effert,
Prædicat immanis fastigia celsa Colossi
Clara Rhodos Triviæ centum sublime columnis
Templum Ephesus cum laude refert, æquatāque cœlo
Caria commemorat fastus monumenta superbi:
At dilecta Deo, magnoq; peracta labore,
quā triplici decorāt rutilātia lilia culmo,
Suspicitur toto populis inhiantibus orbe
Machina, tergeminis quæ surgit ad æthera tignis.
Nō hęc de Pario moles se marmore tollit:
Arbor odora sacram, æternos quæ servat honores,
Materiē præbet, Divū quę fingere vultus
cedrus amat, ternis augustas cōdere sedes
Dat Trabibus, quarum vna solo fundamina ponit,
Altera tollit humo, tegit altera Solis ab æstu,
Imbriferāsq. hyemes, & hinlci fulminis ictus
Arcet, ad hæc doctę coëūt palatia Musæ,
Intemerata Fides, & amœno Gratia vultu,
Virtutēsq. omnes, quibus inclyta gestit alumnis
Machina, tergeminis quæ surgit ad æthera tignis.
Sydereum obnixi stellis volventibus axem
Sustentant humeri Atlantis, sub pondere cervix
Nutat, & Alcidem tantę succedere moli
Cœlifer attritis lætatur viribus Heros.
Vis ternis potior Trabibus, quas nostra canoris
Musa modis celebrat, meliorq. Atlante vetusto
Hic novus, in nullam cuī mens resoluta quietem
Ignea, pervigili complectitur omnia curā,
Quo stat firma solo, cūctisq. interitura fatis
Bacchantes rabido cum murmure despicit Euros
Machina, tergeminis quæ surgit ad æthera tignis.
Præpetibus trifidi ostentat se fulminis alis
Attonitā patet altitonās tellure verēdū,
Neptunus valido vētis freta pulsa tridēti
Temperat, aut placidos imò ciet æquore fluctus,
Cōmēdat triplici se Virginis ore Diana,
Tergeminis fulget mirāda coloribus Iris,
Lilia terna placent cœlo demissa sereno,
Nodus & ille triplex Veneris, qui nectit amantes,
Hic numerus Charitum, hoc cœlestia numina gaudent,
Gaudet & hoc superûm justissima cura Deorum
Machina, tergeminis quæ surgit ad æthera tignis.

Cedāt Phœbe tui, cedāt Neptune labores
Laomedōtæę queis debita mœnia Troiæ,
Ipsæ etiā cedāt Pallas quas extulit arces:
Omnibus hoc longè antistat, quod ab æthere summo
Æternis opus è Trabibus mirabile fluxit;
Sub quibus esse olim Trabeati turba Quirini
Gaudebit, niveósque Aquilis imponere flores.
Cūcta situ annorū, cariéq; excisa fatiscēt;
Vasta sed astriferi stabit dum machina mundi,
Stabit, & invidiā frustra indignante vigebit
Machina, tergeminis quæ surgit ad æthera tignis.

§ DXLIII.

IN præcedentibus Poëmatibus Glossopetræ, novi Parnassi Musæ, influxus eruditus refulsit: sed quia etiam Musæ Versoriæ Menillius autem interdum applicat, lineas istas subscribo.

Montis Albani deditionē Menillius Eleuthério suo inscribit, & in hoc erudito Poëmate vertit, & illustrat hoc distichum à pagina 21.

Dicite Richelium noctesque diesque Camœnæ:
Tale decet terris esse perenne melos.

Et ne ignoret Posteritas quo anno fuerit subjugata ista Civitas, addit hoc Chronicon,

RIChèLIo faCIte ô nyMphæ, qVIbVs InCLytVs heros,
QVæ peperIt FranCIs, ostIa grata faCIt.

Deinde à pag. 86. incipit Ducis Engieni, & Heroidis Brelææ celebrare; & post multa ingeniosè concepta, & eloquenter scripta à pag. 108. Strophas format, & singulas claudit hoc Disticho.

Dicite Hymen, ter Hymen ad carmina dicite Nymphæ,
Omnis Hymen Hymenæe sonet cum plausibus æther.

Alii Poëtæ imitantur, sed sufficiat Menillium produxisse.

§ DLXIV.

SIcut in Glossis versus integri, sic etiam interdum simplicia resumuntur vocabula. Id genus versuum facilius condideris, quàm appositè denominaveris. Ponam loco regularum exempla. Ioanni Truncecio Boruso sic placuit Vrsum Dithmarsum dilaudare.

Sæva fuit Thebana tribus cum corporibus SPHYNX:
Sæva hominū vertens in fera mēbra DEA:
Sævi CYCLOPES Divis qui bella ferebant
Sæva nec est avidis unguibus VRSA minus.
Sæva LEÆNA feras inter, cùm suscitat iras;
Sævus & immani est asperitate DRACO:
SÆVIOR hunc VRSVM qui carpit scommate, quàm sunt
SPHYNX, DEA, CYCLOPES, VRSA, LEÆNA, DRACO.

Add. *Omnibus his sævis ROTZMANNVS sævior ergo:*
Omnibus his sævis sævior ipse TYCHO:
Omnibus his sævis HELISÆVS nomine ROESLIN
Sævior, hic Logica; Grammatica ille caret,
Dum carpunt alios moneo, ut discat priùs ille
Grāmaticā, hic Logicā, deindè Mathematicā.

Si non addidisset Disticha posteriora, clausisset suum conceptum pulchrius, & nullius incurrisset invidiam. Aliud ejusdem Poetæ Epigrammata subjungo.

Clarus ubi nitidis lustrat SOL omnia flammis:
Claraq; terrigenis fida ministra DIES:
Claraq; luce suā quæ fulget ab æthere STELLA:
Clarus REX populis sceptra paterna gerens:
Clarus honore REGENS populū bellove togavè:
Claraq; FAX tenebras cū fugat orta nigras:
Clarior est VRSVS perplexa Triāgula solvēs,
SOLE, DIE, STELLA, REGE, REGENTE, FACE.

Hoc carminum genus postulat, ut Poëta versum vltimum primo loco conformet, & postea ad priores condendos accedat: frustra enim priores fecerit, si nomina assumpserit, quæ Pentametrum constituere non possint.

Claudamus hunc Tractatum celebrando Angelorum Reginam. Dicamus sic.

Est pulchrum cœlum diē Sydera clara refulgēt:
Est pulchra auratis prædita Luna comis.
Sunt pulchra Astronomus, quæ observat providus Astra:
Pulchra Iris radiis est redimita suis.
Est sol ignivomo comptus diademate pulcher:
Est pulcher, decorat quem Cynosura, Polus.
Pulchrior est autem Sanctissima Virgo Maria
Cælo, Lunā, Astris, Iride, Sole, Polo.



APOLLO

APOLLO PARODICVS.

Multiplico Veterum versus: millena repono,
Candide Lector, vbi pauca fuere prius.
Invidia ò cesset, numeris quam vincimus; hîc nam
Carmina plura damus dentibus Invidiæ.

DLXV.



QVÆ ab Hispanis *Trova*, *Imitatio* à Latinis, Παρῳδὴ à Græcis, aut etiam παρῳδία vocatur: contingitque, cùm alicuius Poetæ sententia in sensum diversum, aut etiam contrarium, paucis alteratis aut etiam mutatis transfertur. Et est triplex: prima vnicum solum versum aut sententiam commutat: secunda aliquod poëmatium integrum: (& has cognovit vulgus, & Athenæus lib. 15. & ex eo dilucidavit Camerarius, Henricus Stephanus & alii multi) tertia, quæ est specialis Hermogeni, cùm quis partem versus protulit, & illam oratione solutâ complet & in alienum, acutum tamen, sensum trahit.

Si Parodiæ authores & inventores quæras, vix potero respondere appositè: videtur enim fuisse nota omni ævo. Et licèt Plutarchus in opusculo, quod de vario poëmatum vsu differit, de parodiâ non agat (quod in epistolâ ad Ioann. Fichardum miratur Henricus Stephanus) multi Plutarcho seniores parodiis delectati sunt: nam & Chrysippus agit de Poetarum sententiis ad vsus varios accommodandis. Vt igitur nos bene sciamus Parodias conformare: quo prisci modo illas confecerint, examinemus.

Producam Ennium, cuius plurima Virgilius carmina liberè vsurpat, non semper vt sunt in Ennii libris, sed elegantissimè trāsfigurata. Dixerat ille Annalium libr. 1.

Teq. pater Tyberine tuo cum flumine sancto.
& inde Virgilius:

Tuq. ò Tybri tuo genitor cum flumine sancto.
Et cùm eiusdem Operis libr. 7. dixisset Ennius:

Nō sēper vestra evertit, nunc Iuppiter hac stat.
illum imitatus Virgilius ait,

Nequa meis dictis esto mora: Iuppiter hac stat.
Et cùm hunc addidisset versum Ennius:

Nunc hostes vino domiti, somnoq. sepulti.
inde Virgilius sumpsit illud,

Invadunt vrbem somno vinoq. sepultam
Et tandem cùm Enniana Musa illud lemma dictasset, quod Annalium libr. 7. legimus: videlicèt,

Fortibus est Fortuna Viris data.
Placuit Maroni: & Æneid. 10. illud ad hæc verba reduxit.

Audentes Fortuna iuvat.
Et quia rem bene considerantes nullam aliā Fortunam admiserunt, quàm Deum: quæ enim nobis fortuita, inopinata, & improvisa, summo illa à Deo consilio & potentiâ regunrur. Hanc, inquam, ob causam Ovidius libro 10. Transformationum vsus synonymo, sic inquit:

Audentes Deus ipse iuvat.
quò etiam respexisse videtur Fastorum libr. 2. dicens,

ϖ--*audentes Forsque, Venusque iuvant.*
& alibi multò liberiùs:

ϖ--*audentes adiuvat ipsa Venus.*
Apud Terentium & Ciceronem legimus;

Fortes Fortuna adiuvat.
& videtur his verbis solutis commune obtinuisse proverbium, quod Ennius ad carminis leges conformavit. Tibullus aliter: ait enim,

ϖ--*Fortes adiuvat ipse Deus.*
Aliter idem etiam adagium & aliter efferr potest: has parodias considera.

Au-

Audentes Deus æqua iuvat.
Audentes quæ Iura sinunt,
Deus adiuvat ipse.
Ausa iuvat, quæ iusta Deus.
Audentes moderata iuvat Deus.
Nil sine se audentes Deus adiuvat.
Ipse suo iuvat ausa Deus, quæ Numine freta.
In se sperantes Deus adiuvat.
Spes inopum Deus ipse iuvat.
Spes humiles Deus ipse fovet.
Viribus haud tumidos propriis Deus adiuvat ipse.
Elatas nunquam vires Deus adiuvat ipse.
Confident quicumq Deo, Deus ipse iuvabit.
Qui sibi diffidunt, illis Deus ipse favebit.

Et Seneca in Medeâ non multum abest ab hujus efficaciâ conceptûs: ait enim:

Fortuna fortes metuit, ignavos premit.

vnde oritur illud vulgare pronunciatum,

Audaces fortuna iuvat, timidosq. repellit.

vt discamus fortitudinem audaciamq cognatas esse: nec fortitudinem audaciâ, nec audaciam fortitudine carere posse: vt discamus, omnes ignavos timidos, & omnes timidos ignavos esse. Iuvat fortuna fortes & audentes, quia metuit: qui enim timet, nec se opponit, nec victori resistit.

Fortunam Deumq. composuit Ovidius, vt vidimus: Fortunam & Rationem Cicero: quæstionum enim Tusc. lib. 2. multa congerit pulchra, & inter alia dicit: Fortes non modò Fortuna adiuvat, vt est in proverbio: sed multò magis ratio. Vnde Parodiæ aliquæ subnasci possunt. Has subscribo.

Fortes Fors ratioq. iuvant.
Sors fortes ratioq. iuvant.
Dirigit audentes ratio, fortuna coronat.

Et quidem eiusmodi sententias aut à Græcis ortas, aut ad Græcos transiisse demonstrant multa veterum carmina, quæ possent subiici: pauca hæc produco. Menander:

Τόλμῃ δικαίᾳ καὶ θεὸς συλλαμβάνει. idest,
Quæ pia sunt etiã promovet ausa Deus. Pent.
Ausa Deus etiã provehit, quæ iusta sunt. Senar.

& Homerus il. *n.*

--Θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
Ἔργοισι τελέθει.

quod recidere in idem videtur.

Tantâ Virgilius curâ Ennii vigilias & lucubrationes recognovit: tantâ fælicitate ad parodias reduxit, vt multi antiqui dixerint,

Aurum Virgilius de stercore colligit Enni.

& Owenus addiderit,

Quod tunc Virgilius, nunc facit & Medicus.

Sed non ab Ennio ille solo, sed etiam ab aliis ingeniosis Authoribus. Dixerat Furius

Intereà Oceani linquens Aurora cubile.

& Virgilius eum imitatus aut sequutus

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

& idem cùm cecinisset Furius:

Rumoresq. serunt varios, ac multa requirunt.

Virgilius sic,

Rumoresq serit varios, & talia fatur.

Sicut ex Furio, sic etiam aliqua alia desumpsit ex Vario: quibus parodia inesse videri possit. Dixit enim Virgilius:

Vendidit hic auro patriam dominumq potẽtẽ,
Imposuit fixitq. leges pretio, atq. refixit.

& tamen cecinerat Varius;

Vendidit hic Latium populis, agrosq. Quiritum
Eripuit, fixitq. leges pretio atq. refixit.

Et hinc suspicor præter Græcos & Homerum præcipuè, quos fuit Maro imitatus, & Enniũ, Furium, Varium, quorum carminibus fuit vsus, alios etiam nonnullos Poëtas antiquiores sui iuris per parodias fecisse, quorum alterata etiam carmina repereremus, si vellemus in eorumdem inquisitione laborare.

Sicut maiorum suorum Virgilius & conceptus & verba sua fecit: sic Virgiliana posteri vsurparunt, & argumentis aliis accommodarunt. Cecinit Maro:

——Fama est obscurior annis.

& accinuit Ovidius:

——Fama est obscurior ævo.

Et, cùm scripsisset Virgilius:

Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

adscripsit Naso;

Hæc vbi nubilibus primum maturuit annis.

Et multa etiam alia Virgiliana carmina in Ovidio reperies alii tempori & loco, nec non etiam intento attemperata.

Columella etiam parodus esse voluit, & Maronis ingenio & linguâ, quantum per materiæ liceret varietatem, vsus, cecinit.

Hortorum quoq. te cultus sylvane docebo.
Atq. ea, quæ quondam spatiis exclusus iniquis,
Cum caneret lætas segetes & munera Bacchi,
Et te magna Pales, nec non cælestia mella,
Virgilius nobis post se memoranda reliquit.

E quibus primus versus consonat illi Virgiliano

Morborum quoque te causas & signa docebo.

& cæteri, qui sequuntur, ex eodem etiam consarcinati sunt.

Cura & religio maior in Centonibus servanda est, & tamen Proba Falconia nonnulla per parodiam eleganter retorsit. Dixerat Maro Georg. libr. 2 vers. 126.

Media fert tristes succos tardumq. saporem
Fælicis mali.

&

& Falconia agens de lapsu Adami & Evæ,
Fœmina fert tristes succos tardumq; saporē;&c.
Et cùm ille cecinisset aliàs :
Dissimulare etiam sperasti perfide tantum
Posse nefas.
accinuit illa,
Dissimulare etiam sperasti perfide serpens,
Et tandem ex illo Virgiliano, Eclog. 1. v. 32,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
deduxit illam elegantissimam sententiam, Proba; videlicet,
Nec spes libertatis erat, nec cura salutis.
Et multa alia in eius Opere ingenioso succurrunt, quæ multis non libet, & paucis explicare non vacat.

Quod perfectionem Parodiarum spectat, verbo explico. Pono hanc Regulam: *Quò minùs litera,& magis in Parodia absit sensus, meliùs est.* Et hanc ob rem illæ cæteris præponuntur, quæ non jam mutant verba, sed vnam aut alteram literam. Sit loco exempli illud Virgilii,
Dabit Deus his quoque finem.
quod fœlicissimè transiit in istud,
Dabit Deus his quoque funem.
recenset Henricus Stephanus historiam, eam subscribo.

Quum enim quidam ex amicis Gentilis qui præses in suprema Parlamenti (vt vocant) curia fuerat, eum in carcere consolari volens, diceret, *--dabit Deus his quoq; finem.* imò (dixit ille) *--dabit Deus his quoq; funem.* Hanc autem parodiam olim epigrammate isto sum dignatus, quòd ab animo futura vaticinante profecta esset,
Gentili dixere, DEVS DABIT HIS QVOQVE FINEM,
Vt solamen ei talia verba forent.
Respondit contrà ille, DEVS DABIT HIS QVOQVE FVNEM.
Sic malè conscia mens præscia mensque fuit.
Quàm autem non ἀπροσδόνητος,sed ἀληθὴς μαντις in hac parodia fuerit, hoc de morte illius lepidissimum epigramma testatur,
Fracto gutture stare quem renutum,
Impellique vides & huc & illuc,
Quondam purpureo sedens senatu,
Primas Parrhisiis in foro tenebat:
Sed lucri studio impotente victus,
Iusto numine sic iubente, vivus
Qui iudex malè sederat tot annos,
Stare nunc malè mortuus iubetur.

Solent etiam fieri Parodiæ per antiphrasin, carmen in sensum contrarium retorquendo: Ovidius enim habens ob oculos illud Maronis carmen,
Audentes Fortuna iuvat.
ivit in sententiam adversam, aut diversam saltem, & octavo Metamorphoseon libro cecinit,
--Ignavis precibus Fortuna repugnat.
Sic etiam alii. Et ne exempla mutemus, hoc considera.
Audaces Fortuna iuvat, timidosq; repellit.
Ignavos Fortuna premit, fortesque coronat.
Opprimit ignavos, reliquos Fortuna coronat.
Quæ timidos terit aut avaros timet ipsa feroces.

Hæc sufficiant, vt meus Lector intelligat, quid sit παρωδία. moneo tamen, vt nunquam imitandum assumat versum, qui non sit tritus, & notus omnibus: gratia enim parodiæ in translatione sita, non percipitur, nisi carmen illud, quod quis alterat, & transformat, noscatur.

MVSA PRIMA.

DLXVI.



TRES esse Parodiæ species docui: & ideò illas ad tres Musas reducam. Ponam in primâ notissimorum carminum alterationes; in secundâ Poëmatū imitationes; & in tertiâ solutas eorumdem obtorsiones. Musa igitur prima, à nobis monita, quid debeat docere & edisserere; moneat discipulum, quid addiscere debeant, dicatque,
Aurea priscorum (seu quædam oracula) Vatum
Ecce tibi in varios dicta propago modos.
Ipsa legentis erit sic propagata voluptas,
Ipse propagatus sic quoque fructus erit.
& pulchra aliqua Poëtarum antiquorum Lemmata, & eorumdem nonnullas parodias subiiciat.

NASO Metam. 13.
Aspiciunt oculis Superi mortalia iustis.
PA-

PARODIAE.

Facta Deus iustis oculis mortalia cernit.
Gesta *sanctis* *monitis* *humana* *refrænat.*
Ausa *puris* *coërcet.*

Vindice facta oculo Numen scelerata tuetur.
gesta manu *furibunda coërcet.*
furiosa
maledicta
malefida
malesuada

Aspectat miserante oculo res Numẽ egenas.
clemente *spes* *amaras.*

Aure Deus lamenta audit mortalia iusta.
vota exaudit *iusta.*

Gesta hõinũ generosa Deus virtute coronat.
Acta Virûm benedicta *pietate gubernat.*
Dicta *lachrymosa* *probitate*
Facta *moderata*
numerosa

NOTA. Paucæ fortassis hæc alicui videbuntur carmina, quæ per compendium scripta, multas implerent paginas, si ad longum, vt dicitur, exscriberentur. Sit loco exempli vltimum carmẽ, *Gesta hominum generosa Deus virtute coronat*. quod, cùm primo loco habeat quatuor dictiones, secundo duas, tertio quinque, quarto vnicam, quinto tres, sexto duas, poterit ducentas & quadraginta parodias differentes parere:

	4
per	2
	8
& per	5
	40
& per	3
	120
& per	2
erunt	240

OVIDIVS Fast. 2.
Dii pia facta vident. —
PARODIAE.
Dii pia facta vident.
bene dicta
male gesta

Ipse videt pia corda Deus.
iuvat *vota* *Polus.*
fovet *gesta*
dicta

Et videt, & punit perfida corda Deus.
En *terit*, en *difflat ferrea vota Polus*,
Ac *notat*, ac *frænat frigida dona*
Hîc *spuit*, hîc *mutat destua lucra*
Hinc *fugit*, hinc *mergit fœtida regna*
Hæc *fugat*, hęc *fundit lãguida signa*
Is *ciet*, is *findit lrvida viola*
Hic *molit*, hic *vastat lubrica dicta*

Iura Deus violata videt
temerata

Aspicit omne scelus Numẽ, punitq. scelestos.
Conspicit *Cælum*;
Respicit *Deitas*;

Ipse Deus pia facta, simul facta impia cernit.
Omnipotens *gesta*, *gesta improba noscit.*
Cælipotens *vota*, *vota effera*
Altitonans *dicta* *dicta invida*

Cernit cũcta Deus, memoriq. in mẽte recõdit
Audit *Polus, secreta a quando recludet.*

Audit vota Deus sanctoq. in pectore servat.
Cernit cuncta Polus memorique.

NOTA.

Et hîc iterum computum vrgere volo, vt videat Lector, quàm sint vberæ huiusmodi propagationes. Repono illam parodiam, *Et videt & punit perfida corda Deus*. Et quia series multiplicatur per octo & semel per duo, ineo computum, & reperio 524,288: hoc est, quingenta viginti quatuor millia ducenta & octoginta octo carmina. Quis omnia posset homo scribere? quis liber capere.

Et quidem iterum iterũque te, Amice Lector, ad numeros & abacum perduxi (nec aliâs fecero) desidero enim, vt bene percipias divitias, bene thesauros & flavissas cognoscas, quæ paucis sæpe lineis complectimur.

	8
per	8
	64
& per	8
	512
& per	8
	4096
& per	8
	32768
& per	8
	262144
& per	2
	524,288

OVIDIVS.
Omnia si pereant, famam servare memento;
Quâ semel amissâ posteà nullus eris.
PARODIAE.
Omnia si pereãt, Christũ servare memẽto, &c.
perdas Animam retinere
vitam
O.s.p. gladium s.m.q.s.a.p. victus eris
nummos ret. *pauper*
vestes ret. *nudus*
socios retin. *solus*

Om-

Omnia si pereant, vinum servare memento
perdas, *Bacchum retinere*
amittas,
quo semel amisso, posteà siccus eris,
epoto *solus*
effluxo, *nullus*
Omnia si pereant, fotios servare memento,
quæis semel amissis, quis vo-u juvet?
Omnia si pereant, libros servare memento,
Quæis semel amissis quid iuvat ingenium?
Cuncta etsi pereant, gaude virtute retentâ.
cætera si *pietate manente:*
Amissâ hac, etsi sint tibi cuncta, dole.
Perdita & hac, *multa*

OVIDIVS De ponto libr. 4. Eleg. 3.
Ludit in humanis Divina potentia rebus.
PARODIAE.
Ludit in humanis Divina potentia rebus.
Lucet & in miseris æterna scientia
Fulget & in cunctis
Res variè humanas Divina potentia versat.
mirè nostras *Cœli sapientia gestat*
sanctè terræ *Devorum oratio torquet.*
iustè mundi *sanctorum oratio firmat*
meritò populi *Procerum prudentia format*
subitò *fervida mutat.*
tandem *Devotio provida*
In propagatione habeatur ratio synalaphæ, quando enim tertia dictio definit in vocalê, incipiat quarta à consonanti.
Præsidet humanis divina potentia rebus
Assidet Hispanis *causis*
Et fauet infirmis *gestis*
Provideet eximys
Imperat humanæ divina potentia legi.
Præsidet humano *mundo.*
humanis *terris.*
Humani est Iuris divina potentia tutrix
populi *fautrix*
cordis *rectrix.*
Ludit in humanis divina potentia rebus
argolicis
Hispanis *regnis*
Hesperiis *gazis*
Hollandis
humana divina potentia forma
Spes sæpe humanas divina potentia ludit.
Mentes humanas *fallit.*
Militiam Hispanam *versat.*
Militiam Batavûm *mutat.*
Verba superba hominû divina potêtia ludit.
Acta caduca virûm *torquet.*
Gesta dolosa *mutat.*
Vota nefanda *versat.*
Dicta nefasta
scelesta
scabrosa
Res lapsas hominum divina potentia firmat.
miseras populi *fulcit.*
tristes terræ *munit*
dubias orbis *librat.*

OVIDIVS Fast. 6.
Est Deus in nobis, agitante calescimus illo:
Impetus hic sacræ semina mentis habet.
Hanc Naso sententiam peculiariter de Poëtis cecinit; in quibus specialis percipitur divini favoris influxus: hunc apud Græcos Ἐνθεον, hunc etiam ἐνθουσιασμός. Accinit sibi lib. 3. de arte, dum inquit,
Est Deus in nobis sunt & commercia cœli:
Sedibus æthereis spiritus ille venit.
Nos omnibus Deum favere supponimus: & hæc carmina multiplicamus.
PARODIAE.
Est Deus in nobis: agitante calescimus illo.
sanctis: latitante monemur ab
superis: referente ciemur ab
cœlis: remanente docemur ab
mundo: peragente replemur ab
lachrymis: satagente
Impetus hic sacræ semina mentis habet.
Spiritus *Dia fulgura vocis*
Fluxus & *sancta lumina*
Motus & *summa phasmata*
Sedibus æthereis spiritus iste venit.
Augibus è superis impetus ille cadit.
Lucibus è summis *redit.*
Cœlis è puris *fluit.*
Spiritus ille Dei est, quo mês agitata calescit.
Impetus *commota*
Est in mente pia Deus: hæc agitatur ab illo.
mole orbis *penetratur*
mente virum *peragratur*
mente hominum *recreatur*
corde pio Deus: hoc relevatur
corde virûm *renovatur*
corde hominum *reparatur*

VIRGILIVS Æneid. libr. 11.
Nulla salus bello, pacê te poscimus omnes.
Exulcerata hæc tempora postulant, vt habitantes incineratas has regiones conversis ad Deum & cœlum oculis dicamus, *Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes*: accenseamusque triseris & inhumanis satyris illû, qui apud Belgas dicebat, *Nulla salus paci, bellum te poscimus omnes. Vt citò pax redeat*: si enim bellum ordinatur ad pacem, melius est citò perfrui pace.

PARODIÆ.

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.
mundo, cælum te
vitiis, virtutes
tenebris, lucem te
pelago, terram te
vndis, tellurem
terræ, Empyreum te
aulæ, ſylvas te
aulæ, clauſtrum te
Nulla ſine ęre ſalus, illud te poſcimus omnes.
nummos te
Nulla ſalus æri, argentũ te poſcimus omnes.
æri, aurum ergo
auro, pietatem
auro, virtutem
Nulla ſalus magnis votis, mediocria poſco.
altis opibus, moderata peropto.
ſummis repoſco.
Nulla ſalus partis male: tu bene parta repoſce
habitis peropta.
tuere.
Nulla ſalus ſine mẽte bona, quã poſcimus ões.
corde bono, quod
Nulla ſalus ſine Chriſto, illũ te poſcimus ões.
Cælo, illud te vnum.
Te, omnipotẽs, te orbi.
Te, Virgo, te vnam.

OVIDIVS Metamorph. lib. 2.

Nõ bene cõveniũt, nec in vnâ ſede morantur
Maieſtas & amor.

PARODIÆ.

Nõ bene cõveniũt, neq. in vnâ ſede morantur
Maieſtas, & amor.
& blanditiæ.
blandæq. preces.
molleſq. preces.
molleſq. ioci.
& amans molles laſcivia riſus.
& fæmineâ mens compede vincta.
& fæmineo data colla capiſtro.
& fæmineæ mens credula linguæ.
& nulla admittens fræna libido.
& frãgens clauſtra libido pudoris.
voceſq. humiles.
humileſq. preces.
lachrymæq. humiles.
tumiduſq. animus.
molleſq. animus.
manuſq. imbelles.
& iners opera ad Mavortia dextra.
& planta fugax.
& lingua loquax.
& amor lucri.
& avarities.
& fraudis amor.
variiſq. dolis mens prona ſuendis.
verbis gaudens & lingua doloſis.
lattanſq. imo ſub pectore vulpes.
arteſq. quibus vulpecula gaudet.
& fluxa fides.
& perfidia.
levitaſq. animi.

DE Regum & Principũ virtutibus Politici non pauci ſcripſerunt: at putamus hoc nos & præcedenti capite omnes dotes & prærogativas, quibus imperaturus indiget, breviter propoſuiſſe; & vitia, quib. carere debet, indicaſſe. Vtinam has eximias virtutes nõ iubeãtur in hac charta manere, ſed ad Principum corda traſcribãtur.

Subiicio nonnullas Parodias liberiores

Nõ bene conveniũt, neq. in vnâ ſede morãtur
Ambitio & pietas.
Ambitio candorq. animi.
Ambitio atq. pudor.
Ambitio ſtudiumq. lucri.
Magnus amor lucri, laudiſq. immẽſa cupido.
Lucri amor, & pietas.
Auri amor, & pietas.
Æris amor, candorq. ſimul.
Fraudis amor, probitaſq. ſimul.
Lucri amor, & ſtudium virtutis.
Auri amor, & cultus recti.
Et lucri & virtutis amor.
Verus amor patriæ, & bello male fortia corda
Et vultus hilares, & mẽs haud conſcia recti.
Et Venus, & curæ.
Divitiæ & ſubmiſſi animi.
Nõ bene cõveniũt cor molle & fortia verba.
paupertas atq. libido.
pietas lucriq. cupido.
Eſſe vnâ haud poſſunt ſede Venuſq. fameſq.
Venuſq. pudorq.
doluſq. decuſque.
ſocruſq. nuruſq.
ſcelus pietaſq.
Deus vitiumq.

Hucuſq. de antipathia virtutũ & vitiorum diſſerui: nũc de virtutum cõcordia pauca addamus.

Pulchrè conveniunt, & in vnâ ſede morantur
Maieſtas & amor recti.
Quã bene conveniũt, & ſede morãtur eâdẽ
Maieſtas & amore animus, qui flagrat honeſti!
Tandem conveniunt, & ſede morantur eadem
Maieſtas virtuſq. comes.
Belle conveniunt, & ſede morantur in vnâ
Maieſtas ſapienſq. animus.
Conveniunt aptè, ſolioq. morantur eodem
Maieſtas, & quæ monſtrat ſapientia rectum.
Conveniunt, reſidentque ſimul generoſa Monarchæ
Maieſtas, cunctiſq. comes Prudentia factis.
Conveniuntque, ſedentq. ſimul, ſuprema regentũ
Maieſtas, dictiſq. comes Facundia prudens.
Belle conveniunt, & ſede morantur eâdẽ
Maieſtas & laudis amor.
candorq. animi.
conſtanſq. fides.
& larga manus.
& Martis amor.

Ho-

HORATIVS Epist. 17. lib. 1.

Principibus placuisse viris, nō vltima laus est.

PARODIAE.

Principib⁹ placuisse bonis nō vltima laus est.
Regibus & pijs laus vltima non est.
Prīcipib⁹ doctis placuisse haud vltima laus est.
-- -*magnis servîsse*
-- *summis prodesse.*

Principibus placuisse diu, nō vltima laus est.
Eximus prodesse diu, infima res est.
Conspicuis servire diu, destina dos est.
Nobilibus quoq; adesse diu, devia sors est.
Augustis notum esse viris, frivola
Cæsaribus dare consilium, frigida
Heroibus fidum esse viris, languida
Præpositis spectata fides, lubrica

Prīcipis arcanis admitti haud vltima laudū.
est generosa loqui non infima rerum.
est animosa loqui
est se digna loqui

Laudari est à Principibus non vltima laudū.
commendari à infima rerum.
extolli est à

Principibus placuisse viris, nō vltima laus est.
Divitibus inopes,
Pauperibus altos,
Militibus ducem,
Et Ducibus illos,

Velle placere Deo, laus Prīcipis vltima nō est.
Duci, militis
inopi, divitis

Discipuli laus est nō parva placere Magistro.
Discipulis placuisse suas, laus magna Magistri.
Maxima laus nuptæ censenda, placere marito:
Vltima coniugii laus non est posse placere vxori.

Laus prolis placuisse parētibus vltima nō est
civis iubentibus
populi regentibus

Rectoris populo placuisse haud vltima laudū
Abbatis monachis
Cæsaris Imperio
Regis & est regno
Principis estque suis

Rectori populū placuisse haud infima laudū.
Abbati monachos
Cæsari & imperium
Regi nunc regnum
Principibusq. suos

Et famulos dño placuisse haud vltima laus est
& famulis dominum

Laus iuvenis nō est postrema placere senectę.
lausq. senis fortè est iuventę.

Invidiæ placuisse ipsi, laus maxima lōge est.
Hosti etiam suo
Diti etiam inopem,

Principis est placuisse Deo nō vltima laudū.
Nobilis *bonis*
Militis *Duci*
Cæsaris *suis* (est

Cordatis placuisse haud Prīcipis vltima laus
Vasallis Cæsaris
Hostibus & Nobilis
Externis Militis
Et monachis Præsulis

Posse placere Deo, nō Prīcipis vltima laus est
suis, Cæsaris
Duci, militis

Prīcipis est doctis placuisse haud īfima laudū
Iudicis iustis
Præsidis sanctis

Principis vna placere viris sapientib. est laus.
Cæsaris prudentibus
Præsulis Deum amantibus.

Iustitię placuisse haud Prīcipis vltima laus est
Imperio Cæsaris
Damnatis Iudicis

Est iuvenis, senib⁹ placuisse, haud īfima laudū.
Atq. seni, iuveni erit

Prīcipis haud inter ponēda est vltima laudū
Plebi etiam placuisse suæ.
Principis haud inter laudes postrema locanda
Ipsi etiam, licèt abiecto, placuisse popello.

HORATIVS Epist. 18.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit.

PARODIAE.

Dulcis īexpertis ē mēsa pōtētis amici. Exp. m
suavis est aula regentis
grata & est vmbra
commoda est cœna

Dulcia inex. sunt verba pot. amici. Blāda, sed exp. metuit.
suavia sunt dona Magna, temnit.
aurea promissa Multa, temnit.
dulce & secreta nosse metuit.

Dulce haud expertis domino servire potēti:
Expertus metuit.
Dulcis inexpertis est Principis aula potentis,
Quam timet expertus.

Dulcis inexpertis esse aulica vita putatur:
Sed fugit expertus.
Dulce haud expertis tractare negotia magni
Regis, at his metuunt experti cedere curis.

Dulce haud expertis secretā ad Cæsaris aurē
Admitti: expertus metuit. *&c.*

Dulcia inexpertis dubii certamina Martis,
Expertus metuit.
Dulcia inexpertis sunt assentantia verba,
Expertus metuit.

Dulcia inexpertis vento tumefactą secundo
Vela: sed expertus metuit.

Dulce haud experto, permultis esse timori,
Expertus metuit.
Dulcis inexpertis magnorũ est fama bonorũ;
Expertus metuit. *Vel,*
Dulce haud experto est, apud omnes nomen habere
Divitis: at metuunt experti.
Dulce haud expertis aliena viuere quadra,
Expertus metuit.
Dulcis inexpertis est formosissima coniux, Exp.m.
Dulcis ĩexperto ẽ valde dotata puella, Exp.m.
Dulcis inexpertis superat quæ stemmate coniux,
Expertus metuit, *Vel,*
Dulcis inexperto proavis quæ pollet avisque
Vxor, at expertus metuit.

MARO Æn. lib. 2.
Vna salus victis, nullam sperare salutem.
PARODIÆ.
Vna salus bello in dextra sperare salutem.
homini in Christo
misero in Maria
nullam absq. Deo
Vna salus, non plus quã par, sit amare salutẽ.
hosti, propriam non velle
Vna salus ægris, nec desperare salutem,
Nec nimiũ interea morbis formidine tangi.
Vna salus inopi, vel opes sperare futuras,
Cræsorum vel opes animis æquare superbas.
Desperare fugam in bello, via prima salutis.

LVCANVS lib. 10.
Nulla fides pietasq. viris qui castra sequũtur.
PARODIÆ.
Nulla salus pietasq. sequentibus aulica castra.
viris, quibus imperat aurũ.
quibus imperat vna libido.
viris, pudor vnde recessit.
Nulla fides est lucra fori ĩmoderata sequẽti.
pro iure forensia lucra
seu iura
Nulla fides virtusq. vbi per vĩ regna petũtur.
nimio pectus quibus ardet amore.
cùm mens vltrici exæstuat ira.
vbi cor tetra ambitione laborat.

OVIDIVS de Ponto lib. 3. Eleg. 4.
Gratiaque officio quod mora tardat, abest.
Huc pertinet Latinorum illud adagium, *Citò dans, bis dat.* PARODIAE.
Gratia-que, auxilio quod mora tardat, abest.
quæ auspicio
subsidio
muneribus
scommatibus
responso

Illud *que* videtur esse lappa, & eo tãtũ fine positũ ab Ovidio, vt impediatur synalephe.

Gratia muneribus, quæ dat avarus, abest.
quæ dat amicus, adest.
Gratia, quâ tardè munera dantur, abest.
siqua ægrè
Dono exprobrato gratia nulla subest.
officio haud alacri
obsequio inviti

OVIDIVS de Arte amandi lib. 2.
Luxuriant animi rebus plerumque secundis.
PARODIÆ.
Luxuriat victor rebus plerumque secundis.
miles
Luxuriant Reges
populi
Luxuriant plerumq. animi Mavorte secundo.
victricibus armis.
Luxuriant populi pacis plerumque quiete.
per se se animi rumore secundo.
Gnatus luxuriat rebus plerumque paternis.
heres *relictis*
vxor *mariti*
Luxuriatq. nepos titulis virtutis avitæ,
Luxuriant animi nuptis plerumq. mariti
Officiis (obsequiis) affectu (ingenio: &c.)
Luxuriant animi iuvenum plerumq. parentũ
Affectu indulgente nimis.
Luxuriant puerorum animi plerumq. Magistri
Ingenio patiente nimis.
Luxuriant animi famulûm leni atq. remisso
Imperio domini.
Luxuriant animi populi, cum Rector habenas
Immittit nimiùm (laxârit nimiùm.)

OVIDIVS Epist. 4.
Quod caret alternâ requie durabile non est.
PARODIÆ.
Pace sine alternâ regnum durabile non est.
Absq. Amor alterno obsequio durabilis haud est.
Qui caret officiis alternis, hisq. vicissim
Nõ renovatur amor, certè durabilis haud est.
Alternis Amor officiis perdurat in annum.
Heroicis honor obsequiis augetur
Quod non alternis admiscet præmia pœnis
Imperium, quamvis validum, durabile nõ est.
Quod non alternis adductas laxat habenas
Imperium, quamvis &c.
Alterno quod amore caret, caret atq. timore,
Quantumcũq. potens regnũ durabile non est.

IVVENALIS satyr. 3.
Quãtum quisq. suâ nummorũ servat in arcâ,
Tantum habet & fidei.
PARODIÆ.
Tantum habet & laudis.
habet & famæ

habet

habet ingenij,
est in pretio.
& amicorum nanciscitur,
hic auxilia nanciscitur,
Præsidia nanciscitur,
habet & lucris.
habet & curæ,
habet inuidiæ.
(crede mihi) nobilitatis habet.

OVIDIVS Transformationum libr. 14.
In audaces non est audacia tuta.
PARODIÆ.
In violentum hominē non est violētia tuta.
solertem *solertia*
temulentum *temulentia*
fallacem *fallacia*
mendacem *non sunt mendacia*
Cōtra hōs nō est mēs tuta superba superbos.
gens *scelesta scelestos*
soluta solutos
dolosa dolosos
In violentū hominem non est violentia tuta.
temulentum *temulentia*
solertem *solertia*
fallacem *fallacia*
pellacem *pellacia.*
vigilantem *vigilantia*
speculantem *speculatio*
mendacem *non sunt mendacia*
Nulla in solertes fatis est solertia tuta.
Nulla in blandiloquos sat blandiloquentia tuta;

OVIDIVS de Ponto lib. 4. Eleg. 12.
Crede mihi miseros prudētia prima relinquit.
PARODIÆ.
Crede mihi linquit prudētia prima superbos
fallit *pura tyrannos*
vexat *sæpe Monarchas.*
vertit *sæpe Senatum.*
Quos Deus insequitur,prudētia prima reliq.
spe *nimis* *elatos*
Victorem *iratum*
submixos *opibus*
Comēdat quas forma,modestia sæpe relinquit
quos turba, scientia

OVIDIVS Metamorph. libr. 14.
Inuia virtuti nulla est via.
PARODIÆ.
Inuia magnanimo nulla est via,
Auia militibus *rara*
Deuia Romano
Abdita Germano
Oblita solerti
Obsita auaritiæ
Dissona luxuriæ
Lœuda nam gulæ
Naufraga namque iræ
Noxia nam argento
Nubila namque auro
Squalida diuitiis
Turbida certè armis.
Ambitioso homini via creditur inuia nulla.
Seditioso *dicitur* *auia rara*
Imprudenti *ponitur* *abdita*
Inuia tādem homini via nulla pudore carēti.
Auia verè *rara* *rubore*
Deuia porrhò *timore*
Inuia nulla via est illis, quos vrget egestas.
rara *miseris,* *ducit* *honestas*
Ducibus, *versat Apollo*
animis, *Olympus*
Inuia linguæ hominis via non est vlla dolori.
Inuia nulla via est,pectus quib⁹ ardet amore.
, vbi corexæstuat ira.
, vindicta vbi dira cupido
Haud via fœmineæ vīdictæ est inuia quæquā.
fulmineæ cautelæ auia
iam fraudi de via
Et in contrariū sensū nonnullas prædictēis.
Dogmatis propagationes subiungamus.
Inuia mendaci est omnis via.
desidiæ
blandiloquo
fallaci
linguoso
fracto animo
stultitiæ
nunc stolido
perfidiæ
non gnauis
non doctis
, crede, malis

Vtinam antiphrases istæ sint veræ, Si non pingimus mundum, vt est,saltē pingimus vt esse debeat.

Inuia pauperib. quæq.est via:claudit egestas.
Ostia, recludunt diuitiæque vias.
Inuia tū,cùm tutor abest,via quæq. clienti.
nummus *petenti*
Numen *gementi*
Inuia tūc omnis via,cū male cōscia mēs est.
querulis *prouida gens*
Deffecit, quādo spes tunc via peruia nulla.
Deserunt *aurum* *congrua rara*
Deficit & *commoda*

OVIDIVS de Ponto libr. 4. Eleg. 3.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.
PARODIÆ.
Omnia sunt nautis tenui pendentia filo.
sunt Anglis fragilis *fato*
sunt Batauis, &c. *voto*
sunt miseris *casu*

mi-

militibus *motu.*
pauperibus *causa.*
iudicibus *vento.*
divitibus, &c. *fluxu.*

Magna etiam filo plerumq. potentia spondet.
E tenui filo violenta potentia pendet.
Sunt fata & Regum tenui pendentia filo.
Sunt regna absque Deo tenui pendentia filo.
Sunt filo fragili pendentia regna Tyranni.
tenui *fata* *Monarchæ*
parvo *vota* *Britanni.*
exciso *bella* &c.

MARTIALIS libr. 5. Epigr.

Extra fortunā est, quidquid donatur amicis.

PARODIÆ.

Extra fortunam, quæ donat munera virtus.
Est extra invidiam *donant* *Musa*.
Extra fortunā est, virtus quod donat amico,
pietas quod *egenti*.
Extra virtutem est, quod dat fortuna facetis.
Præter *iocosis*;
contra *gulosis*.
Est dignum invidia, quod dat Bellona malignis.
ut pereat *protervis* &c.

OVIDIVS Amorum libri 1. Eleg. 6.

Nox & Amor Vinūq. nihil moderab. suadēt:
Illa timore vacat, Liber, Amorque metu.

Huc spectat illud Hispanorum Adagium: videlicet, *Amor, dolor y dineros, no se pueden encubrir.* nihil enim intra modestiæ limites extorquet amor, nihil ira vel furor, nihil opulentia & divitiæ: adeoque statim hæ fortunæ corporis & animi qualitates se produnt.

PARODIÆ.

Nūmus, Aōr, dolor ecce nihil moderab. suad.
Nox, lucra, pauperiesq. nihil moderab. suadēt
Lucri amor, impietasque nihil
Nil vinum atque iuventa homini
Fræna iuventutis data nil
Nil vinum, iuvenisque ardor
Ira dolor vinumque nihil
Ebrietas nil iuncta iræ
Mens ira tumefacta nihil
Vinum, mensque superba nihil
Iraque, mensque superba nihil
Nil animus vindictæ avidus
Nil homini mortis terror
Zelotypi mens læsa nihil
Iura thori violata nihil
Nil pudor in casta læsus
Nil pudor extinctus castæ
Nil mala conscia mens homini
Nil urgente fama stomachus
Magnanimo nihil ambitio
Perdendi nil regna metus
Nil ira dolorque viri

Nox furaxq. nihil suadet moderabile dextræ.
Fræna nimis laxata nihil moderabile suadent.
Fervidi ætati iuvenum.
Nil præceps honor suadet moderabile mēti
Ambitiosi hominis.
Crebra repulsa nihil tandem moderabile suadet
Ambitioso homini
Nil ira atque dolor Regi moderabile suadet
Vt pellat quæcumque timet consortia regni.
Fit furor atque nihil tandem moderabile suadet
Cuicumque est persæpe hominis patientia læsa.

OVIDIVS Epist. 5.

Læsa pudicitia est nullâ reparabilis arte.

An-ne id verum? Virginitas bifariam sumitur, moraliter & corporaliter. De morali videtur Hieronymus loquutus, cùm dixit, *Audeo dicere, omnia cum possit Deus reparare (hoc est, facere ne facta fuerit) non potest post ruinam.* Agit in sensu composito, & supponens ad præteritum non esse potentiam. De corporali multa Physici, nec videtur reparari medicinis non posse.

PARODIÆ.

Nullâ reparabilis arte læsa fides.
medicabilis *lapsa.*
revocabilis *cassa.*
Lapsus honor vultûs.
Nullâ reparabilis arte iuventus.
Vix ulla *tyrannis.*
Non ulla *senectus.*
Nec iuvenile arte est vllâ reparabile robur
Nec decor est ulla reparabilis arte iuventæ.
Haud arte est vllâ reparabile tempus.
Atque etiam vita est nulla reparabilis arte.
Arte salus nolēte Deo reparab. vllâ nō est.

HORATIVS libr. 5. Epist. 11.

Quidquid delirant Reges, plectuntur Achivi

PARODIÆ.

Quidquid delirant Proceres, plectūtur egeni.
stultescunt Reges, *amici.*
tandem errant summi, *& imi.*
desipiunt Crœsi, *& Iri.*
peccarunt Medici, *id ægri.*
delinquunt dites, *egeni.*
Plectitur immeritus populus deliria Regis,
atque ordo procerum *Regum.*
uxoris crebrò *coniux.*
haud rarò domini *servus,*
haud rarò dominus *servi.*
ipse gregis crebrò *pastor.*
Rectorumque ordo *civis,*
in senio iuvenis *luxûs.*
& pauper lautæ *mensæ.*
Plectitur interdum coniux delicta mariti.
haud rarò uxoris *maritus.*
& crebrò Regum *popellus.*
Procerum *senatus.*
populus *Monarchæ*

Ple-

Plectuntur nati crebrò delicta parentum.
nati interdum nepotum
persæpe boni malorum.
persæpe inopes potentum.
crebro populi Monarchæ.
Quod Rex delirat, plebs crebrò plectitur vnà
plebs , Rex
Quod Rex delirat , Regis plectuntur amici.
Multa sui Regis deliria plectitur aula.
viri interdum uxor.
Plectuntur populi quondam deliria Reges.
procerum cives
Consultorũ Ego Rex deliria plurima plector.
Rex ego multa Ducum , victus deliria plector.
Nunc ego Rex belli deliria plector iniqui.
Quidquid delirat pastor , grex plectitur una.
Sæpe virum vxoris videas deliria plecti:
Sæpe viri vxorem
Sæpe patrem cernas nati deliria plecti:
Sæpe patris cernas natum
Plectuntur nati deliria sæpe parentum:
Natorumque ipsi parentes.
Sæpe senum immeritos iuvenes: ipsosque vicissim
Sæpe senes videas iuvenum deliria plecti.
Discipulus plector diliria multa Magistri:
Discipuli Magister.
Plectuntur multi quod deliravit amicus.
Plectitur haud raro deliria amicus amici.
Plectimur interdum deliramenta sodalis.
Vicini plecti deliria sæpe necesse est.
Rectorum navis, plector deliria rector.
Vectorum navis plector deliria , rector.
Quod Dux delirat, miles plectatur oportet.
Rex , populus
Mars , schola nunc
Quidquid causidicus delirat, plectitur actor.
Quidquid causidici delirant verba loquacis ,
Omne necesse hoc est plecti, actorem-ve reum-ve.
Si quid delirat, dum vult ius reddere Iudex,
Aut reus actor, totum id plectatur oportet.
Testatorum hæres debet deliria plecti.
Plectitur & doctus stulti deliria sæpe:
& docti stultus
Plectuntur boni deliria sæpe malorum:
mali bonorum.
Plectuntur cani, deliria multa iuventæ
podagri ,
quę inopes ,
Factus inops nimij plector deliria ludi.
Ægrotus lautæ mensæ.
Infirmus vetiti luxus.
Debilis (heu!) cæci amoris.
Ecce miser , largi honoris.
Sum miser, & Veneris cæcæ.
Decumbo & multi potus.
Zelotypus factus delir ia plector amoris.

In pulchram effusi.
Coniugio implicitus deliria plector amoris
Incautus iuvenis.
Plector, quæ solita est mea dilirare cupido.
Plector, tua declinare libido.
Effœtus , nimiæ Veneris deliria plector.
Exhaustus , nimii luxus
Saucius indomiti Martis deliria plector.
Nunc moriens medici deliria plurima plector.
Ægroti medicus
Delictum interdum servi plectuntur he rile.
Et nunc servorum crimina plector herus.
Plebs ego avaritiem plector miseranda potentum.
Plector avaritiem plebecula subdita Reges.
Mercatorum ego plebs nunc plector pectus avarũ.
tandem monopolia plector.
Nunc profugus Prin. to t facta tyran. plector.
Proscriptus nunc Rex tot verba
Electus nunc Dux multa acta

NOn caret gratiâ antiphrasis, &, ideò placuit hos subiungere versus, in quibus deliriis frui dicuntur, qui hucusque plecti dicebantur.

Quidquid delirant Ducis arma, fruũtur id hostes.
Regum ipsi proceres dilitia sæpe fruuntur.
Lis iniusta fori fruitur deliria sæpe.
Quæ delirat amans, ea sæpe fruuntur amatæ.
Interdum fruimur , quæ deliraverat hostis.
Prodiga delirat quæ dextra, fruuntur amici.
Quidquid delirat sua dum comparcit avarus ,
Hoc plectuntur eo vivente', fruuntur adempto.

NOTA. Posset hîc fortè aliquis, dum nimis Latinus esse vult, nos labij aut calami negligentioris accusare, quod *Plector*, & *Fruor* donauerimus accusativo. Sane Henricum Stephanum, Grammaticum diligentissimum sequuti sumus cuius etiam verba sunt hæc. [Qui in illo Horatij versu, *Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi*, non audent verbo *plectuntur* iungere illud *quicquid*, tanquam eius accusatiuum: & quòd nimis durum hoc iudicent, verba hæc, *Quicquid delirant reges*, à sequentibus separare malunt: audebunt tandem id facere, vbi cum loco isto contulerint hunc eiusdem poëtæ, --*sic, quodcunque minabitur Eurus Fluctibus Hesperijs, Venusinæ Plectantur sylvæ*, eademque opera meum illud *plecti deliria*, vel *delicta* mirari aut etiam reprehendere desinent.] *Sic ille*. Et quidem de Verbo *Fruor* non poterit maior esse difficultas; nam *Fruiscor*, quod idem aut fere significat, regit accusativum. Plautus in Rodente: *Hinc tu nisi malum, fruisci nihil potes.* Vide Gellium libr.17.cap.1.

Naso

NASO Epist. 7.

Non bene cœlestes impia dextra colit.

PARODIÆ.

Non bene dextra Deum sanguine lenta colit.
turba convitiosa
turma dedecorosa
musa delitiosa
charta desidiosa
chorda flagitiosa
cera litigiosa
clava luxuriosa
cura perniciosa
fama præstigiosa
gaza seditiosa
lingua suspiciosa
Non bene cœlestes impia corda colunt
Non ritè æthereos improba vota colunt.
Haud dignè Empyreos barbara gesta
superos bellica acta
æternos classica verba
Divos dicta
sanctos sensa
Non colit vlla rapax dextera rite Deum.
Orat nulla rapax fæmina rite Deum.
bibax gratia Deos.
loquax laurea Polum:
minax pagina Polos.
procax pronuba
Psaloria
Non bene mens Numẽ, quæ male pura colit.
superos, malesuada
Cælos, maledicta
Quæ male cõscia mens nõ bene tẽpla colit.
Quæ furibunda est gens, vota facit.
malesida est numen adit.

SILIVS libr. 13.

Ipsa quidẽ virtus sibimet pulcherrima merc.

PARODIÆ.

Ipsa (puto) probitas nobis pulcher. merces.
quidem virtus vobis dignissima
(aio) bonitas sibimet charissima
gravitas sanctis faustissima
brevitas Divis iustissima
novitas cunctis lætissima
pietas studiis largissima
requies homini prosperrima
Conscia mẽs recti sibimet certissima merces.
Omnis amor sit maxima
Ipse decor fuit optima
Laus cordi excelso est sẽper pulcher. merces
homini eximio crebrò dulcissima
populo magno (credo) suavissima
Equiti digno (aio) ditissima
Animo egregio
Gloria magnan. merc. satis ampla laboris.
Laus est mihi tibur causa est generosa doloris
Hæc laus Romanis ratio speciosa quietis
Laurea Germanis radix moderata timoris
Fama est Doctori mora sit diuturna pavoris
Laurus terrigenis fraus est fugitiva Minervæ

OVIDIVS Fastor. libr. 1.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet.

Non iubet Naso, vt famam & bonam nominis opinionem contemnas: sed vt maioris facias, *Nil conscire tibi, nulla pallescere culpa*, quàm vulgi voces: quibus perturbari non debes, quam diu innocens sis.

PARODIÆ.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet.
Nam scia gens iusti vulgi deliria temnit
Consors populi convicia difflat
Actrix turbæ dicteria frustrat
Fautrix ludibria purgat
Conscia mens recti verba vsq. minacia ridet.
dicta minantia
gesta tonantia
Conscia mens recti non vultũ Iudicis horret
iras Numinis
vires Principis
Conscia mẽs recti prohibet pallescere vultũ
iubet haud gentes
Conscia mens recti Christo sua lumina figit.
Cælo pia nomina
Iuri sacra vulnera
Conscia mens recti cõtenta est Numine teste
felix Principe
secura Iudice
tranquilla nunc Duce
Conscia mens recti semper secura quiescit.
meritò contenta resurgit
tandẽ tranquilla triũphat.
Conscia mens recti, cupit innotescere verũ.
dolet haud emergere
Cui bene cõscia mẽs, is in autẽ dormit vtrãq.

OVIDIVS Amorum libr. 1. Eleg. 10.

Non habet eventus sordida præda bonos.

PARODIÆ.

Non habet eventus sordida præda bonos.
dedit effectus bellica dextra
dabit impia lingua
perfida causa
Non habet eventus vlla rapina bonos.
lingua dolosa
lingua scelesta
Non habet eventus, quod facit ira, bonos.
movet aula
gerit vmbra
Proditio eventus vix habet vlla bonos.

Sedi-

Seditio eventum non dedit ista bonum
Ambitio dabit illa

OVIDIVS de Arte lib. 2.

Eximia est virtus præstare silentia rebus.

PARODIÆ.

Est dubiis rebus præstare silentia virtus.
Rebus amicorum
Magna Ducis rebus
Eximia iratum
In vino est rebus
Eximia est virtus arcana silere mariti.
secreta tacere Monarchæ
perplexa notare Palati
Eximia est virtus Domini secreta silere.
Egregia Patriæ monumenta
Nobilis procerum portenta
Conspicua socii malefacta

OVIDIVS Epist. 1.

Res est soliciti plena timoris Amor.

PARODIÆ.

Res est soliciti plena timoris Amor.
Dos est ambigui saluti honor
Cos est ancipitis coloris
eximii decoris
immensi doloris
Spes est ingrati favoris
turbati vigoris
ardentis viroris
Res sunt soliciti plena timoris opes.
Sunt male parta acri plena timore bona
Virgineus res est plena timore pudor.
Partenius salute decor
Fœmineus calore favor
Uxorum virore vigor
Aulæ hodie decore color &c.
Res est plena met. sibi q. male cōscia mēs est.
Solicito res plena metu mala conscia mens est.
Solicito res est ignavia plena timore
audacia dolore
Prudentia decore
Solicito res plena metu sunt regna Tyranni.
Pestifero sunt castra
Damnifero se scire timeri
Lethifero se velle
Mortifero custodia formæ
custodia nummum
custodia famæ.
Esse timori aliis, magno est res plena timore.

IVVENALIS satyr. 5.

Maxima quæq. domus servis est plena super.

PARODIÆ.

Maxima quæq. domus titulis est plena super.
Bellica dictis est
Civica promissis
Parrula scurris est
Maxima quęq. domus vario plenissima fastu.
Regia variis turbis
Publica vitiis magnis
Maxima quæq. dom. plena est vafris parasitis
Prodiga plena assentantibus auri.
Maxima quæq. domus mēdaci obnoxia famę
Lutea variis furtis
Nautica magnis damnis
Pessima picta est fraudi.
Maxima quæq. domus sēper subiecta periclis.
Rustica magnis onerata tributis
Bellica multis ditata triumphis.

CLAVDIANVS de laudibus Stilic.

Scilicet in vulgus manant exempla regentū.

PARODIÆ.

Scilicet in gnatos manant exēpla parentum.
nuptam veniunt mariti
iuvenes stillant senectæ
pueros Magistri
proceres Monarchæ.
Maiorum in seros manant exempla nepotes.
Discipuli in mores stillant exempla Magistri.
Militis regentum
Sæpe exēpla Ducū manare in castra videmus.
Abbæ claustra
Principis in proceres manāt exēpla frequēter
Præsulis in monachos

IVVENALIS Satyr. 9.

Lingua mali pars pessima servi.

PARODIÆ.

Lingua malæ pars pessima nuptæ.
levis Musæ
viri vafri.
Indocti nā lingua viri pars pessima longè est.
*Elati *** semper*
Audacis dextra sæpe est.
Facundi nā lingua viri pars optima longè est.
Prudentis vox docta res certè est
Līgua homin. fatui, pars eius pessima verè est.
Dextra viri ignavi,
Lingua viri irati.
Verba obscœna, mali sūt pars (puto) pess. lib.
faceta, levis
iocosa, brevis
nociva, novi
Sūt etiā mala vina malæ pars pessima cœnæ.
Est vappa
Estque Ceres vitiosa
Garrulitas est stulta.

MARTIALIS libr. 11.

---- Res est imperiosa timor.

PARODIÆ.

Res eſt imperioſa pudor.
ingenioſa dolor
invidioſa gula
prodigioſa fames
delitioſa decor
deſidioſa Venus
certè operoſa voluptas
immoderata venuſtas
illecebroſa cupido.
Ira eſt res multis imperioſa modis.
Fœmineus res eſt imperioſa decor.

IVVENALIS Satyr. 1.

Si natura negat facit indignatio verſum.

PARODIÆ.

Si natura negat, facit indignatio vires.
Si fortuna — *amicos*
Si doctrina — *muſas*
Si metra Phœbe negas — *verba*
Si metra Apollo negas, — *libros.*
Si natura neget, dabit ira audacia verba.
Cor audax ſuggeret ira
dat ſæpe os ira diſertum.
Quas nat. negat, pedibus timor addidit alas.
iam artes invenit egeſtas.
Si natura negat, molleſcunt corda timore.
Si fortuna — *ſolvuntur*
Si doctrina deeſt, frigeſcunt,
Quę natura dedit, ſolvit ſæpe ira pudorem.
Quas ſcholæ Apollo dedit, crebrò fugat ira ſorores
Quæ doctr. dedit, furor excutit aſpera verba.
timor implicat
Quàm natura dedit legem, indignatio ſolvit.

OVIDIVS Amorum lib. 2. Eleg. 16.

Credula res Amor eſt.

PARODIÆ.

Credula res timor eſt.
Turbida — *ſpes eſt*
Naufraga — *eſt ſuſpicio*
Bellica — *mens zelotypi*
mulier
virgo eſt
puer eſt
ſtultitia eſt
amor ille ſui
male conſcia mens, &c.
Optima r es probitas
pietas, &c.

OVIDIVS de Ponto lib. 1. Eleg. 4.

Neſcio quâ natale ſolum dulcedine cunctos.
Ducit. (Afficit.)

Illa, quæ dicuntur ducere vel afficere, vel ſunt v-vt *ſolum*: vel-v vt *Fama*: vel--vt *aurum*: vel-vv vt *gloria* vel-vv-vt *divitiæ*: & ideò varias formas carminum ſubiciemus.

PARODIÆ.

Neſcio quâ natale decus dulced. cūct. Afficit.
natale ſolum — *multos Ducet*
natalis honos — *gentes*
laſcivus amor — *vulgum*
Aurum neſcio quâ ducit dulcedine cunctos.
Nummi — *ducunt*
Muſæ — *afficiunt*
laudes
Neſcio quâ argentū cūctos dulcedine ducit.
libri — ducunt
lauri, &c.
Munera, neſcio quâ ducūt dulcedine cūctos.
Præmia — *afficiunt*
Gloria — *ducit.*
Neſcio quâ ducit cūctos dulcedine forma.
Non ſcio — *ducit* — *Fama*
Quæro cur — *ducant* — *Muſæ?*
Facundū os omnes quâdā dulcedine ducit.
Eloquium — *cunctos varia* — *ducit*
Divitiæ — *gentes magna* — *ducunt*
Religio — *populos ſumma* — *format*
Delitiæ — *iuvenes magna* — *fallunt.*
Ducit honos cunctorū animos dulced. quâdā
Amor iuvenum mentes

OVIDIVS Epiſt. 12.

Eſt aliqua ingrato meritū exprobrare volup.

PARODIAE.

Eſt aliqua *ingrato* donū exprobare voluptas.
multa — *officium*
quædam — *obſequium*
magna — *elato* — *caſum*
immiti — *cædem*

IVVENALIS Satyr. 6.

Intolerabilius nihil eſt quàm fœmina dives.

PARODIAE.

Intolerabilius nihil eſt quàm dives avarus.
nihil eſt quam pauper avarus.
nil divite mente carente.
nil Virgine laude carente.
nil paupere divite facto.
fronte carente.
quando ſuperbit.
ſtultè aſſentantibus eſt nil.
laudantibus
nihil eſt quàm garrula lingua.
critica Virgo
Intolerabilior nugis res nulla canoris.
Medico — *ſcholari*
Phyſico — *bibaci*
populo — *rebelli*
clero — *ſoluto*

OVIDIVS Amorum lib. 11. Eleg. 16.

Verba puellarum foliis leviora caducis.

Conſo-

Consonat Hispanus, qui ait, *El consejo de la muger es poco; y quien le toma, loco*. hoc est, *Consilium, a fœmina datum, non est multum; quis tamen admisso pertinet ad stultum*.

PARODIAE.

Verba puellarum foliis leviora caducis.
colurnis
Vota inconstantis *fragosis*
Dicta assentantis *solutis*
Sensa hominis vafri *recisis*
Gesta expressa metu *tenellis*
extorta metu
irati sunt
aularum sunt –
Aulica verba volant, foliis leviora caducis.
Verba profundit amans
Verba in amore volant
Quæ temulentus ait foliis leviora caducis.
furibundus
furiosus
malesanus
malesuadus &c.

OVIDIVS de arte libr. II.

Nec minor est virt⁹,quã quęrere,parta tueri.

PARODIÆ.

Nõ minor est virt⁹,quã discere,docta docere
quàm dicere, nota tacere
quàm cernere, visa referre
quàm poscere, dona referre.
Nõ minor est bene parto vti, quã quær. virt.
Rectè vti partis minor haud, quàm
Scire
Haud equidẽ est virtus rebus bene parc.par.
Quàm quæsisse minor. *&c.*
Non minus est quàm scire loqui,bene scire tacere.
Parere haud min⁹ est monit. quã posse mon.
Non minor est virtus quã vincere parcere victis.

IVVENALIS Satyr. 7.

Scire volunt omnes, mercedẽ solvere nemo.

PARODIÆ.

Scire volũt omnes, sed curant discere pauci.
nemo parere docenti
discendi haud ferre laborem
nemo nescire fateri.
Pulchra volũt õnes,mercedẽ vult dare nemo
Laudatur virtus *nullus*
pietas, *rarus*
probitas,
studium,
Fortia facta placent,largitur præmia nemo.
Optima vota *sed donat.* *nullus*
Bellica dicta *impendit*
Strenua gesta *concedit*

HORATIVS Epist. II. lib. I.

Cælũ nõ animũ mutãt,qui trãs mare currũt.

PARODIAE.

Cœlũ,nõ animũ mutat,trãs æquor acurrẽs.
Terram, mentem
Vrbem, pectus
Cœlũ,nõ animũ trans æquora mutat avarus.
mores *iniquus*
actus *adulter*
Improb haud animũ currẽdo trãs mare mut.
Perfidus *properando*
Proditor *pergendo*
Mutat iners cœlũ,nõ mẽtẽ trãs mare currẽs.
amans *pectus*
Haud cũ lĩguâ animũ mut.qui trãs mare cur.
Haud cum veste animum
Haud cum victu animum
Cum fortuna animum haud
Fortuna,haud animus lucris mutatur avaro.
Cum fortuna animus sæpe mutatur in aula
Sæpe animũ ad sũmos mutat, qui cur. honor.
Sæpe animum mutat,censum qui currit ad amplũ.

IVVENALIS Sat. II.

Nemo repentè fuit turpissimus.

PARODIÆ.

Nemo repente fuit teterrimus.
nequissimus
parcissimus
lucri cupidissimus
multi cupidissimus auri.
vanissimus
stultissimus
cautissimus
doctissimus
Egregiè mendax nemo repente fuit.
Perfricta frontis &c.

OVIDIVS Metamorph. II.

Heu quã difficile est,crimẽ nõ prodere vultu

PARODIÆ.

Difficile est tristes curas nõ prodere vultu.
æstus mentis verbis.
iræ flammas factis.
motus cordis linguâ.
offensum animum
animum trepidum
dubium
ambiguum
Veneris stimulos
flammas
Difficile est illum sese non prodere vultu
Cui male conscia mens.
Lætitiam haud facile est subitã nõ prodere vultu.
Gaudia difficile ĩsperata haud prodere vultu.

OVIDIVS de remedio Amoris lib. 1.

Vtile propositum est sœvas extĩguere flãmas
Agit de Amore venereo, & *sævas* lascivas app.

PARODIÆ.

Vtile propositũ est irarũ extinguere flãmas.
æstus *lucri*
ardorem *lucri*
discordem *motum*
accensum *bellum*
turpem *famam*
Vtile propositũ est nascentẽ extinguere velle
Materiam vitiorum.
Vtile propositũ est, extĩguere pectoris æstus.
sedare incendia belli
extinguere semina belli

OVIDIVS Transformationum libr. 6.

---Nihil est quod non effræno captus amore
Ausit.

Loquitur de amore Venereo, & interim amor concupiscentię & amicitiæ (ille nimirùm, quo immoderate aliquis se aut amicos peramat) audaces & temerarios homines reddit.

PARODIÆ.

Nil nõ ausit opũ effræno qui captus aõre est.
audet *indomito* *immersus*
tentat *indocili* *plenus*
Nil nõ ausit opũ, quæ capta cupidine mẽs est
vrget *mersa bitumine gens*
tentat *plena celeusmate res*
audet *libidine*
tentet *voragine*
Vindictæ effræno succẽsũ pectus amore Aud.
Luxuriæ indomito turbatum vulgus (&c.
Perfidiæ indocili perversum
stultitiæ immenso submersum
Nil non perverso vindictæ pectus amore
Exardens ausit.
Et nihil est, quod non effræna concitabile
Mens ausit.
Nil nõ, ardẽti laudis qui captus am. est, Ausit
eximio nummûm *honore Audeat*
heroico rerum
cælesti patriæ
terreno lauri

OVIDIVS de Arte libr. 1.

Pollicitis dives quilibet esse potest.

PARODIAE.

Blanditiis dives quilibet esse potest.
Verborum plenus
Grati animi
Spe saltem
Spe vana
Nempe precum
Nemo est, qui dives non queat esse Deo.
plenus *mini*
Qui non plura cupit, dives is esse potest.
Sors sua cui satis est, *solet.*

CLAVDIANVS de quarto Cons. Honorij.

Mobile mutatur semper cũ Prĩcipe vulgus.

PARODIAE.

Naturã mutat cũ Principe mobile vulgus.
Et mores *Cæsare*
Aut amat aut odit *Præsule*
Aut colit aut spernit *Consule*
Et timet & sperat *Rege hic*
Ad famã incertam mutatur mobile vulgus;
Spes mutare solet, venit vt nova
Cum fortuna, animum quoque mutat

IVVENALIS Satyr. 10.

Rara est adeò cõcordia formæ, Atq. pudicit.

PARODIAE.

Rara est concordia formæ, submissiq. animi.
Atq. modesti animi
Cõstãtis rara est cõcordia amoris Et formæ.
Rara est iuvenis cõcordia nuptæ Atq. viri vetuli.
Iuvenis cõcordia rara mariti Et vetulæ vxor.
Plebeii *Nobilis & nuptæ*
Decoctoris *Et parcæ vxoris*
Dotati *Pauperis & nuptæ.*
Arm orum, atq. adeo legum concordia rara.
Bellorum *Iuris connexio nulla*
Musarum *Bacchi*
--- Rara est adeo concordia Musis
Et menti lucrorum avidæ.
--- *Concordia rara Camænis*
Et lautæ est mensa
--- Concordia rara Camœnis,
Pingui & aqualiculo.
--- *Rara est concordia cordis avari*
Atque bonæ fidei.
Ambitiosi animi concordia rara & avari.
Inter avaritiam concordia rara gulamque
--- Audacis concordia rara est
Prudentisque animi.
Vt puto, divitiis rara est concordia magnis
Et summo ingenio.

OVIDIVS de Ponto libr. 11. Eleg. 9.

Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis.

PARODIAE.

Regia (crede mihi) res est succcurrere iustis.
Optima Iustitia *læse*
Cælica pauperibus *sanctis*
Congrua legitimo *Iuri*
Publica Principibus *velle*
Splendida supplicibus *victis*
Sedula res tutrici inopum succurrere legi

Stre-

Strenua res miseris ultro rebus.
Vitrea res patriæ afflictæ velle.
Anxia res humili elatum contra
Indita res contra fraudes recto.
Contra ditem inopi succurrere, regia res est.
Se velle haud metui sed amari,
Exemplum esse suis virtutis,
Oris adulantis contemptus,
Semper adulantes contemnere,
Humanæ sortis meminisse, id
Velle vice armorum Ius dicere,
Posse loco dici,
Ecce, fungi,
Armorum voluisse loco Ius,
Illæsam servare fidem, res regia verè est.
Suppositum se velle Deo,
Subiectum se Polo,
Armorum Ius loco,
Regia (crede mihi) res est dominarier iræ.
Regia pro populo res est contemnere mortem.
Regia res, populo servare parentis amorem.
,servare fidem, victisque favere.
,vitia est, vitusq. odisse faventes.
,flagrans pectus virtutis amore.
,dici clementem, haud malle potentem.
,mixtum Imperiũ moderamine Iuris.
,legum imperio finita potestas.
,constet quod Iuri, id velle licere.
,verax lingua est, & pectus apertum.
,candore animi non cedere cuiquam.
,se nosse hominem, Regem licèt, esse.
,sincerè humanam agnoscere sortem.
,humana Deo supponere regna.
,miseris errata ignoscere velle.
,esse ad pœnas, haud præmia tardum:
,servare homines quàm perdere malle.
,pacem, non bellum quærere regno.
,natum esse suo se credere regno.
,populo & patriæ se credere nato.
,titulum clementis semper amare.

HÆC de Regum virtutibus & prærogativis: sed quia & ipsi sunt homines, & interdum imperfectiones multas habent, has etiam Parodias subscribamus.

Opprimere insontes populos, res regia nõ est.
Tollere Iustitiam & leges, res regia nõ est.
Pauperibus nocuisse viris,
Principibus
Supplicibus
Et Patriæ nocuisse suæ,
Velle suo metui à populo,
Exemplum vitij esse suis,
Cedere adulantũm verbis,
Velle loco Iuris bellum,
Promissam violare fidem,
Præposuisse Deo lucrum,
Iræ velle furore rapi,
Nolle patrem dici populi, res regia non est.
Pro populo sed nolle mori,
Virtutes odisse pias,
Et delectari vitiis,
Temnere clementis titulos,
Despicere Imperii leges,
Non servare suas leges,
Os fallax, tectusq. animus,
Supplicius gaudere hominum,
Præmia non dare Virtuti,
Perdere quàm servare viros.

HORATIUS in Arte poet.
——Pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi sẽper fuit æqua potestas.

PARODIÆ.

——*prædonibus atque tyrannis*
Quidvis patrandi semper fuit æqua potestas.
——quæstoribus atque telonis
Lucrum sectandi semper fuit æqua potestas.
——*ganeonibus & parasitis*
Sectandi mensas alienas æqua potestas.
——meretricibus atque cinædis
Verba obscęna loqui sẽp. fuit æqua potestas.
——*pueris vinòque gravatis*
Æqua potestas est dicenda tacenda loquendi.
——Medicis paritèrque cherurgis
Adversum ęgrotos semper fuit æqua potestas.

BAHUSIUS.

Tot tibi Virgo sunt dotes, quot sydera cælo.

Proteus hoc carmen est, & nullo mutato verbo, sed ordine dictionum mutato multis vicibus variari potest. Illud ad 1022. formas perduxit Ericius Puteanus, ut tot metamorphoses haberet, quot astra cœlum. Nos alibi dictius esse monstravimus, & pluries transfigurari posse. Modò aliter illud transfiguramus, & propagamus. Lege attente.

PARODIÆ.

Tot tibi Virgo sunt dotes, quot sydera cælo.
Princeps sunt gemmæ, lumina cælis.
Mater sunt stellæ, cõmata Mũdo.
Sancta parens palmæ, corpora Olympo
Virgo parens lauri, fædera Athlãti
Virgo potens laudes, nomina
Mellifluæ pegmata Aplani
Floricomæ phasmata
Stellicomæ schemata

Et hinc exsurgit, novus Proteus, qui per parodiam plurimis etiam vicibus variari potest: nam de Astronomis, quæ immensæ molis stellas communiscitur, dixisse aliquando memini.

Tot virgo sunt monstra tibi, quo sydera cælo.
tandem probra lumina olympo.
verè spectra corpora aplani.

Et quidem singulæ Stellæ fixæ monstra sunt, si mole Saturni cœlum superare dicantur. Et tamen stando Copernico nequeunt esse minora.

IOANNES BVCELLINVS.

Ardua Christiadû canimus certamina Musæ. Bucellinum & Bohusium produco, vt ostendam non semper ad Homeros, Virgilios, Ouidiosq. recurrendum esse, vt pulchras metamorphoses conformemus.

PARODIÆ.

Ardua Christiadû canimus certamina Musæ.
Fortia Diuorum colimus pia vulnera Nymphæ
Grãdia Belgarum loquimur pia stigmata Diuæ.
Cãdida Victorum legimus
Cælica nostratum (celebremus vulnera) Phœbe.
Centupla Nobilium (modulemur stigmata) Apollo
Classica (cantemus Olympe.
Aurea Christiadû celebrabim' vlcera Musæ.
Bellica Romanûm acta Diui.
MartiaOlympiadû modulabimur omnia metro.
Maxima Sanctorum agmina cæli.
Barbara Maiorum cantabimus versu.
Quia hoc argumentum concernit, & fortè aliquibus placere poterit, has literas placuit subiungere, quas olim scripsi Leuanij cuipiam nobili amico, qui me importunius ad solenne conuiuium inuitabat.

DLXVI.

ILLVSTRISSIME COMES.

Opto tibi multam, nullam tibi poto salutem:
Non est in potâ vera salute salus.

Literas tuas inter scyphos scriptas libentissimè legi; sum enim rimatus in illis ingenium illud tuum, quod etiam in paruis magnum est. Me humanissimè ad epulum & colloquium inuitas; & quia adamantinâ lege mihi indixi meridie apud nullum conuiuere, obedire non possum: quoniam tenellæ vires illæ, quibus labor scholasticus parcit, non pharmacis (hæc enim non admitto) sed sobrietate conseruantur: nam, vt aliquid sincerius dicam,

Non bene conueniunt, nec in vnâ sede morãtur
Euacuare scyphos varios, potare salutes
Aulicæ amicorum, & propriam seruare salutem.

Ergo, si me amas, Illustrissime Vir, patere vt domi maneam meæ, & Musam nomine meo actûram de scyphis transmittam. Musam, inquam, iuniorem, quæ non in Parnasso apud Castalias vndas nata, sed in agro Falerno apud vites & dolia, sororum sobrietatem irridet: Hæc, quocumque eam velis insignire vocabulo, vix quidpiam noui modulatur, sed grandius à cæteris dicta ad calices & vina obtorquens ingeniosè & acutè nugatur. Multa illa me iubente, aut etiam inspirante, accinuit: hæc subscribo.

OVIDIVS.

Aspiciunt oculis Superi mortalia iustis.
Calica agant labiis Superi conuiuia siccis:
Nec mirum careant nectare, Bacchus abest.
Sicca frequenter agant Superi conuiuia: nobis
Conbibium madidum nunc celebrare libet.

MARTIALIS.

Et Cilices nimbis hîc maduere suis.
Et calices vinis hîc maduere suis.

OVIDIVS.

Dii pia facta vident.
Homines bona vina bibent.

OVIDIVS.

Omnia si pereant, famam seruare memento,
Quâ semel amissâ posteà nullus eris.
Omnia si pereant, vinum seruare memento,
Quo semel epoto (effuso) posteà siccus eris.

OVIDIVS.

Ludit in humanis diuina potentia rebus.
Ludit in Hispanis Caupona tyrannica vinis,
(Grande nefas!) ausa est Italos ingulare falernos.
Est Deus in nobis: agitante calescimus illo:
Impetus hic sacræ semina mentis habet.
Et Bacche in nobis: agitante calescimus igne.
E flammisque tuis impetus iste venit.

VIRGILIVS.

Nulla salus bello, pacẽ te poscimus omnes.
Nulla salus lymphis, vinum te poscimus omnes.
Nulla salus Thetidi, Bacchum te poscimus omnes.
Nulla salus pisci, carnem te poscimus omnes.

VIRGILIVS.

Sperate: & vosmet rebus seruate secundis.
Sperate: & vosmet vino seruate secundo.

VIRGILIVS.

Dimisere caput, pluuiâ cum fortè grauatur.
Dimisere caput, vino cum fortè grauantur.

VIRGILIVS.

It comes, & paribus curis vestigia figit.
It comes, & paribus cyathis vestigia figit.
It comes, & paribus cyathis respondet amico.
Is Comes, & paribus cyathis conuiuia firmas.

VIRGILIVS.

--Omnemque reuerti
Per Troiãs, & rursum caput obiectare periclis.
Præcipit interea hos instare, illosque reuerti
Ad mensam, & crebris caput obiectare falernis.

VIRGILIVS.

--Ipsi in certamina rursus
Succedit, animasq. in aperta pericula mittũt.
--Bacchi in certamina rursus
Succeduntque, caputq. in aperta pericula mittunt.

ENNIVS.

Vnus homo nobis cunctãdo restituit rem;

Non

Non ponebat enim rumores ante salutem.
Vnus homo nobis potando restituit rem.
Vnus homo nobis potando destituit rem;
Non ponebat enim rumores ante salutes.

OVIDIVS.

Nō bene cōveniunt, nec in vnā sede morātur
Maiestas & Amor.
Non bene conveniunt, nec in vna sede morantur
Secretum & vinum.

HORATIVS.

Principib' placuisse viris, nō vltima laus est.
Principibus placuisse merum, non vltima laus est.

HORATIVS.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici;
Expertus metuit.
Suavia inexpertis sunt vina potentis amici;
Expertus metuit.

VIRGILIVS.

Vna salus victis nullam sperare salutem.
Vna salus agris nullam potare salutem.

LVCANVS.

Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequūtur.
Nulla fides pietasq;-ve viris, qui vina sequuntur.
Nulla fides pretiū-ve mero, quod lympha remittit.
Summa fides vino, nam oracula concinit: in quo,
Si subsit vel aquæ guttula, nulla fides.

OVIDIVS.

Gratiaque officio, quod mora tardat, abest.
Bacchus & officio, quod mora tardat, abest.

OVIDIVS.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis.
Luxuriant vates vinis plerumque secundis.
Decrepito vates gaudent plerumque falerno.
Non baptizato gaudent plerumque falerno.

OVIDIVS.

Quod caret alterna requie, durabile nō est.
Quæ caret alternis cyathis, mensa optima non est.
Mensa carens cyathis paribus, laudabilis haud est.

IVVENALIS.

Quantum quisq; sua nūmorū servat in arcā,
Tantum habet & fidei.
Quantum quisque suo vinorum servat in antro,
Tantum habet & fides.

OVIDIVS.

Dum fueris fœlix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerunt nubila, solus eris.
Copia dum fuerit vini, numerabis amicos:
Si non sit vini copia, solus eris.
Mensa cibis oppleta bonis, numerabit amicos.
Plurima si desint fercula, solus eris.

OVIDIVS.

--In audaces non est audacia tuta.
Audaces contra non sunt certamina tuta:
Sum audax; me noli vincere; pone scyphum.

OVIDIVS.

Crede mihi miseros prudētia prima reliquit
Aulicæ (crede mihi) miser est, quicumq; falernum
Non habet, & liquidis guttura tingit aquis.

OVIDIVS.

Invia Virtuti nulla est via.
Invia vinoso nulla est via.

MARTIALIS.

Extra fortunam est, quidquid donatur amicis.
Extra fortunam est, quod propinatur amicis.

OVIDIVS.

Læsa pudicitia est nulla reparabilis arte.
Aulicæ, amicitia est, sola hac reparabilis arte:
Nam bona vina malam consolidare solent.
Bacchus enim fractam consolidare solet.

HORATIVS.

Quidquid delirāt Reges, plectuntur Achivi.
Quando delirat caupo (miserabile dictu!)
Tunc vinum plectetur aquis.

OVIDIVS.

Non bene cœlestes impia dextra colit.
Non bene Doctores languida vina bibunt.
Non bene Primores rustica vina bibunt.

SILIVS.

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherr. merces.
Ipsa quidem ebrietas vino dignissima merces.

OVIDIVS.

Conscia mens recti, famæ mendacia ridet.
Mensa mero repleta, coqui mendacia ridet.

IVVENALIS.

Scire volūt omnes, mercedem solvere nemo.
Et potare volunt omnes, & solvere nemo.

OVIDIVS.

Non habet eventus sordida præda bonos.
Eventus nec habent barbara vina bonos.
Eventus nec habent pessima vina bonos.
Effectus nec habent optima vina malos.

OVIDIVS.

Eximia est virtus, præstare silentia rebus.
Eximia est virtus, præstare silentia vino.
Est vino præstare modum nunc maxima virtus.

OVIDIVS.

Res est soliciti plena timoris Amor.
Naufragium subeant aliæ vina reposcunt,
Res est soliciti plena timoris aqua.

IVVENALIS.

Maxima quæq; dom' servis est plena superbis.
Maxima quæque domus puris sit plena falernis.

IVVENALIS.

Lingua mali pars pessima servi.
Vina bona pars optima cœnæ.

MARTIALIS.

--Res est imperiosa timor.
Et vini res est imperiosa furor.

IVVENALIS.

Si natura negat, facit indignatio versum.
Quæ modò Musa negat carmina, vina dabūt.

OVI-

OVIDIVS.

Nescio quâ natale solum dulc.cũctos Ducit.
Nescio qua septẽne merũ dulcedine cũctos Ducit.

OVIDIVS.

Est aliqua ĩgrato meritũ exprobrare voluptas
Est aliqua ingrato non propinare voluptas.

IVVENALIS.

Intolerabilius nihil est, quàm fœmina dives.
Intolerabilius nihil est, quàm Liberi & undæ
Connubium: ergo sit Bacchus te Consule cælebs.

OVIDIVS.

Verba puellarum foliis leviora caducis.
Quæ vinum extorsit, foliis leviora caducis
Sunt verba.

OVIDIVS.

Heu! quã difficile est, crimẽ nõ prodere vultu!
Heu! quàm difficile est, vinum nõ prodere vultu!
crimen vino!

OVIDIVS.

Vtile propositũ est sævas extinguere flãmas.
Vtile propositum vini est extinguere flammas.

OVIDIVS.

--Nihil est, quod non effræno captus amore
Ausit.
Et nihil est, cæco quod vini captus amore
Non ausit.

OVIDIVS.

Pollicitis dives quilibet esse potest.
Qui hoc habeat vinum, quelibet esse potest.

CLAVDIANVS.

Mobile mutatur semper cũ Principe vulgus.
Mutatur semper cum vino mobile vulgus.
Non te, sed peramat tua vina Theocrite: nam ipse,
Hæc cùm mutantur, mutat amicitias.

IVVENALIS.

Rara est adeò cõcordia formę, Atq. pudicitię.
Rara est adeò concordia vini, Atque pudicitiæ.
Antice Musarum & vini concordia rara est.

OVIDIVS.

Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis.
Ebrietas socios prostravit: subrige cunctos:
Mutua (crede mihi) cura est succurrere lapsis.

HORATIVS.

--Pictoribus atque Poetis
Quidlibet audendi sẽper fuit æqua potestas.
--Pictoribus atque Poetis,
Vt haurire velint semper fuit ampla potestas.

Sed cur tam multa Musæ huic decimæ indulgeo? Vt epulo tuo festiva intersit, quando adesse non possum. Sis hilaris, ne ita meam salutem optes, vt tuam contemnas. Convivas tuos (dominos & amicos meos) iubeo valere & vivere, imò & bibere, si modum prudentia præscripserit. Et tu inter Amicorum madidas & doctas insidias, *Quantum potes, tantum aude*: & diligere perge illum me, à quo sincerâ devotione diligeris.

MVSA SECVNDA.

DLXVII.



BERIOR est, & non jam vnum versum, sed integra poëmata per parodiam ad alias materias transcribit. Multa succurrunt Veterum & Iuniorum exempla: esse brevis desidero, & ideò te potiùs ad fontes remittam, quàm te lectione fastidiosâ onerabo. In hac & præcedenti Musâ Ars traductionis eadem: diversitas in quantitate. Rem exempla meliùs, quàm doctrina dilucidat. Ergo vno aut altero contenti simus.

Exemplum I.

CATVLLVS.

Faselus ille quem videtis hospites,
Ait fuisse nauium celerrimus:
Neque vllius natantis impetum trabis
Nequisse præterire, siue palmulis
Opus foret volare, siue linteo.
Et hoc negat minacis Adriatici
Negare littus, insulàsve Cyclades,
Rhodùmve nobilem, horridàmve Thraciã,
Propontida, trucèmve Ponticum sinum:
Vbi iste, pòst faselus, antea fuit
Comata sylva. nam Cytorio in iugo
Loquente sæpe sibilum edidit coma.
Amastri Pontica, & Cytore buxifer,
Tibi hæc fuisse & esse cognitissima
Ait faselus: vltima ex origine
Tuo stetisse dicit in cacumine,

Tuo

Tuo imbuiſſe palmulas in æquore:
Et inde tot per impotentia freta
Herum tuliſſe læua ſiue dextera
Vocaret aura: ſiue vtrunque Iupiter
Simul ſecundus incidiſſet in pedem.
Neque vlla vota littoralibus deis
Sibi eſſe facta, quum veniret à mare
Nouiſſimo hunc aduſq. limpidum lacum.
Sed hæc prius fuere: nunc recondita
Senet quiete, ſeque dedicat tibi
Gemelle Caſtor, & gemelle Caſtoris.

AD CATVLLI VERSVS
PARODIA ANTIQVA.

Sabinus ille, quem videtis hoſpites,
Ait fuiſſe mulio celerrimus:
Neque vllius volantis impetum ciſi
Nequiſſe præterire, ſiue Mantuam
Opus foret volare, ſiue Brixiam.
Neque hoc negat Tryphonis æmuli domum
Negare, nobilem inſulàmue Cæruli.
Vbi iſte, pòſt Sabinus, antè Quinctio
Bidente dicit attodiſſe forcipe
Comata colla, ne qua ſordidum iugo
Premente dura vulnus ederet iuba.
Cremona frigida, & lutoſa Gallia,
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait Sabinus: ultima ex origine
Tua ſtetiſſe dicit in uoragine,
Tua in palude depoſiſſe ſarcinas
Et inde tot per orbitoſa millia
Iugum tuliſſe: læua ſiue dextera
Strigare mulas, ſiue utrinque cœperat.
Neque ulla uota ſemitalibus deis
Sibi eſſe facta: propter hoc nouiſſimum
Paterna lora proximùmque pectinem.
Sed hæc prius fuere: nunc eburnea
Sedètque ſede, ſeque dedicat tibi
Gemelle Caſtor, & gemelle Caſtoris.

'*Attodiſſe, Depoſiſſe, Strigare,* conſultò ſcripta fuerunt ex vet.cod.vt ſtent verſus.

PARODIA AD ILLOS
CATVLLI VERSVS,
Cuius autor eſt Iulius Cæſar Scaliger.

Doletus ille, qui necauit hoſpites,
Ait fuiſſe carnifex ſacerrimus,
Neque vllius furentis impetum manus
Nequiſſe præterire: ſiue ſicula
Opus foret necare, ſiue linteo.
Et hoc negat minacior Druentiæ
Negare ripa, vel pigrè tumens Arar:
Vel vrbs negotioſa, uel lutoſa, uel
Petita liberalis aula principis:
Vbi iſte fur Doletus antea fuit,
Rapaxque leno. nam Genabio in iugo
Silente nocte ſibilum edidit ſuis.
Toloſa diues & ſuperba Fuxia
Tibi hæc fuiſſe & eſſe perditiſſima
Ait Doletus: impia ex origine
Tuo ſtetiſſe dicit in ſtatumine,
Tuum excacaſſe clamat ille carcerem:
Et inde tot per inſequentium manus
Se hero abdidiſſe: læua ſiue dextera
Fugaret aura, ſiue vtrunque carnifex
Simul ſe inanis ac dediſſet in pedem.
Neque vlla vota carceralibus deis
Sibi eſſe facta quum veniret ad mare
Toloſa abuſque. nam nihil putat deos.
Sed hæc prius fuere: nunc recondita
Cibis quiete: ſeque deuonet tibi
Megæra Alaſtor, & Megæra Alaſtoris.

ALIA PARODIA AD EOSDEM
CATVLLI VERSVS,
Cuius autor eſt Ioſephus Scaliger.

Magirus ille, quem videtis hoſpites,
Ait fuiſſe litigator optimus
Neque vllius tribunal arduum fori
Nequiſſe perſonare, ſiue legibus
Opus foret latrare, ſiue iurgiis.
Et hoc negat ſeuera Nittiobrigum
Negare ſepta, Vaſconùmque curias,
Aginnum inane, Condomumque inhoſpitum,
Lemonicas, trucèſque Petracorios:
Vbi iſte pòſt Magirus, antea fuit
Lauerna iuris: & patronus in foro
Loquente ſæpe voce prodidit reos.
Cadurce rabula, & Toloſa contumax
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait Magirus. vltima ex origine
Tuis crepaſſe iura dicit in ſcholis,
Tua intonaſſe legibus ſedilia.
Et inde ſurda per tot vrbium fora
Stipem extudiſſe, læua ſiue dextera
Rogaret æra, ſiue vtranque pluſcula
Pecunia granaret improbus manum.
Neque vlla vota curialibus deis
Sibi eſſe facta, quum rediret à fore
Onuſtus ære aduſque proprium domum.
Sed hæc prius fuere: nunc cibaria
Ligurit uncta, ſeque dedicat tibi
Culina diues, & culina diuitis.

AD EOSDEM CATVLLI VERSVS
PARODIA ALIA EIVSD. CÆS. SCALIGERI,
In Vidorem, qui ex pharmacario
factus erat clinicus.

Maranuille, quem fugeſtis hoſpites,

Ait fuisse pinsitor nigerrimus:
Neque vllius retinnuli globum caui
Nequisse personare: siue Barbarum
Opus foret rotare, siue Agaricum.
Neque hoc negat proterua turba Pessuli
Negare, patris atque Sabbatary.
Vbi malus Marannus atra sordium
Patente dicit expulisse lingula
Recocta mella: nequa spuma feruida,
Sonansue bulla sibilum ederet fuga.
Gelata Francia & calens Prouincia,
Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima
Ait Maranus: vltima ex origine
Tua in senacula intulisse Galbana.
Et inde erogata per viatica
Famem tulisse: læua siue dextera
Cibum rogare, siue vtrinque cœperat.
Neque vlla vota pharmacalibus deis
Sibi esse facta. nam vetabat improbi
Refecta posthac patris ex origine.
Sed hæc prius fuere. nunc Galenica
*Voratque sede, seque deuouet tibi**
Marane Vidor, & Marane Vidoris.

AD EOSDEM CATVLLI VERSVS
ALIA PARODIA,
A Paulo Melisso Schedio scripta.

Colonus ille, quem videtis incola,
Ait fuisse miles impigerrimus,
Neque vllius volantis impetum globi
Nequisse sustinere, siue in humido
Opus foret coire, siue in arido.
Et hoc negat triumphum agentis Adriæ
Negare littus, extimosue Cyprios,
Hetruriamue, & inclytam Neapolim,
Liburniam sinumue Cretici maris:
Vbi iste, post Colonus, agminis fuit
Tribunus antè. nam cohorte in hostium
Canente mille vulnera edidit tuba.
Ibere ductor, & Columna lauriger
Tibi hæc fuisse & esse cognitissima
Ait Colonus. horrida crepidine
Tuos stetisse dicit inter ordines
Rubro imbuisse vasta sanguine æquora.
Et inde tot per expatrata prælia
Manum tulisse, læua siue dextera
Vocaret ala, siue vtrunque Thrax ferox
Simul phalangas impulisset ad latus.
Neque vlla vota Martialibus deis
Sibi esse facta, quum rediret à mari
Lepanthico hunc adusque Francicum Salim.
Sed hæc prius fuere. nunc colit iuga,
Serit nouale, seque dedicat tibi
Amice Liber, atque amica Liberi.

Exemplum II.
CATVLLVS.

Pulchrè conuenit improbis cinædis,
Mamurræ pathicòque Cæsarique.
Nec mirum: maculæ pares vtrisque,
Vrbana altera, & illa Formiana,
Impressæ resident, nec eluentur.
Morbosi pariter, gemelli vtrique,
Vno in ludulo eruditulì ambo.
Non hic, quàm ille, magis vorax adulter,
Riuales, socij & puellularum.
Pulchrè conuenit improbis cinædis.

AD CATVLLI VERSVS
PARODIA
Iulij Cæsaris Scaligeri, De Picato & Ipnio.

Pulchrè conuenit hispidis molossis,
Ipnio rabidoque, Pitiòque.
Ambo in ordine ineruditi eodem:
Ambo carnifices periculosi.
Vter perniciosiorne? Vterque.
Ille est pestis acerba veritatis,
Hic fomes, pater, autor, educator
Morborum omnium & ægritudinum omnium.
Pulchrè conuenit inuidis molossis.

Exemplum III.
CATVLLVS.

Lugete ô Veneres Cupidinèsque,
Et quantum est hominum venustiorum.
Passer mortuus est meæ puellæ,
Quem plus illa oculis suis amabat.
Nam mellitus erat, suàmque norat
Ipsam tam bene quàm puella matrem
Nec sese à gremio illius mouebat:
Sed circumsiliens modò huc, modò illuc,
Ad solam dominam vsque pipilabat.
Qui nunc it per iter tenebricosum,
Illuc vnde negant redire quenquam.
At vobis malè sit malæ tenebræ
Orci, quæ omnia bella deuoratis:
Tam bellum mihi passerem abstulistis.
O factum malè! ò malæ tenebræ!
Vestra nunc opera, meæ puellæ
Flendo turgiduli rubent ocelli.

AD CATVLLI VERSVS
PARODIA HENRICI STEPHANI,
De morte ebriosissimi cuiusdam iuuenis.

Lugete ô calices capedinèsque,

Et

Et quantum est hominum bibaciorum.
Vester mortuus est sodalis ille,
Quem plus quisque oculis suis amabat.
Nam rex vester erat, suumque norat
Bacchum tam bene quàm puella matrem.
Nec sese à Bromio suo mouebat,
Sed circumspiciens modò huc, modò illuc,
Ad sola illius arma gestiebat.
Qui nunc it per iter siticulosum,
Illuc vina negant ubi videri.
At vobis bene sit bonæ tenebræ
Orci, quæ hæc citò monstra deuoratis:
Tam fœdum barathrum meri abstulistis.
O factum bene! ô bonæ tenebræ!
Vestra nunc opera, improbo biboni
Vini pernicie haud rubent ocelli.

Exemplum IV.
EX HORATII CARMIN.
LIBRO TERTIO.

HORATIVS.

Donec gratus eram tibi,
  Nec quisquam potior brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat,
  Persarum vigui rege beatior.

LYDIA.

Donec non alia magis
  Arsisti, neque erat Lydia post Chloen:
Multi Lydia nominis
  Romana vigui clarior Ilia.

HORATIVS.

Me nunc Thressa Chloe regit,
  Dulces docta modos: & citharæ sciens:
Pro qua non metuam mori,
  Si parcent animæ fata superstiti.

LYDIA.

Me torret face mutua
  Thurini Calais filius Ornithi:
Pro quo bis patiar mori,
  Si parcent puero fata superstiti.

HORATIVS.

Quid si prisca redit Venus,
  Diductósque iugo cogit aheneo?
Si flaua excutitur Chloe,
  Reiectæque patet ianua Lydiæ?

LYDIA.

Quanquam sidere pulchrior
  Ille est, tu leuior cortice, & improbo
Iracundior Adria:
  Tecum viuere amem, tecũ obeã libens.

AD HORATII VERSUS
Parodia Lucij Fruterij.

FRVTERIVS.

Donec carus ero tibi,
  Nec quisquam genij munera Douzici
Maiori obsequio colet,
  Viuam Cæsarea sorte beatior.

DOVZA.

Donec Fruterius mihi
  Det notas animi delicias sui,
Me non alterius trahet
  Ignotúsque nouúsque in sua iura amor.

FRVTERIVS.

Me multorum animi fauor
  Astrictum vigili præsidio tenet,
Pro queis vltima perpeti
  Sit desiderij certa fides mei.

DOVZA.

Et me multus amor sibi
  Addictum valida compede detinet,
Pro quo bis peream libens
  Insanisque caput deuoueam ignibus.

FRVTERIVS.

Quid si nil animo tui
  Dulce est Fruterij, præter amabilem
Douzei capitis fidem,
  Mentisque ingeniique ingenuas opes?

DOVZA.

Quanquam multus amor mihi
  Instat, perfidia nescius improba,
Tecum dulce tamen mori,
  Tecum viuere sit, candide Fruteri.

Parodia hæc varias patitur interpretationes; si benigniorem audiat, pio lectori gratias agat Fruterius: si duriorem, sibi imputet, qui potuit prudentiùs scribere, & publicare cautius.

Exemplum V.
FLORI VERSICVLI
De Adriano Cæsare.

Ego nolo Cæsar esse:
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.

ADRIANI CÆSARIS
Parodia qua Floro respondet.

Ego nolo Florus esse :
Ambulare per tabernas ,
Latitare per popinas ,
Culices pati rotundos .

Exemplum VI.

CLaudat sectionem hanc elegantissima Perillustris & Clarissimi D. Iacobi Albani Gibbesii, Londinatis, Medici, Philologi, Polyglotti, atque adeò Pontificii Eloquentiæ & Historiæ in almo Romanæ Sapientiæ Lyceo Professoris, ODE: quam *Carmen Seculare* dici voluit , & pro S. R. E. incolumitate in Anno Iubilæi M.DC.L. cùm Innocentius X. Pontifex Maximus Portam Sanctam Majorum more solenniter apperiret , publicavit .

PARODIA AD HORATIANAM ODEN ,
Phœbe , syluarumque &c.

CHriste, stellarumque potens Maria ,
Par Patri summo caput , & secundum ,
Supplices audite bono rogati
Tempore lustri :
Quo sacræ Mosis voluère chartæ
Virginum missas pueris cateruas
Debitam pompa Superûm sequaci
Promere laudem .
Viue Fons , iugi scatebra reos qui
Tingis & purgas , opiferque semper
Laberis ; præter nihil ire possis
Purius Vrbe .
Diua , perplexa Cynosura vitæ ,
Syrtibus deduc medijs clientos ;
Si Maris Stellam benè te vocamus ,
Si benè Nauim .
Virgo seù dici pudibunda mauis ,
Æmulam serues sine labe mentem :
Seù probas Matrem , simili ferantur
Lege parentes .
Quinquiès quinos cupidæ per annos
Cantus vt plebi , redeatque plausus ,
Roma dum terris generosa laxat
Ætheris arcam .
Tuque non mendax aperire , IESV ,
Fixa Tarpeio tibi templa saxo ,
Et Fidem æternam fore , sic maneto , &
Frendeat Orcus .
Ruris immensas opulenta fruges
Terra miretur : pecoris magistri
Gaudeant longo numerare penguem
Ordine fœtum .
Aëris tractum , iuuenes precamur ,
Tabis immunem tucaris , ô Sol :
Dissipa crassas , petimus puellæ , Aurora , tenebras .
Ista , si vestrum est decus , ista sedes ,
Vrbium princeps ; Galilæa postquàm
Turba promouit , præeunte Petro ,
Signa salutis :
Missa pars vastas Orientis oras ,
Pars & Occasum Fidei docere
Tunc nouo risus ; caput hocque iussit
Noscere gentes :
O ! iuuentuti graue pectus acri ;
O ! probis mortem senibus beatam ;
Copiam lectis , & vtrumque robur
Cedite seruis :
Quique vos rupta stetit ante Porta
Innocens , farris coluitque flore ,
Hàc agat victam rabiem luporum
Cum grege Pastor .
Iam Palatinis operatur aris
Indus , & fallit propè Mecha Thracem ;
Iam petent Scoti veniam , cruenti
Nupèr , & Angli .
Iam salus , & fas , & amor , timorque
Primus , & Virtutis honos reducta
Lucet : apportatque Columba tuti
Fœdus Olympi .
Vltor , & spectandus hiante plaga
Christus , elatusque nouem Choreis ,
Qui triumphali scelus omne mundi
Morte piauit ,
Si videt casti iuga Vaticani ,
Vber Ænee , populumque dexter ,
Prosperet gazam , solidoque mittat
Secula culta .
Quaque candentem premit Exquilinum ;
Lucet clamore Mariæ cætus
Plaudat , & pubi teneræ benignam
Commodet aurem .
His Deum votis , precibusque Diuos
Nuncio allabi monitus , Quirites ;
Nomen & Christi casus , & Mariæ
Tollere vates .

Est D. Gibbesius , suauissimus & doctissimus Vir , Pontifici & Principibus charus : & quia gloriosum est à Viris laudatis laudari , addam D. Ioannis de Rubeis eruditissimi Scriptoris de Ode præcedenti Iudicium .


Venit ad manus meas Seculare Carmen Iacobi Albani Gibbesii , Eminentiss. Card. Spadæ in Vrbe Medici , vtrique Phœbo peræque chari ; quo nemo propiùs ad vetustæ Poeseos Heroas accessit , nemo feliciùs expressit vel Maiestatem Virgilii , vel Martialis acumen : potissimùm verò Lyricis excellit , in quibus palmam , nedùm præripuit huius

tas aut scriptoribus, sed antiquis præterea dubiam fecit. Hoc autem carmine, Seculare Horatii imitatus, non seruilem in modum, sed magno spiritu, & pari felicitate, versuum illius scopum, genus, numerum ab Ethnicis ad Christiana sacra totidem penè syllabis traduxit. Ita ille ad D. Frãciscum Cajetanũ Sermonetę Ducem scripsit.

Ad versum, *Indus & fallit prope Mecha Thracem.* noto primò errasse Onomastici authorem, (creditur fuisse Calepinus) cùm Thraciam à Boreâ Istro terminat: non enim hunc attingit, nam Mysia inferior intercedit. A Thracia Θρᾴκη derivatur Θρᾷξ *Thrax*, masc. & Θρᾷσσα *Thrassa*, vel Θρῇσσα fœm. Noto secundò, *Thrax, acis*. habere incrementum longum: *Trax, acis*. breve. Virg. 3. Æneid. *Thraces arant: acri quondam regnata Lycurgo*. & alibi, *At Boreæ de parte trucis cùm fulminat, & cùm &c.*

Ad versum, *Vltor & spectandus hiante plaga*. noto in voce *plaga* primam syllabam indifferentem esse. Virgilius 4. Æneid. *Retia rara plagæ*. & 7. Æneid. *Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui*. Ovidius 2. Trist. *Non habet in nobis jam nova plaga locum*.

Ad versum, *Si vides casti juga Vaticani*. noto vocem *Vaticanus* habere primam longam & secundam ancipitem. Iuvenalis, *Et Vaticano fragiles de monte puellas*. Hexam. Horatius, *Redderet laudes tibi Vaticani*. Sapph.



MVSA TERTIA.

✠DLXVIII.



ERBIS Poëtæ soluta sua (aut etiã ligata: sed rariùs) intermiscet: & majori est digna gratiâ, quo pauciora de suo addẽs sensum longiùs abducit. Qui eiusmodi parodias velit texere, indiget eloquentiâ & ingenio: nã reperiuntur nonnullæ valde floccidæ, & ipsæ in viros magnos ausæ. Tiberius Donatus in Virgilii vita, aut quicunque est eius autor, *Obtrectatores Virgilio nunquam defuerunt. Nec mirum: nam nec Homero quidem. Prolatis Bucolicis, innominatus quidam rescripsit Antibucolica: duas modò Eclogas, sed insulsissimè, παρῳδήσας.*

Quarum prioris initium est,

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?

Sequentis,

Dic mihi Damœta, cuium pecus? anne Latinũ?
Non, verum Ægonis, nostri sic rure loquuntur.

Alius, recitante eo ex Georgicis, *Nudus ara, sere nudus*, subiecit, *habebis frigora, febrem*. In hoc autem Donati loco, pro *Paro quidam*, repositum hîc est παρῳδήσας, ex veteri codice. Locus enim ille ita in vulg. editionibus scriptus est, *In Bucolicis enim duas eclogas, sed insulsissimè, Paro quidam deridet, & sic deridendo incipit*, Tityre, &c.

APOLLO

APOLLO AMOEBAEVS.

Zoïle ne carpas, laudant quæ Alterni Camænæ
Carmina, vel methodo fac potiore tua.

DLXX.



AMOIBAIA Græcè, *Alterna* Latinè dicuntur illa carmina, in quibus succeſſivè vna (litera, ſyllaba, dictio, pars) negligitur, & alia legitur. Artem hanc ad Muſas ſpectare, conſtat ex Homeri Iliadum primo,

Pulchraq. dulciſona alternantes voce canebant.

Virgilio, Ecloga 3.

Alternis dicetis, amant alterna Camænæ.

Ovid.

Blanda quod alterno ſubſidunt carmina verſu.

Et Garcilaſſo de la Vega, Ecloga 2.

Eſtaba el Himeneo alli pintado,
El dieſtro pie calzado en lazos de oro,
De Virgines vn coro eſtà cantando
Partidas, alternando, y reſpondiendo, &c.

[In aliquibus exemplaribus legitur *altercando*, quod in idem recidit.] Et tandem Gongora veterum veſtigiis inſiſtens, Solitudine 1. dixit,

El lazo de ambos cuellos
Entre vn laſcivo enxambre iba de amores
Himeneo añudando
Mientras invoca ſu Deidad, alterna
De Zagalejas candidas voz tierna,
Y de Garzones eſte accento blando.

Et Solitudinis 2. verſ. 731.

O quanta al peregrino el amebeo
Alterno canto dulce fue liſonja!

In promotione D. Henrici de Guzman ad Cardinalatum ſylva 2.

Darän de Babylonia al fuego entrando
Los muros de Sion, mas alternando
Hymnos ſagrados, canticos divinos. &c.

Et in Panegyrico ad Ducem Lermæum, ſtroph. 7.

Con labio alterno aun oy el ſacro rio
Beſa el nombre en ſus arboles granado.

Iterumque ſtropha 56.

Mientras el culto de las Muſas coro
Sueño le alterna dulce en plectros de oro.

& alio preventus conceptu ſtroph. 65.

Aſtros de plata, que en lucientes gyros
Batieron con alterno pie Zafiros.
Alternando inſtrumentos, perſuada,
O con el caducèo, o con la eſpada.

ſtroph. 75.

D. Garcia Salcedo Coronel in quodam Epitalamio,

Duplicado el contento
Con dulce alterno canto. &c.

Et in alio iterum,

Y en dulce alterno canto
Celebren immortales. &c.

Et quidem videretur Calliope alternativo præſidere Parnaſſo, vnde in Cabalà dixi,

Calliope alternos ſaltim modulabitur hymnos,
Plurima amœbæo verba ſecando modo.

Multifariam alternatur ſcriptio. PER LITERAS, vt in hoc Lemmate videre eſt.

Ecquis eſt maior Pater, & Patriæ naſcentis promotor? [nnnnv.]

Hic, in ipſâmet interrogatione reſponſio clauditur, iuxta hanc legem,

Grammata cuncta rogant, reſpondent quinta petenti.

quoniam ſi literas quintas colligamus, hoc eſt, omiſſis quatuor quintam quamlibet interlegamus, audiemus Apollinem Amœbæum dicentem IMPERATOR. & meritò. ſinguli enim in ſuis Ditionibus Principes & Primores ſunt Patres: & quoniam Imperator eſt Principum Princeps, erit Patrum Pater, adeoq.

adeoq. Pater Optimus Maximus. Non solùm maximus, sed etiam Optimus; tenetur enim ex officio Patriam sub se nascentem promovere.

Sicut in exemplo præcedenti literas rescripsimus, vt responsum haberemus, in sequenti decimas delebimus. Lemma summo ab Stephani Tabourotii cap. 13. videlicet.

Est ne hic Alvarus
Dux, tam pius, aut iam prudens.

In quo, si invidia decimam quamquam literam deleat, hanc sententiam relinquet.

Est ne hic avarus,
Dux impius aut imprudens.

PER SYLLABAS, etiam potest fieri Alternatio; considera sequens exemplum.

Quod est referas fatidicum divinantibus Sydus? innuv.]

Clauditur in Interrogatione Responsio, si enim quarta quæque syllaba sumatur, discemus, quod sydus, de quo agimus, est FERDINANDVS.

ET PER DICTIONES tandem, & hoc meliùs, vt in sequenti exemplo videri potest.

Iteragebant aliquando nonnulli amici, & incidère in Arcem, opulentam & divitem, cui præ foribus erat inscriptum,

Porta patens esto nulli claudaris honesto.

Et quia ingruebat iam nox, vt ubi hospitium quærerent, quidam ex illis contendebat, & Inscriptionem dispungebat, hoc modo,

Porta patens esto, nulli claudaris honesto.

alij, qui festinabant, & volebant adhuc vlterius progredi, aliter dispungebant: & inclementiam Arcis hac lectione insinuabant;

Porta patens esto nulli, claudaris honesto.

UISA est prima Musa, ἀμετρίαν meram tradere: aut si scientiam aliquam, illam, quam ἀμετροσοφίαν nominare possemus: scientiam videlicet ignorandi Metricam, nam interdum aliqua ignorantur scientificè, & hæc ignorantia & vtilis & digna laude. At hæc ipsa, quæ ignorantia fuit visa, transit in ὀρθομετρίαν. & ex confusis & male connexis vocabulis carmina curiosa deducit: nempe Latina: at eadē posset arte Græca, aut alia. Apollo, qui huic Parnasso præsidet, Thaumaturgus est, & miraculum in hoc consistit: *Castalios ille latices cuicumq. clementer propinat, etiam idiomatis latini ignaro, modò sciat legere aut scribere, aut saltèm habet apud se aliquem, qui legere & scribere sciat: & interim infundet scientiam condendi omnia genera carminum: & hoc quadrante horæ, vel citius.*

Sed quomodò fiet hoc Prodigium? Artem totam vno Distĭcho tradam. Sic inquam.

Sumito ad arbitrium voces cuiusq. columnæ:
Aut legem obserues Nominis aut Numeri.

&, quia nondum mentem meam adsequeris, præmissum Distichum hoc scholio dilucido. [Musa Materialis subministrabit tibi varia Diagrammata, & in singulis multas dictionum Latinarum columnas. Tu ex singulis, sume vnicam, & versus bonos & concinnos conficies. Sed quam? Tres modi sunt deligendi dictionem. Primus, est liberrimus, & te cōstituit arbitrum, vt eligere possis, quam velis. Secundus postulat, vt aliquod nomen eligas, puta *Carolus*. & tunc ex primâ columnâ sumes vocem correspondentem literæ C: ex secundâ correspondentem literæ A: ex tertiâ correspondentem literæ R: & sic deinceps: & cùm ad finem veneris poteris ad initium redire. Tertius jubet, vt aliquem numerum tibi proponas, puta 51961 (hic enim est sinus rectus grad. 60 quando sinus totus est 60.000.) & tunc ex primâ columnâ excerpe dictionē adhærentem numero 5. ex secundâ adhærentem numero 1: ex tertiâ adhærentem numero 9: &c.

Doctrinam hanc nonnullis exemplis illustremus Et primo, juxtà primam Regulam, ad arbitrium Diagramma primum percurramus; excerpendo videlicet ex quâcumq. columnâ illam vocem quæ aut prius occurrat, aut magis placeat.

IDYLLION

De Professionis in hac vita delectu.

QVale, rogo, sumemus iter, si cæca periclis
Sint loca, si miserè gens anxia, si efferafata?
Cura domûs sequitur: Mortales si nova semper
Damna manent, superesse vetat si tristis egestas,
Si torquet labor audaces, citò ponticus horror
Conturbat, culpaq. graves sine cælibe mente.
Dura subest timidis moderatio, vana maritis.
Sanguinei si Martis honos, si immania castra.
Terrestres superans, miseros Fortuna repressit.
Omnia sunt lachrymæ. cunctis sua nō placet aula,
Mars & obest populis lugentibus, atq. Magistri
Dura rudimenta, & juvenum durissima cura.
Perturbat Bellona annos, per castra, per vndas,
Agminaque, horroresq. loci, durosq labores
Vertendos miserè peioribus: ipsa senectus
Exspectata diu, votisq. excusa malignis
Implicat innumeris pectus miserabile curis.
Spernimus atq. impune homines, Cōstantia nusquā.
Cerno semideos recolr fera vita reclamat,
Ætatem volet immensam mortalis amara est
Pauperies patiens aquilam de monte Prometheus,
Personuit, lachrymæq. cadunt, nec Numina mittet
Accusare Iovem, quod sit data vita perennis.
Conspice & inuidia cordis, sic nempe trementem
Destruit Hippolytum sanctissima cura pudoris.
At secus illecebris maculatam ducere vitam
Dixeris? ah, cernas dominantum & crimina Regū,
Bistonii impuri, vel mollis Sardanapali.
Insidias fugisse monent, crudelia & arma;
Sed vitat Fidei leges furiosa cupido
Perge & amore alios venereris: libera res est
Altiloquus Timon quondam lapidatus in aula
Vertitur infandis discretio provida curis,
Nec divisse viro prodest, prævisa recludit.

Esse

Esse in honore cupis, mox despicis, Ecce praesse
Vt posſint ſubſunt aliis, Laudatur in aula ?
Turpibus accreſcit maleſuada eſt cura Minerua.
Rusticus inſidiis vita caret; vnus in orbe
Condemnato reos. ſed munera nulla minorum
Sub domino es gravis imperiū mēs cæca Monarchæ.
Dura fugant hunc fata virum; ſtudioſaq. cauſis
Sollicitudo nocet, contemnitur ægra ſenectus.
Nulla medela favet, locus eſt hæredis. amicus
Sæcula ſolus agas, ſtulte lacerabere lingua
Magnates populi triſtis cenſura notabit.
Cuncta viro ſemper fallacia proderit ergo
Optima Maiorum ſententia, quæ inquit, In orbe
Non naſci vtilius, natum aut citò cernere finem.

Sicut hoc Idyllium exlex ſcripſit calamus; poſſet alicui nomini aut numero obſtrictus. Ponamus hoc nomen *Auſonius*, (nam hūc Poëtam in ſententiæ compoſitione hoc Diagramma imitatur) aut numerum 1862 1986. & juxta has litoras vel notas iterum Diagramma recurramus.

QVod vita ſectabor iter, ſi plena tumultu
*Sunt fora, ſi curis domus anxia, ſi peregrinus**
Cura domûs ſequitur mercantem ſi nova ſemper
Damna manent, ceſſare vetat ſi turpis egeſtas,*
Si vexat labor agricolam mare naufragus horror
*Infamat, *pœnæq. graves, in cælibe vita*
*Et gravior cautis cuſtodia vana maritis,**
Sanguineum ſi Martis opus ſi turpia lucra
Fænoris & velox inopes vſura trucidat,*
Omne ævum curæ cunctis ſua diſplicet ætas
Senſus abeſt parvis lactentibus & puerorum*
*Dura rudimenta & juvenum temeraria pubes.**
Adſtictat Fortuna viros per bella per æquor
Iras inſidiaſq. catenatoſq. labores*
Mutandos ſemper gravioribus ipſa ſenectus
Exſpectata diu, votiſq. optata malignis*
Obiicit innumeris corpus lacerabile morbis.
Spernimus in commune omnes præſentia quoſdam*
Conſtat nolle Deos fieri Iuturna reclamat,*
Quo vitam dedit æternam cur mortis adempta
Conditio? ſic Caucaſeus de rupe Prometheus*
Teſtatur ſaturnigenam, nec nomina ceſſat
Incuſare Iovem data ſit, quod vita perennis*
Reſpice & ad cultus animi ſic nempe pudicum
Perdidit Hippolytum, non fœlix cura periclûm*
Tandem ex inſidiis agitatam ducere vitam(u)
Quē juvat. Aſpice & ad pœnas & crimina Regū*
*Tereos inceſti, vel mollis Sardanapali**
Perfidiam vitare monent tria triſtia caſtra,
Nec ſuffert fidei leges animoſa cupido*
Credis? conſortes venereris crimine ab iſto
Ecce fuit Timon trucibus laniatus in aula*
Perficit inſanis diſcretio callida telis,
Nec dixiſſe animis ſat poſt monſtrata relinquit*
In decore eſſe ſatis, mox diſplicet, hi capi ab aula(s)
Vt poſſint ſervire volunt, celebrantur in aula
*Crudeli, adjicitur maleſuada eſt lauſq. ferenti**
Barbarus imperio mundi vacat vrbibus orans
Propugnato alium verum fors multa minorum*
Servi, etenim crebrò eſt demens Fortuna Patriq.
Horrebant hunc vota Patrum, mox aſpera cauſis*
Barbara cura datur, nec penditur ægra ſenectus
Tempora ſuccedunt, laus eſt quærentis egenus*
Sæclum magnus agas neſci lacerabere plectris
Munera ſi dederis triſtis cenſura minorat,*
Fata tibi quamvis contraria ne vtilis ergo
*Nobilis illa Sophônq. peritia, *quæ orbe ferebat,*
Non naſci eſſe bonum, natos poſt linquere mundū.

*Nomen *Auſonius* (aut num. 1862 1986.) ab ſtellulâ ad ſtellulam procurrit: nam ponendo ob oculos verſum primum, *Quod vita ſectabor iter, ſi plena tumultu ſunt fora?* &c. reperiemus vocem, *Quod vita* pertinere ad A primæ columnæ: *ſectabor iter* ad V ſecundæ: *ſi plena* ad S tertiæ: *tumultu* ad O quartæ. &c. Sicut vſi ſum literis, poterimus vti numeris ſumendo voces illis correſpondentes. [Si quando literâ aliquâ vti noluimus, illam parentheſi clauſimus, vt à cæteris diſtingueretur.]

De Idylliorum numero.

HIC opportunè quæri poteſt, Quot-nam Idyllia in Diagrammate primo contineantur? Reſpondeo dando numerum multò minorem vero. Singulæ Tabellæ habent dictiones 12. ſupponamus habere 10. & computum inſtituamus. Sunt Tabellæ 212. Ergo in caſu prima (10) multiplicata per ſecundam (10) dabit 100. & 100. per tertiam (per 10) dabunt 1000. Ergo ſi abſolvatur computus, habebis numerum, qui poſt vnitatem (1) habeat 212. ciphras (ſeu nullas) videlicet.

100. *trigintaquinquilliones.*

Hic numerus, qui tantùm non infinitus eſt, eſt multò minor vero.

0	12
	12
	12
1	144
	144
	144
2	1728
	1728
	1728
3	20730
	20736
	20736
4	240652
	248832
	248832
5	2985984
	2985984
	2985984
6	35831808

At, inquies, te velle verum adſequi Sed quo fructu? interim via erit facilis, ſi velis adhibere laborem. Modus, quo numeri per 12 multiplicantur, eſt facilis: nam vt ſuperiùs docuimus debet ſcribi numerus multiplicandus, & poſteà reſcribi bis vno loco promotus: & ſumma dabit numerum illum, quem quærimus.

Ecce 12 primâ multiplicatione dederunt 144; ſecūdâ 1728; tertiâ 20736, quartâ 248832; quītâ 2985984: &c. Ergo, ſi otium habeas, vſq. ad finem progre-

gredere,& vndecima post ducentesimã multiplicatio, dabit numerum præcisum, quem quæris.

Per Logarithmos faciliùs expediemus computum.

Logarithmus numeri	*12. est*	1.0791812.
& multiplicatus per		212
dacto computu		2.1582024
legitimo juxta		10.791812
regulas communes		215.82024
dabit		228.7702344

Huic autem vltimo Logarithmo, qui præcisus est, non facilè dabit numerum Arithmetica, qui præcisè respondeat. Dabo interim similem vero, qui tamen quæsito minor sit. Scribo igitur numerum 1946, quem 225 ciphræ sequentur. Et quidem, quanta hæc sit multitudo non capiet, qui nonnisi leviter tinctus sit Mathematicis contemplationibus. Ergo, vt Philomusus Ideam formet, ad Archimedis Arenarium, quem illustravit, & ad faciliorem methodum reduxit P. Christophorus Clavius in Sphæræ Commentariis cap. 1. in ipso fine mihi pag 254. ipsum conducam. Ibi Clavius sic inquit.

Numerus, qui nimirùm post figuram 1. habet 51. ciphras, longè major est numero arenularum totum mundum vsq. ad concavum firmamenti replentium, etiam si arenulæ tam exiguæ essent, vt 10000. efficerent sphærulam grano papaveris æqualem.

Et quantulus hic arenularum totum Mundum replentium numerus cum numero carminum nostrorum collatus?

Porrò, si tot formarentur Mundi, quot arenulæ capiuntur in Firmamenti concavo, & in singulis Mundis tot essent libri, quot arenulas numerat Clavius; parvam Idylliorum, quæ dedimus, partem complecterentur.

O quantus est Deus, siquidem creaturæ dedit, vt rem tam numerosam & tantum non infinitum sciret, potueritq. brevi tabellâ delineare!

DLXXXIV.

VT innotescat vsus numerorum, non indigemus novo exemplo; qua literarum & numerorum eadem ratio. Iterim majoris vbertatis gratiâ hoc subjungo. CLAVIS est 5196.

SAPPHICVM EPIGRAMMA.

Principis laudes numeret sonoro
Phœbus applausu, resonare gesta
Optet, vt fœlix celebreris, Heros,
Numine clarus.
Pegasus dotes recolatq. grandis
Dum subest montis tibi jam micantis.
Nomen excelsi lyricis Poetæ
Fama celebret.
Cœlitùs lauros celebrat coruscas
Gente subjectâ, calamis, trophæis,
Cantat & laudes repetitq. Phœbe
Stemmata vestra.

Ponamus & aliud exemplum, quod hac CLAVI, *Nobilis Heros*, aperiatur, & quid inde resultet, videamus.

Lauriger Phœbus resonat boante
Dives applausu, celebrare laurum
Audet, vt Princeps properes ad astra
Nomine clarus.
Cordis vt gazas recinit lyrœdus,
Dum subest montis tibi vis micantis,
Fulgor ornati lyricis Poetæ
Laurea plaudat.
Angelûm laurus deamat trigrandi
Luce fulgentem numeris Priorum:
Concinit laudes, repetitq. cantu
Cæsaris acta.

Transeo ad Diagramma 3. & vt statim video CLAVIS, *Amicus* (vtere tu quâcumque aliâ) aperit istud Distichum.

Candide sæpe tuam (celebrat) sacratus (Olympus)
Numine (vix notam) nunc sine labe fidem.

Est retrogradum, si omnia quæ inter duas lunulas ponuntur esse vnicam vocem supponamus. Refluit igitur sic.

Nunc sine labe fidẽ (vix notã) Numine (Olympus)
Sacratus (celebrat) Candide sæpe tuam.

Progrediamur vlterius & quartum Diagramma contemplemur, commendat ingenium alicujus Doctoris, cum aliquis liber editur. Sit CLAVIS, 123, 456, 789, 0.

Grandiloqui Veteres fecerunt numine libros
Subtili, infuso, resonat quos Mundus vterque:
Ipsa sed ante pedes referunt tibi stemmata laudis,
Quos longè decoras dictis super æthera notis.

Diagramma quintum amicitiam commẽdat. Hac CLAVIS. *A b c d e f g.* vtamur: nam istæ notæ sunt, quibus distinguit voces Musica, quæ voces consonas, vt amicas componit: dissonasq. separat vt inimicas.

Dulcis Amicitia vincis splendore celèbri
Transacti sæcli Magne Philippe Sophos.

Nolo multiplicare exempla, quia omnia procedunt eodem modo, & ideò vnum in singulis Diagrammatis sufficit. Transeo ad Diagramma sextum, quod in mentem reducit illud antiquum Distichum, quod Virgilio adscribitur: videlicet,

Dũ dubitat faceret-ne Virũ faceret-ne Puellam
Iuppiter, es factus semipuella puer.

Iu

In Genethliâ Principis Hispaniæ Balthassaris Philippi V. introduximus Virgilium vtentem CLAVI Philippus Quintus, & dicentem.
Dum dubitat faceret-ne Deū, faceret-ne puellū
Iuppiter, es factus Semi-deusq. Puer.
At postquam effectū, deuictus luce coruscâ
Iuppiter est factus Semi-puerq. Deus.
Nā tibi subijciens sua fulmata, Sceptra, coronas,
Non erit vlterius Iuppiter ipse Deus.
Tu satis es Mundo exoriens, ortusq. superstis;
Cumq. adsis Mundo, nec Ioue Mundus eget.

MVSA III. STEGANOGRAPHICA.

DLXXXV.



HÆC miracula metrica possunt Ciphris seruire, vt videlicet mentem ita aperiamus, vt à solo illo possimus intelligi, qui clauim habeat. Supponamus, quod tibi Ferdinandus sequens Epistolium scripserit.

omnipotens rector Tibi donet præmia summa,
Qui super astra Tonans sit tibi vita, salus.
ipse quidem valui: proaui valuere, Sorores:
regnicolis Crebrò Mars fauet armipotens.
Altipotens Vindex Donet tibi macte salutem,
cælestisq. potens Prosperet omne tibi
Mi fortuna fauet Pronepos viuuntq. Sorores,
Germanis nostris Nomine fama fauet.
In cælis Regnans Donet tibi Laude Decorem
ipse sacerq. Potens Numine te foueat.

Et quid, quæso, tibi renunciat Ferdinandus? Latet illud sub generali communium verborum specie, & debet ex dictionibus erui. Poni ergo ob oculos Diagramma 7. (nam ad illud conformauit fuum Epistolium Ferdinandus) & confidera literas, quæ positis dictionibus respondent; adnotando singulis dictionibus correspondere duas literas; quarum priori dictionis incipientes à majusculâ seu capitali correspondent, & incipientes aliter, posteriori. Porrò dictio *omnipotens* in primâ columnâ dat N: *rector* in secundâ dat O: *tibi donat* in tertiâ dat C: *præmia digna* in quartâ dat T: *Qui super*, in quintâ dat E *Tonans* &c. in sextâ, dat I. *ipse* &c. in septimâ dat N: *proaui* &c. in octauâ dat T: *Sorores* in nonâ dat E: *regnicolis* in decimâ dat R: *Crebrò* in vndecimâ dat F: *Mars*, &c. in duodecimâ dat I: Et redeundo iterum ad principium. *Altipotens* in primâ dat C: *Vindex* in secundâ dat I: *Donet* in tertiâ dat E: *Macte salutem* in quartâ dat N: *cælestis* in quintâ T: &c. sic in cæteris. Collectis igitur omnibus literis sententiam hanc occultam reperis,

Nocte interficient temet (amice) fuge.

Ergo Epistolium illud sub communibus verbis, & quæ possint legi ab omnibus, præfefert Monitum secretissimum, quod tu solus intelligas, qui Diagramma istud habeas.

His, quæ diximus lucem addere poterit Epistola, quam ante annos satis multos ad quemdam amicum scripsi, Artem hanc secretiorem rogatus. Illam vberioris doctrinæ gratiâ adjungo.

THEODOMIRO SALVTEM.

Communicauit tibi noster Andreas Metra quædam & Rhythmos, illa latina, hæc linguæ ignotæ, & Steganographicè fuisse à nobis scripta affirmauit; & ita tibi placuisse asseris, vt Clauim postules, vt illa intelligere valeas. Vt loquar confidenter & liberè, nescio an Ciphræ clauis prudenter postuletur ab aliquo: adeò enim Ciphris vtuntur homines, ne injussu suo alius ad secreti cognitionem deueniat. Interim, quia amicitiæ tuæ multum defero, obedio, & Claues postulatus scribo. Attende.

Insula Atlantica Academicis nota, inventa aut veriùs cogitata à Platone, vltra Oceanum longè petere dicitur. [Hinc cosmographi inferunt notam fuisse Platoni Hispanorum Americam] In hac cogitatâ Insulâ nos cogitauimus populos, qui linguâ quâdam cogitatâ vterentur: ad quorum labium Diagrammata sequentia conscripsimus.

DIA-

DIAGRAMMA PRIMVM.

A	B	C	D	E
A Cabràs	A naròn	A Parìs	A Farès	A manùr
B ebràs	B ebròn	B ibìs	B abrès	B opùr
C acàs	C acròn	C acìs	C eclès	C acùr
D edàs	D udròn	D adìs	D edlès	D edùr
E melàs	E peròn	E ſelìs	E Femès	E reſtùr
F ufas	F afòn	F afis	F uſlès	F iſtùr
G ugàs	G agòn	G agìs	G agrès	G ogùr
H ehàs	H chaòn	H chelìs	H chaſtès	H chaſtùr
I ajas	I ajòn	I cithìs	I lintès	I Piltùr
K ikàs	K ukòn	K akìs	K eklès	K okùr
L olàs	L alòn	L elis	L illès	L altùr
M emàs	M amòn	M amìs	M amès	M emùr
N anàs	N anòn	N enìs	N onès	N intrùr
O porràs	O porcòn	O bopìs	O poquès	O noſtùr
P opàs	P apròn	P ipìs	P uprès	P opùr
Q aquàs	Q aquòn	Q uquis	Q aquès	Q uquùr
R oràs	R aròn	R arìs	R ertès	R artùr
S isàs	S usòn	S esìs	S iſtrès	S eſtùr
T atlàs	T atròn	T itìs	T otrès	T itùr
V uvàs	V bucòn	V cumìs	V xupès	V bultùr
W awàs	W buvòn	W cuvìs	W puvès	W puùr
X ixàs	X axòn	X oxìs	X axès	X ixùr
Y Pyràs	Y Pysòn	Y Pyrìs	Y ayès	Y Pyzùr
Z ozàs	Z uzòn	Z uzìs	Z azès	Z izùr.

DIAGRAMMA SECVNDVM.

A	B	C	D	E
A Stamìn	A braròs	A grabal	A gbarèg	A gcartùnt
B babrìn	B lablòs	B Kabàl	B cabrèg	B cabtùnt
C cacrìn	C macròs	C lecàl	C dacrèg	C decsùnt
D dadrìn	D nedlòs	D midàl	D ſadrèg	D fidmùnt
E ſlerìn	E credròs	E grecàl	E grerèg	E gpedrùnt.
F beſiìn	F piſlòs	F nufàl	F bafrèg	F ſoffrùnt
G cigrìn	G riglòs	G pagràl	G cegrèg	G hugrùnt
H nchirìn	H ſchigòs	H gchedàl	H ſchartèg	H gthegùnt
I elirìn	I drigòs	I Phisàl	I ſminèg	I ſniitùnt
K lakìn	K tokòs	K roKàl	K fuKèg	K boKrùnt
L nalìn	L zollòs	L fullàl	L gultrèg	L callùnt
M lamìn	M bumòs	M tamàl	M homèg	M damùnt
N ſenìn	N cunòs	N xanàl	N Kanèg	N ſangùnt
O proquiu	O phortòs	O brocàl	O lpolèg	O ſmonſtrùnt
P riprìn	P ſaptòs	P zepàl	P mapèg	P geptùnt
Q maquìn	Q gaquòs	Q biquàl	Q nequèg	Q liquùnt
R nertìn	R hartòs	R cortàl	R porèg	R mortùnt
S piſtìn	S ſaſtròs	S duſtràl	S vaſtèg	S nusùnt
T fotlìn	T Katròs	T fatràl	T ſatrèg	T patrùnt
V ſxumìn	V laulòs	V cruràl	V gbulnèg	V ſcultùnt
W ſxuvìn	W gnuvòs	W cruvàl	W gcuvèg	W gbuùnt
X ſaxìn	X pixòs	X gexàl	X nixèg	X roxùnt
Y ſlyrìn	Y glysòs	Y gmysàl	Y gmyrtèg	Y Plygtùnt
Z pizìn	Z ſozòs	Z lyzàl	Z piztlèg	Z mazglùnt

DIA-

DIAGRAMMA TERTIUM.

A	B	C	D
A umol	A enteril	A soropoli	A Mitripontòs
B umulas	B acaraten	B macarapon	B sacantis
C umules	C antros	C magniost	C sancarteròn
D umulis	D mammerteos	D santion	D lousoròn
E umulos	E naulàs	E caustiin	E perun
F umulus	F minàl	F pohabal	F maiont
G abas	G perùs	G cantis	G echòs
H abeses	H divist	H monolt	H garzozt
I boiosos	I caulant	I gerloit	I contror
K borosus	K Vuldert	K martont	K viltord
L minidàs	L senost	L virostin	L manterost
M lanteros	M laurèl	M gerlandt	M sarcant
N surteist	N sausteirt	N salont	N molis
O caratin	O barlisós	O pest	O monas
P dand	P soltin	P calt	P farlast
Q viltd	Q deint	Q Wold	Q sint
R minalt	R manton	R muitein	R vitabòn
S gutert	S abilon	S caustion	S mirteton
T maloin	T salbason	T mabladòs	T vildebist
V nectical	V gland	V ford	V santaront
W montrol	W fentrit	W geinst	W aparteint
X abulìn	X peruson	X malbart	X seuteràs
Y muitont	Y sarlton	Y substeint	Y monteiòs
Z bultd	Z gerlisteint	Z borleint	Z siost.

Tria vides Diagrammata; ex quibus Rhythmi Steganographici conformabuntur. In primo, tali arte verba esse constructa reperies, vt secunda cujuscumque dictionis litera valorem habeat, & cæteræ maneant otiosæ. Ideò illud juvatur hoc Disticho:

Munus & officium verborum noscere si vis,
Litera secretum quæque secunda dabit.

In secundo paulò aliter procedere volumus; non enim secundo, sed tertio loco literam valorem & potestatem habentem collocavimus: vnde & illud donavimus hoc Disticho:

Officium & munus verborum attingere curas?
Tertia secretum litera quæque dabit.

Sed quia Critici sunt lynces, & jam multis nota hæc ciphra, tertium Diagramma scripsimus, in quo nec prima, nec secunda, nec tertia, nec alia potestati respondeat. Diagrammata exẽplis nonnullis illustremus: sed prius quã arte fiant Rhythmi declaremus.

Inter cæteras strophas illa est notissima & frequentissima, quæ octo versibus constat; & conformatur hoc modo

Versus I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII.
A B A B A B C C

videlicet, *Versus primus, tertius, & quintus incipiunt à columna A: secundus, quartus, & sextus à columna B: septimus & octavus à columna C.* aliter & liberius. *Versus primus, tertius, quintusq. incipiunt ab vna columna: secundus, quartus, sextusq. ab alia columna: & tandem duo vltimi ab alia diversa columna.*

Est & aliud Poëma breve & curiosum, cui *Soneto* est nomen, componitur quatuordecim versibus, quorum initium literæ sequentes ostendunt.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
A B B A A B B A. C D E. C D E.

In duobus Tetrastichis primis, & veriùs in duobus Tristichis magna solet esse varietas, de qua in Rhythmica vberiùs disserui: nolo autem fusiùs ibi dicta, nunc calamo secundo resumere: quoniam Populo Atlantico videtur hæc vnica forma sufficere.

Vno aut altero exemplo, omnia dilucidemus. Erat in summo discrimine Paulinus, & vt illum moneret Ostrogotius, hanc epistolam scripsit: videlicet.

Opas peròn itis ortès bulvùr
Vsòn, cumis xupòs altùr atlàs,
Porràs acròn accis lintès edùr
Peròn aris femès, itùr melas:
Acàs maròn cumis femes, manùr
Ebiòn, citis illès altùr porràs;

P Bo-

Bopis, anès piltùr, opàs naròn
Cumis illès piltùr anàs peròn.

Clavis pendet à Diagrammate primo, & jubet, vt ſingularum dictionum literæ ſecundæ ſumantur. Recipit Paulinus hoc Ogdoaſtichum, & conjungendo ſecundas vocum literas eruit hanc latentem ſententiam, *Petrus vult occidere te: cave ab illo, ô mi Pauline.* Et hoc attinet Steganographiam. [Etiam commata & puncta vim habent (N.B.) nam dictionem à dictione ſecernunt.]

Tranſeo ad Rhythmicam, & aſſero Primò hos verſus eſſe retrogrados: ſervato enim Rhythmo poſſemus dicere.

Bultùr ortès itis peròn opàs
Atlàs altur xupòs cumis vsòn
Edùr lintès accis acròn porràs
Melàs itùr femès aris, peròn
Manùr femès cumis maròn acàs
Perràs altùr illès citis ebròn,
Naròn opàs piltur amès bopis,
Peròn anàs piltùr illès cumis.

Secundò poſſe eoſdem regredi à penultima voce: poſſe ab antepenultima, poſſe à ſecunda, poſſe tandem à prima.

Subſcribo exemplum aliud, quod Diagrammati ſecundo correſpondeat. Recepit hodie Epiſtolam hanc Caſſiodorus.

Chabìn zollòs grabàl kenèg ſmorſtrùnt
Macròs ſchedàl grerèg gpedrùnt piſtìn,
Katròs grabàl porèg gpertùnt florìn
Senìn laulòs cruràl grereg nusùnt.
Fotlìn bartòs grabàl dacrèg gcartùnt
Saſtròs grabnàl ſatrèg ſpedrùnt ſenìn
Credròs midàl gbarèg murtùnt lamìn
Chabìn caſtròs duſtràl gbalnèg ſoffrùnt.
Plsàl dacrèg ſnirtùnt florìn cunòs,
Satrèg ſpedrùnt piſtìn ſaptòs grabàl,
Mortùnt chabìn gaquòs, duſtràl gbarèg.
Fullàl cegrèg ſcartùnt lamìn phorros,
Vaſtèg, ſcartùnt nalìn phorròs midàl,
Snirtùnt cacrìn, ſchigòs brocàl ſpolèg.

Legit illam, & juxta artis regulam cujuſcũq. dictionis tertiã literam colligens invenit hanc ſecretam ſententiam. *A la noche eſtarè en vueſtra caſa, tened armas ſuficientes, paraque ſalgamos a lo dicho.*

Hoc Epigramma (Hiſp. Sonetum) tot modis & vicibus poterit legi, quot Ogdoaſticum, paulò antè poſitum: à quacumq. enim dictione incipias modò addatur in fine verſûs, quod in principio abjicitur, habebis directa & retrograda carmina, quæ Soneti correſpondeant concentui. Poſſes enim dicere,

Zollòs grabàl kenèg ſmorſtrùnt chabìn
Schedàl grerèg gpedrùnt piſtìn macròs
Grabàl porèg gpertùnt florìn katròs
Laulòs crural grerèg nusùnt ſenìn.&c.

Progredere; & integrum Sonetum reperies: Sicut incipiendo à ſecundis verſuum ſingulorum dictionibus integrum Sonetum repèrimus, ſic etiam reperiemus, ſi incipiamus à tertiis. Incipiam ego, tu me ſequere.

Grabàl kenèg ſmorſtrùnt chabìn zollòs,
Grerèg gpedrùnt piſtìn macròs ſchedàl,
Porèg gpertùnt florìn ſcatròs grabàl,
Cruràl grerèg nusùnt ſenìn laulòs.&c.

Sic poteris procedere à quartis, ſic à quintis; adnotando omnia hæc carmina eſſe retrograda, eaq. ab vltima, penultima, antepenultima, aut alia quacumque recurrere.

De Linguâ Hiſpanicâ.

QVidquid Idioma Atlanticum, Hiſpanum poteſt. Ergo nomina convenientia quærantur: &, ne multis & diverſis te diſtraham, vnicum Orchema proponam, quod poterit in plurimis rebus ſervire. Numeros ſequentes conſidera.

Nacì Principe, y quiero,
Que el vaſallo mas dìſcolo me adore,
Me tema el eſtangero,
Viva en el Africa, o en la Cythia more:
Y aſsi levanto el coraçon al Polo,
Y que tengo de hazer, pregunto a Apolo.

Oyòme attentamente
El Padre de las Muſas ſoberano,
Y aſsi como prudente
Su conſejo me dà, favor, y mano.
Diciendome, que ſon Herculea Clava,
Las Virtudes, que eſtan en eſta Otava.

1	A	i	*q*	Edad	Doſel	Mortal	Clarin	Raçon
2	B	j	*r*	Tropel	Mental	Iaſmin	Lèon	Ciudad
3	C	k	*s*	Bondad	Vergel	Carnal	jardin	Dragon
4	D	l	*t*	Clavel	Señal	Delfin	Falcon	Maldad
5	E	m	*u*	Deidad	Broquel	Portal	Sin-fin	Huron
6	F	n	*x*	Sincel	Bozal	Motin	Blaſon	Beldad
7	G	o	*y*	Fatal	Maſtin	Pavon	Verdad	Laurel
8	H	p	*z*	Cabal	Malſin	Cordon	Piedad	Pinzel.

Eſt

Est Orchema Mysticum, & quod varios sensus & visus, si exponatur Politicè, pariat. Ex Atlanticis constare poterit, quid ex hoc possit erui, aut non erui, interim quia plures hodie in Europa delectantur Latinis, Tabulas sequentes subjungamus.

De Lingua Latina.

DLXXXVI.

Possimus Diagrammata Atlantica potuimus ponere Græca, Latina, Hispanica, Gallica, Italica, aut alia, quod vt clarius & evidentiùs videas Diagrammata sequentia subscribo.

		SAPPHICVM.		ADONIVM.
A Lucifer	A dulcis	A resonat	A boatu	A Facta tuorum
B Maximus	B grandis	B celebrat	B Minerva	B nomina vestra
C Blatifer	C suavis	C numerat	C q.Mavois	C stemmata tanta
D Iuppiter	D Phœbus	D recinit	D sacratus	D fataq.Vesta
E Dum Venus	E Satur	E fidibus	E reclamans	E Prospera fata
F Dulcius	F Numen	F numeris	F resurgens	F Nomen honorum
G Phœbus vt	G cœlum	G modulis	G q.dulcis	G laudis honores
H Pan Deus	H polus	H citharis	H q.plaudit	H stemmata vestra
I Signifer	I pontus	I rutilat	I q.Phœbus	I laurea tanta
K Auriger	K mundus	K radiat	K polorum	K gesta tuorum
L Cœlifer	L tellus	L reserat	L Deorum	L lampada vestram
M Te canit	M surgens	M renitet	M celebrat	M te canit orbis
N Te legit	N prudens	N cecinit	N tuosq.	N vestra recenset
O Teq.amat	O lustrans	O sonuit	O penates	O laurea laudat
P Diligit	P fulgens	P radians	P Parentes	P cantat honores
Q Personat	Q lucens	Q resonans	Q canebat	Q numen honorat
R Pegasus	R scandens	R numeros	R ferebat	R teq.,tuosq.
S Te decus	S cantat	S vigilans	S docebat	S grandia gesta
T Nominis	T laudat	T caneret	T q.temet	T maxima facta
V Fama te &	V lauro	V rutilans	V refulget	V sudera cantant
W Iuno te &	W palma	W celebris	W coruscans	W gestaq.laudat
X Luna te &	X lauris	X volucris	X q.Phœbe	X Nomen honora
Y Mars tuus	Y dulci	Y volat,&	Y q.satur	Y cantat Apollo
Z Concinit	Z suavi.	Z nituit	Z meloq.	Z concinit orbis.

Vsus hujus Diagrammatis idem est ac omniũ præcedentium; sumitur enim dictio pro literâ, dum scribimus: & litera pro dictione, cùm legimus. Pono exemplum.

Erat in vinculis Paverinascus; & sollicitabat amicum, vt se à carcere eriperet; à quo recepit hanc epistolam.

Diligit scandens, resonat resurgens,
Diligit dulcis numeros, ferebat:
Lucifer laudat fidibusq.: Phœbe
Luna te & pontus citharis: Penates
Pegasus dulcis volucrisq. cantat.

Singulas dictiones attentè considerat Paverinascus; & sumens literas eisdem correspondentes, reperit nuncium hoc, *Præpara te (die) 21. hora 11.* Hac ergo hora supervenerunt amici, illumq. liberarunt.

Solet ternis Sapphicis Adonicus vnus Postponi: quod si volueris facere, post tres versus sapphicos vltimam columnam ingredere.

VT Sapphica, sic & Hexametra conformare poterimus, si consentaneo Diagrammate vtamur. Subjiciam ergo facillimum, clarissimum, & expeditissimum, quo jam à multis annis vtor, vt exponam arcana. Illud subscribo.



A	Concinit aurisonis	lauris	tua stemmata	cantat
B	Plandat vterq. polus.	citharis	pia nomina	dicit
C	Consurgis Princeps	numeris	te Maxime	refert
D	Arma virumq. canat	modulis	cum carmine	plaudat
E	Sydera concelebrent	q. modis	generosaq.	pandit
F	Exultet Mundus.	dulcis	q.& Numina	monstret
G	Personet Eous	cantor	fœlicia	cernit
H	laudibus innumeris	Mavors	tua fataq.	fulget
I	Dædala dum tellus	dominus	q. oracula	inaurat
K	Quando Phœbus ait	cœlum	q. instantia	honorat
L	Nomen in æternum	pelagus	sic laurea	laudet
M	Fama tibi superest	Tethus.	legit aurea	amabat
N	Viderat vt Trideus	Pontus	canit omina	legit
O	Remigio alarum	versu	legit omine	vidit
P	Nomina fecit honos	cantu	tibi olumpica	firmat
Q	Stemmata Majorum	manibus	dum grandia	confert
R	Vivat Olumpiadas.	numeros	cœlestia	surgit
S	Phœbus honorificat	fidibus	majoraq.	Mavors
T	Collandat Mundus	plausu	super æthera	Phębe
V	Desuper astra volat	celebris	q. per aera	Phœbi
W	Magnus Ephębus amet	chordis	legit omina	Pallas
X	Concinit immensus	lætus	fert stemmata	& Hermes
Y	Laudat honos lauros.	radians	de Numine	lucens
Z	Laurea fata meant.	modulans	tua Numina	fulgens

Vsus hujus Diagrammatis est idem cum præcedẽtibus: sumimus enim dictionem pro litera, cùm scribimus, literam pro dictione, cùm legimus. Venit ad te Petrus, & præsentavit hanc Comitis Aurelii epistolam.

Nomina fecit honosq. modis super æthera surgit,
Desuper astra volat; fidibus generosaq. Mavors
Collaudat: Mundus (Mavors legit) omina amabat,
Dædala dum tellus, numerisq. oracula pandit,
Concinit auricomis lauris, tua stemmata cantat:

Ludit, obluditq. verbis Comes, at magno consilio & secreto, Petri enim qualitates describit, & quanti à te fieri debeat exponit: quoniam dictiones istæ si stemus præcedenti Diagrammati, correspondent his literis. *Petrus est homicida*. quæ breuem sententiam, sed quæ multas parturiat consequentias, cõplectitur.

Possumus scribere Græcè, Hungaricè, Germanicè, aut quâcumque aliâ lingua, quãdo carmina Latina pangimus. Pono exemplũ.

Nomine in æternum celebris, super æthera notus,
Sydera concelebrent, numeros cũ carmine plaudẽt,
Consurgis Princepsq. modisq. oracula Phœbi
Sydera concelebrent: fidibus tua stemmata plaudẽt.
Nomen in æternum plausu, tua fataq. monstrat
Magnus Ephœbus, amet versus, cœlestia laudet,
Arma verumq canat, modulis cũ carmine plaudat.

Hi versus anno M DC.XXI. lecti fuerunt Madriti à Serenissimo Carolo, Walliæ Principe, Duce Eboraci, qui posteà fuit Rex Angliæ, à suis sententia publica decapitatus: & si nihil aut culti aut occulti in illis inveniri dicenti, communicata Clavis fuit, (videlicet antecedens Diagramma) vnde prodierunt, vt vnaquæque dictio (simplex, composita-ve) vnius literæ valorem habeat, & istã verissimam sententiam conforment, *Luther deceives all the World*. hoc est, *Lutherus decipit orbem terrarum universum*.

SEd quot, quæso, versus ex hoc Diagrammate prodire poterunt?

24
24
96
48
576
24
2304
1152
13824
24
55296
27648
331776

Singulæ columnæ habẽt voces 24: ergo 24 ductæ in 24. dabunt 576: quæ tandem ductæ in 24. dabunt 13824: quæ tandem ductæ in 24. dabunt 331,776. hoc est, *Versuum trecenta triginta & vnum millia, septingenta & septuaginta sex.*

Prima columna continet voces è duabus aut tribus compositas; quas si divideremus, possemus construere Orchema, melius & numerosius.

☞ DLXXXVII.

VErba vltima relegis, & quia tibi composita voces non placent, & simplices libentiùs haberes, postulas, vt aliud Diagramma producã, in quo voces non componantur. Tibi adquiesco, &, vt obedientiæ meæ promptitudinem videas, hoc subjungo.

Ty-

A B C D E — F G H I K — L M N O P — Q R S T V — W X Y Z —

Tytirus	ingrediens	cunctos	terrore	replevit
Angelus	excelſus	ſurdos	clamore	fatigat
Muſicus	inſulſus	fortes	bellando	reſervat
Ianitor	extremus	populos	pugnando	refundit
Creditor	indomitus	[illegible]ptos	flectendo	reprêndit
Teſteq.	Romano	proxima	ſtella	cadit
lumine	formoſo	candida	luna	micat
vortice	præcipiti	plurima	turba	volat
fulmine	terrifico	blandula	forma	tumet
murmure	ridiculo	florida	Virgo	rubet
Haſtiger	intrepidus	medicos	currendo	redemit
Villicus	inſignis	reduces	tolerando	colorat
Arbiter	erectus	miſeros	ponendo	diremit
Auceps	ambiguus	paucos	fugiendo	fefellit
Caſtalus	infelix	noſtros	recreando	retardat
turbine	commoto	maxima	bacca	viret
flamine	ventoſo	fervida	porta	perit
flumine	permagno	commoda	petra	ruit
carmine	perpetuo	cœlica	flora	cubat
limine	recluſo	myſtica	funda	manêt
Comicus	impavidus	multos	cantando	moleſtat
Cantaber	excellens	refugas	cunctando	relaxat
Iſmarus	exiguus	veſtros	captando	beavit
Armiger	extremus	dominos	laudando	ſalutat
Ruſticus	indocilis	mimos	imitando	gubernat
Phaſmate	multiplici	cærula	concha	nitet
pondere	diſpoſito	ſplendida	terra	tepet
ſtipite	prævalido	cornea	cera	placet
littore	reſtricto	perdita	cauſa	ſtrepit
gurgite	conſtanti	frigida	chorda	fremit
Dædalus	cludens	iuvenes	clangore	cecidit
Signifer	emeritus	famulos	ſpernendo	coronat
Heſperus	illunis	dociles	pugnando	reduxit
Princeps	innocuus	trepidos	gravitate	removit
Heros	egregius	ſocios	terrendo	fugavit
palmite	gratuito	tetrica	charta	latet
pulvere	condenſo	tertia	criſta	valet
culmine	ſupremo	ſubdita	cymba	patet
dogmate	divino	ſaxea	cura	nocet
fœdere	flexibili	ſedula	maſſa	madet
Legifer	eximius	lepidos	orando	repreſſit
Iudex	ignotus	doctos	ſtringendo	ſecundat
Tantalus	illepidus	ſuperos	turbando	refrænat
Martius	inviſus	gentes	remeando	coërcet
frigore	ſtringenti	claſſica	ſylva	tonat
nectare	perdulci	bellica	muſa	ſonat
tempore	continuo	concava	meta	tremit
vulnere	deſtructo	condita	menſa	ſcatet

Disticha complectitur carmina, quæ etiam linguæ Latinæ rudis potest pangere. Praxis est eadem. Hoc exemplum produco.

Scimus eâ die, quâ Iulius Cæsar fuit occisus, vnum libellum recepisse, quem, si legisset priùs, quàm Senatum iniisset, fuisset à morte præseruatus. quænam ille verba continuerit, nescimus: hæc præsetulisse supponamus.

Rusticus excellens vestros flectendo redunit,
Gurgite Romano tertia stella nocet,
Auceps illustris socios captando removit,
Fœdere divino commoda causa tumet,
Anceps indomitus, paucos captando redunit,
Murmure prævalido proxima cura madet.
Princeps indomitus, dominos bellando reservat,
Carmine terrifico proxima cera nocet.

Non carceret libellus congruo sensu, si ad hieroglyphica vellem recurrere: at non cortex respici debebat, sed nucleus. Ergo dictiones istæ debebant steganographicè considerari: literæ enim, quibus illæ respondent, reddunt sententiam hanc, *Omnes parati sunt, vt hodie in Senatu te occidant.*

Hæc sunt Theodomire doctissime, quæ postulas, quæ scire desideras. Si alia velis, me mone, & vale.

APOLLO
ORCHESTRES.

Ludimus hic metris, ludendo addiscimus: ergo,
Qui ludos alios damnas, hunc laudibus effer.

DLXXXVIII.



Latoides arcum non semper tendit Apollo, sed interdum ad orchestram & gymnasium veniens, ludo præsidet. Vt igitur Philomusus sciat studendo ludere, & ludendo studere; vt relaxare possit animum sine scientiarum detrimento, ludum in Parnasso ipso aperio, & Musas advoco, vt studiosos recreent, & ludos diuersos instituant. Ludos, inquam; non lusus: nam, si obtineat adsignata à Laurentio Vallâ differentia, & qui ob animi relaxationem & restitutionem adsumitur, est *Lusus*, & qui ob lucrum, *Ludus*; ludos instituunt Musæ, in quibus & lucrari aurum possis, & Metricæ notitiam penitiorem debeas. Incipiam igitur à ludo faciliori, & paulatim ad difficiliores progrediar.

MVSA

MVSAE CARMENTA.

DLXXXIX.



NICOSTRATA Evandri Mater, Sacerdos fatidica, à carminibus, quibus dabat Oracula, nomen accipit, & *Carmenta* fuit dicta. Hæc erexit portam Civitatis, quam *Carmentalem* prius, & demum *Sceleratam* vocarunt. Virgilius Operis Divini octavo,

Et Carmentalem Romano nomine portam.

Et cur *scelerata* fuit dicta? Per illam contra Hetruscos egressi fuerunt sex & trecenti Fabii: & omnes ab Hetruscis occisi. Ouidius Fast. 2.

Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes:
Ad bellum missos perdidit vna dies.

Et ideò vulgus, quam *Infaustam* deberet, *Sceleratam* appellat; innocentissimamq; perfidiæ notâ temerè & audacter inurit. Idem Ouidius ibid.

Carmentis portæ dextro est via proxima Iano,
Ire per hanc noli, quisquis es, omen habet.
Illâ fama refert Fabios exisse trecentos;
Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.

Obediamus igitur Ouidio, & per Carmentalem hanc portã non egrediamur: atqui egredi inhibet, omnes per illam intrare in Parnassum permittit: egredientibus enim nō autem introeuntibus infausta est.

Et quid hodie ingressi in Parnassum faciemus? Animũ lassum & laboribus fractum lusu Carminum recreabimus. & recuperabimus. Attende. Iam sumus in gymnasium ingressi. at in muro sunt lineæ aliquæ scriptæ. Illas lego.

LVDI METRICI LEGES.

Prima. *Poeta à quo excerpendi versus sunt, communi consilio eligatur.*

Secunda. *Pro vocans proferat versum, quem velit. Et statim prouocatus reponat alium, qui ab illa incipiat litera, in quam prior desinit. Tunc iterum prouocans, sumet vltimam literã auditi carminis, et ab illa incipiet. Et sic alternatiuè vlterius.*

Tertia. *Qui non habet versum, quem proferat, pretium perdit. Soluat, & proferre alium versum permittitur.*

Pulchræ leges: &, vt video poterunt pulchræ sententiæ excidere impetu extemporaneo. Vt melius intelligamus leges ludi, exemplum hoc ex Corippo Africano sumamus. lib. 5.

B. *Contigit vt Princeps Augustus limina tẽpli.* 3. 1.
A. Incubuit lachrymans, atq; oscula frigida carpsit. 3. 1.
B. *Tiberius, curasq; omnes implebat, vt omnis* 4. 5.
A. Sit cẽsura Patrũ sit disciplina per orbẽ. 2. 6.
B. *Mors ueneràda viri, signis mõstrauit apertis* 1. 13.
A. Sollicitudo Patrum: nam quis tentare obesse? 1. 12.
B. *Exoritur letũ iucunda per agmina murmur,* 2. 7
A. Rarescũt luci, campi spoliantur opaci 4. 1.
B. *Iure suas dispensat opes, qui continet orbem.* 3. 7.
A. Murorum in morem dextram lævamq; tegebat 3. 5.
B. *Terribilis, mitiq; magis pietate tremendus,* 4. 1.
A. Scuta sub erectis cõiugens aurea pilis 3. 5.
B. *Saltatus, risus, discursus, gaudia, plausus.* 3. 2.

Sequens versus semper incipit à literâ, in quã desinit immediatè antecedens, & sensus non est omninò absonus: & hæc sufficiant, vt Càdidus Lector, possit dirigi, vel ludat carminibus, vel illa seriò frangat, & in nouas formas & sententias perducat.

Hoc ludo se recreant interdum Religiosi, versus ex Dauide sumendo. Est enim hæc exercitatio pia, & valdè vtilis, vt Psalmi memoria teneantur. Ergo breve aliquod subscribamus exemplum, vt visus etiam hie cognoscatur.

A. *Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis.* Psalm. 109.
B *Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Psalm. 122.
A. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti sumus sicut consolati.* Psalm. 125.
B *Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.* Psalm. 118. &c.

Ergo, si sic te exerceas, habebis simul recreationem, devotionem, & scientiam. Recreationem; quoniam omnis ludus eò respicit, vt animum laborantem & oppressum restauret. Devotionem: quia hoc vel illo ordine versus Davidis dicere, psallere est. Scientiam, quia sic, sine magno labore, addiscuntur memoriter, & retinentur Psalmi. Quam ob rem ludus iste debet et Ecclesiasticis vnivcis propoui.

MV-



MVSA II. TALARIS.

§ DXC.



OSficula quædam quadrata, quibus in ludo vtebantur Romani, vocabantur *Tali*. Non erant figuræ cubicæ; sed parallelogrammæ, non enim exhibebat nisi quatuor numeros, etsi esset cubica, exhibere sex posset: nulla enim est in cubo facies, quæ non possit manere superiùs. Puncta erant hæc: 1.3.4.7. septenarius opponebatur Vnitati, necnon Quaternarius Ternario. Latus, quod præferebat vnitatem, vocabatur *Canis*, & diminutione vocis *canicula*; quæ *damnosa* dicitur à Persio: nam qui illam jecerat, vnum nummum tenebatur deponere. Ternarius dicebatur *Chius*, & Quaternarius *Senio*, tres ille, quatuor hic nūmos lucrabatur. Et tandem septenarius, qui dicebatur *Venus*, omnia, quæ à canibus erant deposita, & præter ea lucrabatur sex nūmos. Aliquibus erat quaternarius (senio) invisus, & ideò æquè ac vnitas (canis) condemnabatur. Suetonius de Augusto. *Talis jactatis, vt quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos, singulos denarios conferebat in medium, quos tollebat vniversos, qui Venerem jecerat.*

Nos hodie paulò aliter ludimus talo. Vtimur enim ipsomet osse, quod ab Hispanis *Taba* dicitur: vnde *Iugar a la taba*, est idem ac ludere talo Habet os illud quatuor facies, quę insigniuntur, & distinguntur his nominibus: *Pon, Dexa, Saca, Todo.* hoc est, *Pone vnum nummum. Relinque, adeoq, nec ponas, nec extrahas. Extrahe vnum nummum. Totum capias.* In initio deponit vnusquisq. vnum nummum: & posteà extrahit, aut addit, quod talus præcipit.

Ludus iste apud Hispanos non videtur ingenuus, nam talo (hoc est, osse, quod vocatur *taba*) tantùm laniones & inferioris fortunæ homines vtuntur hodie: at laivarus transivit ad Regum & Principum aulas: aliàs enim ossis figura ex argento formatur, vt videatur decentior: alias etiam mutatur in turbinem, qui *la Perinola* ab Hispanis vocatur, & quatuor habet latera insignita istis literis, P. D. S. T quæ exponuntur, vt priùs.

Vidisti Talorum ludum apud Romanos veteres & apud iuniores Hispanos, & doceris, qualiter Talis in Parnasso ludatur.

Primus Modus.

FOrmatur Talus parallelogrammus: aut Turbo, & insignitur istis literis. I. N. L. A. quæ his correspondent verbis.

Innumerabilibus numeris laudetur Apollo.

Hic debet versus talo exprimi. Ergo singuli deponunt symbolum (Hisp. *vn tanto* pretium determinatū) & incipiunt ludum, qui in quatuor agonibus consistit: in primo enim agitur de jaciendâ literâ I: in secundo de N: in tertio de L: & in quarto de A: & hoc modo proceditur. In primo agone, projicitur talus (aut torquetur turbo) quousq prodeat I. Qui aliam literam jecerit, deponit vnum: & hoc in omni agone observatur: quicumq. enim literam non convenientem jacit, deponit in medium vnum symbolum, qui jacit I. extrahit vnum: & ipse imponit finem primo agoni, & dat alteri initium, adeoq iterum projicit, (est enim privilegium victoris, vt bis jaciat) & progrediuntur, quousq prodeat N. Qui illam jecit, extrahit vnum, & imposito fine secundo agoni, progrediuntur ad tertium. Victor projicit talum, & quando emergit L. qui illam jecit, extrahit vnum, & terminans agonem penultimum, progreditur ipse tanquam victor. & quia exitus acta probat, ille qui in quarto agone jacit A. carmen complet, & quia ab eo *Innumerabilibus numeris laudetur Apollo*, medium partem nummorum, qui fuerint in mēsâ (Hisp. *en la polla*) lucratur.

His expletis progrediuntur ad Pentametrum, quod tribus completur agonibus. pe mpe LNI.

Laudetur numeris innumerabilibus.

in illis eodem modo proceditur: & tandem qui in tertio jacit I. Apollinem *laudavit numeris innumerabilibus*, & totum, quod depositum in mensâ, adquirit.

Sic absolvitur ludus, & iterum ad principium venitur: Et debet primus talum jacere, qui in ludo præcedenti fuit victor.

Hoc ludo Carminis Elegiaci adquiritur secura Idea, quam Modi sequentes perficiēt.

Se-

Secundus Modus.

VNusquisq. debet habere quatuor Talos, & Ornatos his vocibus.

I. *Innumerabilibus metris laudetur Apollo.*
II. *Insuperabilibus numeris cantetur Homerus.*
III. *Insatiabilibus modulis ornetur Olympus.*
IV. *Immemorabilibus fidibus pangatur Athleta.*

ita in vnoquoq. talus latere vnicam habeat.

Habet igitur in manu quilibet quatuor talos, potestque resumere quem volueret ex projectis à se, at nunquam poterit nisi vnum projicere: & alternativè procedent, quousq. componant carmen: & ille depositum præmium evincet, qui priùs versum,

I-vv-vv-I ᴗ-I- -vIv-ᴗ I

(nec enim modò alium potest, aut debet) concinnaverit. Et non laborabitur longo tempore, vt conformetur carmen: qui enim quatuor taxillos in manu habet, habet in manu versus 256. vt patet ex supputatione, quam adjungam 4. dictiones multiplicatæ per 4. dant 16: & 16. multiplicatæ per 4. dant 64: & 64. multiplicatę per 4. dant 256.

duc	4
per	4
duc	16
per	4
duc	64
per	4
eruntq.	256

Qui primus suum versum absolvit, tollit præmium: & habet jus, vt in ludo sequenti primus taxillos jaciat.

Conformato Hexametro poterunt, si voluerint, ad Pentametri compositionem procedere, & sequendo istos apices,

I---I ᴗ-I-vv-vv-I

illum citò expedire. Et hîc iterum, qui citiùs suum versum absolvat, præmium habeat.

Tertius Modus.

VSI sumus hucusq. vel turbine C; vel taxillo parallelogrammo A; & quia non exhibebant nisi 4. latera, omnia debuimus intra numerum quaternarium complecti. Nunc taxillo B. vtemur. Cubicus est: sex facies habet, & poterit doctioribus Philomusis servire. Addatur ergo Tertius Modus, qui primo simillimus sit. Vtamur igitur hoc versu.

Armisonos legimus numeros jam dulcis Homeri; qui resilit in hunc,

Dulcis jam numeros legimus armisonos.

& ideò in taxilli lateribus exsculpantur hæ literæ, A.L.N.I.D.H. &, vt pedes cursui correspondeant, pro Hexametro sex agones, & quinque pro Pentametro instituantur. In cæteris omnia fiāt, vt in Modo primo sunt facta.

Quartus Modus.

IMitatur secundum, at est ingeniosior, numerosior, & melior. Vnicuiq. ex lusoribus dat sex taxillos, & in singulis secundum latera distributos hos versus.

Castaliæ pulchro Nymphæ te carmine laudāt.
Secelides docto Musæ se numine cantāt.
Pegasides sacro bacchæ me grāmate dicunt.
Pieriæ miro bacchæ nos gurgite pangūt.
Fontigenæ longo chordæ nūc pollice. pingūt.
Corycides dulci gemmæ jam marmore formāt.

in quibus reperitur materia, vt possint conformari Pentametra, quæ similia sint isti,

Pulchro te laudant carmine Castaliæ.

Et quia in sex taxillis quasi innumerabilis Distichorum multitudo clauditur, citò poterunt carmina conformari. Sed quot fieri poterunt carmina? Respondebo; & Ideas intra sex vocum numerum coarctabo.

1 I-vv-I- -I- -I -I-vvI--I
2 I- -I-I--I
3 I-I- -I--I
4 I--I-vvI- --I -I-vvI-- I
5 I-I- -I
6 I--I -- I-vv-I-I-vvI--I

Debet manere semper Dactylus in quinto pede, & in sexto non possunt poni duæ voces monosyllabæ, quia tunc versus haberet septē dictiones, & taxilli sunt sex, quib. versus ejusmodi fieri non potest: non enim potest dici sex calculis,

Castaliæ laudant te pulchro carmine jam nunc.

Sunt igitur Hexametri sex Ideæ, & non plures. At quia sunt tria loca, in quibus dissyllabæ voces ponendæ & ipsæ sunt octodecim, hoc modo procedendum erit.

duc	18
in	17
	126
	18
duc	306
in	16
	1,836
	3,06
eruntq:	4,896
	6
	29,376
	6
	176,256
	6
	1,057,536

In primo loco potero ponere vnam dictionem ex 18. & in secundo vnam ex 17. & in tertio vnam ex 16: ergo ducendo 18. in 17. & numerum resultantem (nempe. 306) in 16. habebo. 4896. Et quia in loco I-vv-I ponere possum vnam è sex dictionibus: & in loco I-vv I iterum vnam ex sex dictionibus: & tandem quia in loco I-I vnam etiam ex sex dictionibus, numerum 4, 896. multiplicabo per 6. numerum resultantem iterum per 6: & nume-

rum resultantem etiam per 6. & habebo 1; 057, 536 dicamq. in singulis Ideis esse *supra vnum millionem, quinquaginta septem millies, & quingentos & triginta sex versus*. Cùm igitur ideæ sint sex, omnes versus Hexametri, quos manu claudit, qui sex taxillos habet, erunt *sex milliones, trecenti & quadraginta quinque millies, ducenti & sedecim*. Valde ergo diues est, & erit aut valde infelix, aut ignorans, si ex tam opulento thesauro nequeat, aut nesciat citò concinnare vnum versum.

1; 057, 536	
	6.
6; 345, 216	

Transeamus modo ad secundum agonem, & videamus, quo debeat modo conformari Pentametri Ideas propono.

1 l-l- -l- -l -vvl-vv-l
2 l- -l -l- -l
3 l- -l - -l-l
4 l- -l-l-l-l -vv-l-vv-l
5 l-l- -l- -l
6 l-l-l- -l-l
7 l-l-l-l- -l

In tribus prioribus Pentameter completur quinque talis: in quatuor posterioribus sex: numerum exponamus.

In tribus prioribus sic proceditur. In primo loco l- -l esse possunt voces 18. in secundo 17. ergo si alter numerus per alterum multiplicetur, resultabunt, 306. Progredior. In loco l-l esse possunt 6. voces; in l-vvl etiam 6: & in l-vv-l iterū 6: ergo numerus, 306. debet tertiò multiplicari per 6. & dabit 66, 096. Et dicam totidem versus claudi in singulis ideis prioribus: quæ tres sunt, & ideò simul continent versus; 198, 288 *centum & nonaginta octo millies, ducentos octoginta & octo.*

duc.	18
in	17
	126
	18
duc	306
in	6
duc	1,836
in	6
duc	11,016
in	6
duc	66,096
in	3
& erunt;	198,288

Transeamus ad ideas posteriores, & numerum etiam versuum reducamus ad computum. In priori hemistichio vnam vocem dissyllabam, & tres monosyllabas habent, & hanc ob rem computus hoc modo procedet.

Sunt tria loca monosyllaba: ergo in primo poni poterit vna vox ex 6: in secundo vna ex 5: in tertio vna ex 4: Ergo multiplicabo 6 per 5: & numerum resultantem per 4: & habebo, 120. Et dicam tot esse combinationes monosyllabarum dictionum. In loco l- -l dissyllabo poni poterit vna ex 18. Ergo resultabit numerus 2, 160. propter dictionem l-vvl & l-vv-l bis multiplicatus per 6, dabit 77, 760. tot enim versus in singulis formis continentur: & quia istæ sunt 4, versus erunt, 311, 040: qui additi priorum Idearum versibus, erunt 509, 328. *Quingenti & novem millies, trecenti & viginti octo.*

duc	6
in	5
duc	30
in	4
duc	120
in	18
	960
	120
duc	2,160
in	6
duc	12,960
in	6
duc	77,760
in	4
habebisq.	;311,040
erant alij	;198,288
simul ergo	;509,328

Singuli ex his Pentametris poterũt singulis Hexametris cooptari. Ergo Distichorum Elegiacorum possibilium numerus ex combinatione resultãs eruetur, 6, 345, 216: per 509, 328. multiplicando. Ergo, siquidem hucusq. progressi fuimus, adhibeamus adhuc nonnihil improbi & molesti laboris, & supputationem perficiamus.

6;345,216
509,216
38;071,296
63;452,16
1,269;043,2
57,116;944,
:000,000;00
3:172,608;0
3:231,095;510,656

Ille igitur, qui sex taxillos cubicos in manu habet, claudit pigillo *tres billiones* (millionum milliones) *ducentos & triginta, & vnum millies, & nonaginta quinque milliones; quingentos & decem millies, & sexcenta & quinquaginta sex Disticha Elegiaca.* Miraris? Recognosce computum, & me non errauisse videbis.

Quintus Modus.

HIS Taxillis Philomusi aliquibus diebus vtantur: vt cùm magis exercitati sint, aliis doceantur, qui maiori arte & ingenio regendi sint. Exemplum pono. Scribi, aut sculpi potiùs debent dictiones hæ in taxillo

Primo. *Sol, Maro, Phœbus, Parnassus, Melibæus, Mercurius.*

Secundo. *Fans, doctus, formosus, lyricus, generosus, magnanimus.*

Tertio. *Cantat, celebrat, reclamat, dilaudat, honorat.*

Quar-

Quarto. *Castra, Fata, Sydera, Numina, Nymphaa, Laureta.*
Quinto. *Melo, metro, numeris, fidibus, carmine, pollice.*
Sexto. *Clam, cito, palam, tardè, subitò, profectò.* circa quarum quantitatem adnoto: in voce *Maro* primam esse brevem & secundam ancipitem: in *celebrat* secundam esse indifferentem: & in *reclamat* primam. In voce *Cito* primā brevem, & secundam indifferentem: in *Palam* primam brevem: in *profectò* primam brevem, & tertiam indifferentem. Volui tot indifferentes interserere, vt adsuescant, Philomusi, & diversas sciant quantitates in eadem vocali cōgnoscere.

Qui hos taxillos habeant, vt in secundo, & quarto modo dictum, procedent, illeq. victor erit, præmiumq. consequetur, qui citiùs exhibuerit Hexametrum: aut etiam, si placeat, Pentametrum.

MVSA III. ALEA.

DXCI.

ALEA duplicis significationis vox est: vel enim primam habet brevem, vel longam. Si brevem, nomen est Civitatis: si longam, ludi. *Aleus* Stephano asserente in Arcadiâ, vrbem condidit, quam *Aleam* dixit: vnde incolæ dicti sunt *Ales*, & Minerva, quæ ibidem colebatur, *Alea*. Papinianus in Sylvis, *Aut Aleæ lucis vidit Tegæa sacerdos.* Rariùs vtimur voce in hac significatione, quia primam plerumq. producimus. *Alea* dactylus, omnem ludum obnoxium fortunæ significat; vnde etiam illum, qui tesseris aut taxillis conseritur: at hîc strictiùs vox sumetur, nempe pro illo, qui chartis exercetur. Illas Hispanus *Naypes*, Germanus *Spiel karten*, Bohemus verò *Karty* nominat: quasi *Chartas lusorias*. Adolescentum igitur vtilitati & recreationi consulentes Artem Metricam ad ludum chartarum reducamus. Sed quomodo? Dabo epistolam, quam Venetiis ad quemdam Principem eruditum scripsi: ne cogar iterum hîc rescribere, quæ ad illum luculenter scripta.

EQuis citis iter meum promovebā, Princeps Excellentissime, & quia in Styriæ finibus studiosos quosdam folus pictis (quæ *Naypes* vocamus Hispani) ludentes vidi indignabundo animo incepi cogitare, *An possit prudentis Pædagogi vigilantia & industria, ita iuvenum studia & labores disponere, vt ludendo addiscant, & relaxando animum ad scientiarum secreta penitiora perveniant?* Statim occurrit Ars Poetica, quam tædio multi iuvenes tractant, pauci seniores colunt, & paucissimi tantam facilitatem adquisierunt, vt ex tempore valeant carmina modulari. Ergo in illâ volui periclitari priùs, An possem ludo aliquo Metrico, mentes Iuvenum instituere & formare. Re igitur diutiùs consideratâ, sic processi. Curavi fieri quinquaginta vel plura foliola, magnitudine & cassitudine æqualia illis, quibus luditur vulgò. & in singulis binas scripsi voces, alteram incipientem à consonâ, alteram à vocali, illam hinc, istam inde, vt conspicis: vt si altera fortè esset inepta, altera metri conditioni serviret.

PROSPICE.

ASPICE.

Primum exemplum (quod & debuit) Reginæ Angelorum dicatum, æquisyllabas dictiones habuit: & quia plurimis placuit, volo illud hîc subscribere.

-	
Sol	*Arx*
lux	*urbs*
fons	*hîc*
fax	*est*

v⏓	
pia	*Avis*
sacra	*amor*
polo	*honor*
venis	*apex*
fave	*ave*
parens	*apis*
mihi	*adest*

-⏓	
lampas	*omni*
splendor	*aulæ*
cœli	*orbi*
dulcis	*adsis*
Princeps	*insis*
fulgens	*arbos*
salve	*arcus*
prosis	*astrum*
mundo	*Iris*
terris	*vndis*
vitæ	*astris*

vv-	
miseris	*animis*
faveas	

v-⏓	
celèbris	*Athenis*
colèris	*amoris*
refulgens	*Olympo*
faveto	*honoris*
corusca	*horizon*
Maria.	*Olympi*

-v	
Stella.	*Aula*
pura	*alma*
casta	*alta*
pulchra	*ecce*
sancta	*alba*
Virgo	*aura*
luna	*vna*

-vv	
Gloria	*Anchora*
lucida	*aurea*
cœlica	*inclyta*
candida	*arbitra*
laurea	*optima*
prospice	*aspice*
sufficis	*Iridis*
prospicis	*arboris*
fertilis	*omnibus*
nobilis	*vtilis*
syderis	*atheris*

-⏖-	
Terrigenis	*Orbicolis*
Cœlicolis	*Empyrei*
Telluri	*Europæ.*
Europæ	*Aurora*
Christicolis	*Astripotens*
provideas	*Armipotens.*

⏖-v	
Generosa.	*animosa*
Regina.	*aurora*
dulcedo.	*Eoa.*

--vv.	varia.
Sanctissima.	*amabilis*
purissima.	*admirabilis*
pulcherrima.	*Olympica*
dulcissima.	*horizontis*
suavissima.	*immacu-*
mortalibus.	*lata*

Notulæ quantitatum, quibus vtor hæ sunt.

v *significat syllabam brevem.*
- *verò longam.*
⏓ *brevem vel longam.*
o *indifferentem.*
⏖ *duas breves, vel unicam longam.*
l *significat priorem syllabam debere dictionem finire.*

Vnde Hexametri & Pentametri (vt alia Carminum genera omittam: modò enim aut Heroicis, aut Distichis luditur) ideam, quā alii in pedes maiori ingenio, quā vtilitate partiūtur, ad has notulas ego reduco: *Est Hexametrum*

vel l- ⏖- ⏖-l ⏖ ⏖-vv-⏓ l
vel l-⏖- ⏖- ⏖l ⏖-vv-⏓ l

Pentametrum verò l- ⏖- ⏖-l-vv-vv-l

His ergo carminibus lusuri sumus.

Duos modos ludendi concepi: alterum preventionis & alterum alternationis. Vtrumq singillatim exponam.

De Ludo Præventionis.

DVO possunt, tres, aut quatuor colludere (si plures vellent, deberemus plures habere chartas.) Qui illas distribuit, dat primâ vice ternas vnicuiq.: posteà vnicuiq. singulas.

Ante distributionem chartarum in mensæ medium vnusquisq. exponit symbolum, (hoc est pecuniam, quę victori accensebitur.) Qui habet tres chartas bonas, potest novum symbolum exponere. Si sint duo, & alter non acceptet, hoc ipso finitur ille lusus, & pecunias, quæ sunt in mensâ, recipit provocator. Si sint plures, & alii acceptent, & alii non acceptent: qui non acceptant, perdunt, quæ sunt jam posita, & cæteri addentes nova symbola, progrediuntur in lusu.

Si nullus adhuc habeat Carmen, dabuntur singulis singulæ chartæ: & hoc quoties necessarium videbitur: videlicet quousq. prodeat Carmen: nempe quod nec solecismum,

nec

nec syllabam indebitæ quantitatis habeat. Quoties novæ chartæ dantur, poterit novam provocationem instituere, qui velit: & qui non acceptaverit, causâ cadit.

Vincit ergo, qui prævenerit cæteros: hoc est, qui citiùs produxerit in medium suum carmen.

Et quid si duo simul carmina convenientia producant? uter vincet? An qui melius & eloquentius Carmen condidit? Non ineamus quæso istam viam, quam tot scimus implicatam salebris & difficultatibus: sed illi victoriæ lauream concedamus, qui distribuenti chartas est propior, qui illas recepit priùs: illi, inquam, qui quoniam ad manum chartas distribuentis consedit, *Manus* (Hispanicè, *la Mano*) vocatur.

De Ludo Alternationis.

POnent in medium Victoriæ pretium singuli: & posteà recipient novem chartas (ternæ, ternæ, & ternæ dari debent.) Et qui est prior Carmen incipiet in mensam primam dictionem exponendo. Secundus debet exponere secundam, tertius tertiam: &c. Si aliquis non habet dictionem metro & sensui congruentem victus est, se subtrahat, & qui sequitur, progrediatur, quousque vnus solus maneat, qui non fuerit victus, iste enim hoc ipso, quod cæteri officio suo non satisfecerint, pretium Victoriæ capit.

Possemus alios modos metricè ludendi invenire, si vellemus difficilioribus nonnullis legibus Lectorum ingenia onerare: sed hos duos impræsentiarùm proposuisse sufficiat; nam facile est inventis addere, & quicumque facili negotio poterit novos modos proponere, istos alterando aut mutando.

De Vtilitate.

QVI hoc se ludo recreet, habebit primò piam animi relaxationem, Angelorum Reginam dilaudando: omnia enim Carmina, quæ ex Tabulâ præmissâ possunt fieri Mariana encomia reboant, & devotionem èxcitant, vt quam celebramus, diligamus. Secundò adquiret optimam Carminis condendi ideam, & in cooptandis dictionibus summam facilitatem.

NOTA. Possent chartulæ ita inscribi, vt quicumq. Princeps celebraretur: sed nostram devotionem sequuti consecravimus calamum Angelorum Reginæ.

MVSA IV. HISPANA.

DXCII.



HANC eruditam devotionem transferamus ad Parnassum Sperium, Deiparæ devotissimum, & disponamus folia, quibus recreando & relaxando animum Marianas laudes modulemur. Erit hoc otium etiam vtile fœminis, quæ Metricæ concinnationis ignaræ, Rhythmis solent esse contentæ. In Stropharum formatione numeris vtemur communissimis, ac propterea notissimis: ne, cùm relaxare animos aliis studiis fractos cupimus, eosdẽ speculationib. subtilib. implicare & torquere dicamur. Singula folia poterunt notari sic.

Sicut Musa Tertia Latina exhibuit in folio quocumq. duas voces, alteram incipientem à vocali, & alteram a consonante: sic hęc Quarta Hispana exhibet duplex verbum, alterum grave (παροξύτονον) in vocalem, alterum acutum (ὀξύτονον) in consonantem desinens. In medio Idea Rhythmi ponitur, quam suis versibus collusores debent repræsentare.



Alias potuimus præscribere: sed elegimus has velut meliores & notiores.

Secundinæ.

AA. BB. CC. DD.

[*Antiquis non fuerunt in vsu: at hodie valde communes sunt.*]

Terceta.

ABA. BCB. CDCC.

[*Est compositio gravis: & Epistolis scribendis conveniens.*]

Quat-

Quartete recta.

ABBA. CDDC.

[*Has strophas Tetrastichas Hispanus* Redondillas *appellat.*]

Quartete oblique.

ABAB. CDCD.

[Illas Terciadas *dicimus; si queras, Cur* Redondillas *illas, cur has* Terciadas *nominemus? multi varia respondebunt, at videtur pro ratione Nomenclatorum voluntatem stare.*]

Quinte.

ABABA. CDCDC.

[*Hæ strophæ variis solent modis concinnari. licet enim ponere duos versus consonantes simul, vnde resultare poterunt hæ Ideæ.* (2) A A B A B. (3) ABBAB (4) ABAAB. (5) ABABB. *Vnde si bis ponantur duo versus consonantes simul, resultabunt* (6) AABBA. (7) ABBAA. *&c. Poteris ergo uti Ideâ, quam velis.*]

Sextæ.

ABABCC.

[*Sunt valde communes apud Italos.*]

Octave.

ABABABCC.

[*Heroicæ sunt, & graves, illisq; æquè Itali ac Hispani delectantur.*]

Decime.

[*Ab Authore Spinele Hispanus eas dicit* Espinelas.]

ABBA. ACC. AAC.

[*Spinelii Ideam nos ex consilio alteravimus; nam dum versus penultimus & antepenultimus est A. concentus est suavior, & conformatio carminis difficilior.*]

Nolui lusum vltra decem versus transire, vt brevitati consulerem, & lucrandi, & perdendi iteratis, & renovatis vicibus, majorem colludentibus impertirer voluptatem & vtilitatem. Hanc ob rem excesse volui versus illos, quos *de Romance* dicimus; quia, nisi per plures strophas percurrant, gratiam non habent. Nunc ipsasmet voces addamus.

A

Digna de toda alabanza.
De cautivos libertad.
Es mi Bienaventuranza.
Excelsa por su Humildad.
En la borrasa Bonanza.
De los Cielos Magestad.
De los hombres Esperanza.
Prodigio de Castidad.
Da para el Cielo libranza.
Espexo de la Verdad.
Cabo-de-buena-Esperanza.
Incendio de Caridad.
Todo lo que pide, alcanza.
Es Templo de la Deidad.
De ignorantes enseñanza.
Idea de la Bondad.

E

Es purissima Doncella.
Mas hermosa, que Rachel.
Del Empyreo Caelo Estrella.
A quien annunciò Grabiel.
Del fuego, que es Dios centella.
Mas inocente, que Abel.
De las Santas la mas bella.
Terror siempre de Luzbel.
La que al Demonio atropella.
Segurissimo Baxel.
Dios es Hijo, Madre es ella.
Contra el Infierno broquel.
La honra del Hijo, es della.
Es de azuzenas vergel.
La que las Virtudes sella.
Es del mismo Dios joyel.

I

Es Maria Clarellina.
Hija, que es, de Ana, y Ioachin.
Su vida, nos es dotrina.
Santa al principio, y al fin.
De los vicios medicina.
Del Divino Anfion Delfin.
El que la sirve, camina.
De toda miseria fin.
A la Deidad se avecina.
Candidissimo jazmin.
Es la Esfera christalina.
Lleno de Gracias jardin.
Es la Emperatriz Divina.
Purissimo Serafin.
La Ninfa mas peregrina.
Abrasado Cherubin.

O

De Christo, que es Sol, Aurora.
Divina en la Encarnacion.
De todo el Mundo, Señora.
Humilde en la Anunciacion.
Entre azuzenas es Flora.
Fuè Santa en su Concepcion.
Entre virtudes Pandora.
Grande es su jurisdicion.
En quien a Dios mi Alma adora.
Y nos da su bendicion.
La que gracias atesora.
Me libro de la prision.

La que a todos los mejora.
La que me impetrò perdon.

Y la que por todos ora.
De tristes consolacion.

V

Es del Cielo Empyreo Luna.
Que ayuda con prontitud.

Es firmissima Coluna.
Bien acordado Laud.

Causa de nuestra fortuna.
Norte de la juventud.

Nos da asistencia oportuna.
De Virtudes multitud.

Las Virtudes afortuna.
En quien gozamos quietud.

La que siempre a sido vna.
De la Gracia plenitud.

Mayor, que ella, no ay ninguna.
Causa de nuestra salud.

Mejor, que ella, no ay alguna.
Thesoro de la Virtud.

Ludendi Modus.

MVsa Latina bifariam voluit ludere (videl. Præventione,& Alternatione) Hispanæ autem hic vltimus Modus arridet: & Alternatione vti mavult. Poterunt colludere duo, poterunt tres: primas tenebit (Hispanicè *ferà Mano*) qui primus elevaverit A: hoc est vocem accentum habentem in A: & qui illi à sinistris assidet, distribuet chartas, nempe ternas singulis quater, aut quaternas ter, vt singuli duodecim habeant.

Qui primas tenet (*la Mano*) haber jus indicendi, quod genus Rhythmorum condi velit. Posteà ipse in primâ chartâ dabit primum versum, quem altâ voce proferet; & qui sequuntur, illi suos numeros attemperabunt. Verbi gratia. Si Prior hanc chartam ponat,

Mayor, que ella no ay ninguna.

dederit primum versum, jusseritq. vt construatur Ogdoastichum,

Vna, B. *Vna*, B. *Vna*, CC.

in quo tertius & quintus versus etiam finiatur in *Vna*.

Qui non habet versum Rhythmo correspondentē solvit singulis colludentibus vnum symbolum: & qui sequitur, si non habeat, etiā singulis vnum: si tertius non habeat, etiā singulis vnum: & sic itur ille lusus, quia Stropha non potest compleri. Qui autem exhibet versum, qui petitur, nihil omninò solvit. Et sic recreatio ad finem Strophæ progreditur.

NOTA. *Etiam hic ingenium & providentia juvant: nam, si multas consonantes chartas habeas, paucas altos habituros suppone; vnde, si primus debeas ludere (Hispan. Si eres mano) illud genus Rhythmorum fieri indicas, in quod plures vnigeneres versus concurrunt. Inde: ergo, vt formetur Decastichum.*

MVSA V. ITALA.

DXCIII.



T omnis lingua gratias Marianas moduletur, addam paucas has lineas, in quibus, qualia hispanicè dedimus, etiā reponamus italicè Musam hâc in hæc tempe erudita promoveam, vt Eximio & Eruditissimo D. Hippolyto Marraccio, mihi in Mariā charissimo, obediam, qui etiam Italos nō aliter recreare animos optat, quā Angelorum Reginam dilaudando. Vtar hēdecasyllabis (vel, si cum Rhythmicis loqui velimus, decasyllabis: nā hi non admittunt in numerū syllabas, quæ vlt. accentū sequuntur) &, vt hi perfectiores sint, vtar ingenio & calamo doctissimi P. Eugenii de S. Iosepho, cujus subtilissimis argumentis Scholæ, floridissimis concionibus Tēpla, politissimis versibus (Latiis, Italicis) vel Cetones feverissimi appla-dunt. Strophas, quas Musa Hispana exhibuit, retinere possemus: cæterùm, quia varietas dēlectat, ludum hunc ad consonantias alias, quicumq. voluerit, reducat. Versus, qui singulis inscribi debeut chartulis, subjiciamus.

O D I, *grande Maria, la nostra instanza,*
Ne la desperation sola speranza;
Tu nel Mondo, e nel Cielo has maggioranza,
Fosti nel Tempio Idea d'ogni osseruanza,
Specchio nel viuer tuo di temperanza;
Mostrasti nel Calnario la costanza.
Hor nel Ciel godi la cittadinanza,
Dimostra, ti preghiam, la tua possanza.
V'amo diuina, senza par Donzella,
Madre del grand'Iddio, e pur'ancella.
Ne l'ordine creato sa più bella,
Ne i calor de l'Egitto, grata ombrella.
Colomba senza fiel, mansueta Agnella;
Splendete ne le tenebre facella,
Apparite nel Mar, benigna Stella,
Porto sicuro in ogni gran procella...

O de' cuori, potente calamita,
Del talamo diuin, Sposa gradita,
Pianta gentil, d'ogni Virtù fiorita,
Ne la maternità quasi infinita,
La Luna à piedi, e di chiaror vestita,
Genitrice mortal di vera Vita,
Porgete à chi vi chiama, presst aita,
Impetrate dal Ciel, nel Ciel salita.
A' vostri piedi, il Mondo humil s'inchina,
Vergine Madre, in terra ancor diuina.
Rosa voi foste, però senza spina,
In infelice terra, mai meschina;
Da voi Satan, hebbe la sua ruina;
In voi l'Amor piantò la sua fucina.
State nel Cielo molto à Dio vicina.
Siate à nostri languor, deh medicina.
Chi di Maria, non ama la bellezza?
E' del Ciel, de la Terra l'allegrezza,
Del Mar de l'amarezze la dolcezza;
Di colpa Original, non hà bruttezza,
Il suo piede à Satan, il capo spezza,
Splendida Luna, Sol d'ogni chiarezza,
I peccator pentiti, ell'accarezza,
A tutti aiuto implora con prestezza.
Trà le donne, tu fosti benedetta,
Dal Padre, dal Figliuol, dal Spirito eletta,
Trà figliuoli d'Adam, la più perfetta,
In gratia, senza colpa sei concetta,
Da la Terra, dal Ciel, d'ogn'un diletta,
Armellino gentil, di macchia netta,
I nostri voti, è gran Maria accetta,
Fà, che Dio ogni colpa ci rimetta.

Ita lusorias chartas coordina, vt foliolis singulis singulos versus inscribantur. Posteà illas deordina, confunde, immisce (vel, vt loquitur Hispanus, *varaxa*, varia) & viam alternationis ingressus, cum tuis collude Amicis, vt te docuerat Musa Hispana.

NOTA.

De Virgine Matre THERESIA.

CVM absolutè *Virginem Matrem* dicimus, intelligimus Angelorum Reginam, non aliam. at voluit Deus Christiano Orbi concedere Maximæ Divæ imaginem, & concessit Theresiam, quæ realiter esset *Virgo*, & moraliter *Mater*. videlicet Virginem purissimam, sanctissimam, & generosissimam, Reformati & Excalceati Ordinis Carmelitani fœcundissimam Matrem. Ad ejus multa olim laudem scripsimus, plura olim declamavimus, quæ in variis libris, quos dedimus luci, leguntur. Iam conciones scribere, aut etiam declamare non possumus: nos tempus & pectus deficiunt: distrahimur publicis, implicamur privatis: sumus lassi, ergo, vt recreemus fractum animum, hic libellus, hæc foria (Hisp. *esta baraxa de naypes*) nos poterit restituere & juvare.

CHI à pien ti loderà, Grande Teresa?
De l'Amore diuin, fornace accesa,
Honor di Spagna, Gloria de la Chiesa,
Qual non facesti in terra, eroica impresa?
Col Inferno in continua contesa,
Da la mano del Ciel sempre difesa;
Fosti da Christo per Isposa presa,
Gratiata troppo, e però tardi intesa.
La tua vita, Teresa, m'innamora,
Mirabil ne l'Occaso, e ne l'Aurora.
Drizzasti verso il Ciel sempre la prora.
Il tuo gran cuor, ogni martir diuora;
O patir, ò morir, diceui ogn'hora,
Obedisti al tuo Dio, senza dimora;
La terra di tue lodi è già sonora,
Il Mondo, & il Carmel, ogn'un t'adora.
Cedan le palme à te, Pallade, e Marte,
Di te minori son le forti Sparte;
Ogni fauor'il Ciel à te comparte,
La gratia dal tuo cuor mai non si parte,
Rara dottrina appar ne le tue carte,
Per unir l'alma à Dio, insegni l'arte;
Ciò, che sapeui, à noi ne festi parte,
Congiunta à Dio d'amor, con forti sarte.
Chi di Teresa, non stupì 'l feru re?
In compagnia di Dio, spendeua l'hore,
Auampaua d'amor, il suo gran cuore.
Quaggiù mai non commise vn graue errore;
Visse molt'anni, e sempre con dolore,
Ella morì à la fine per amore.
Il corpo morto, dà soaue odore,
La sua vita à ciascun reca stupore.
Teresa, fù di nobile lignaggio,
Fanciulla à Mori far volea viaggio.
Coll'Vmanato Dio fe maritaggio,
Di vera Santità diè chiaro raggio,
Spiegò de l'oration l'alto linguaggio,
Oprò, patì con non minor coraggio;
La sua dottrina supera ogni saggio;
Pria fece, insegnò poi con gran vantaggio.
Donna, tu fosti forte, & animosa,
Da gl'anni giouenili generosa,
Amazon de le Spagne valorosa,
De i medemi guerrier, più coraggiosa,
Del Giardino Diuin, e Giglio, e Rosa,
L'honor diuin zelasti, eletta sposa,
Afflitta in vita, e in morte gloriosa,
Viua, e morta vgualmente prodigiosa.

Singulis chartæ-foliis singulos versus inscripsi & illa immiscui, deordinavi, confudi (Hisp. *los varaxè*, variavi) & jam jam inter collusores distribuo, & juxta leges superius *Musl. Hisp. S. Musa.* traditas, lusum eruditum & devotum instituo.

APOLLO

A P O L L O
POLYGLOTTVS.

A nullâ noster linguâ dependet Apollo:
Vt methodum expendat, non tamen vna satis
Ecce tacendo loqui solet, & felicior vti
Audebit linguis pluribus ipse simul.

☞ DXCII.



TISSIMVS est Apollo multi linguis, quæ enim in vno conficiuntur idiomate, possunt etiam in alio: possunt simul aut successiuè in multis. Sunt illi tributarij alij Apollines, quorum ipse opibus & thesauris instruitur. Et ideò illum in hunc locum remisi, vt possem superiùs dicta breuiter recognoscere, & ad vsum reducere.

Sanè tametsi multarum linguarum possit esse consideratio, duabus solent esse contenti, qui his mysterijs student. Duabus inquam, non determinatis, sed indeterminatis. *Bilinguis* igitur dici noster Apollo poterit: quòd duabus vtatur, cùm suum communicat Philomusis influxum.

MVSA I. CHARACTERICA.

☞ DXCIII.



ITERARVM figuras valorem & nomina considerat prima huius Parnassi Musa, & posset diuersis Genijs vti, quia munia sunt eius diuersa. Interim, quæ alius, cui plus otij supperat, possit distinguere, in vnum colligam, & exempla loco regularum producam.

Duæ sunt apud Græcos literæ, quibus Latinus vtitur, dat tamen illis potestatem diuersam. Sunt ρ & ν. (*Rho* & *Ni*.) De voce πεττευτ©, qui alias ποσειδῶν nominatur, iam diximus. Si tertia Latino more proferatur, est *Neptunus*: si prima, *Vertunus* (vel alij malunt, *Vertumnus*.) Quam ob rem hi duo Ethnicorum Dij coïncidunt, & nomina à pronuntiatione dependent. Sed hoc iam superiùs notaui.

Dicit Græcus πρὶν, Latinus *prius*. Ergo vltima vocis Græcæ litera sonuit vt V.

Α'νία *mærer*. Quid si inde aliquis deducat vocem *Avia*.

Verbum ἄρω est *apto*: Secunda ergo litera sonuit more Latino, vt P. Similiter ἄρτι© *perfectus*. Quid, si Nomenclator Latinus legerit *àptios*, & inde deduxerit vocem *aptus*. Fortè hinc etiam panis dicitur ἄρτ©, hoc est, *aptus*. Est enim aptissimus cibus.

Cùm seria tractantur non est locus concedendus leporipes: *lepos* enim videtur esse Græcis λῆρ©, hoc est, *nugæ*.

Sic possemus de alijs literis, & vocibus Græcis discurrere.

De vocis *Papa* etymo varia dicuntur: multi illam deducunt à voce Hebræâ חיח, quam Græci his characteribus ΠΠΠ (*Pipi*) expresserunt; vnde posteà deductum nomen *Papa*.

Huc pertinet curiosum illud Lemma, cuius superiùs memini, videlicet.

Ne la φ. δ. φ ν. ρ. *la* ϐ.

hoc est, *Ne la fideltà finirò 'la vita*. Est Italicum; & tamen nominibus Græcorum Elemen-

mentorum vtitur, vt conceptum exponat, Illud *num.209.* dedimus, & expofuimus. Eft eidem fimile hoc Hifpanicum, *A do naueǵa el mercader auaro? a. e.*

Refponfum enim, & concentum reddunt duæ vltimæ literæ, fignificant enim *al Pharo*.

Litera canina eft ftridor omnibus linguis communis, & vocatur à Latiois *Er*, à Græcis *Ro*, ab Hebræis *Res*: ergo *R ק* fignificat *errores*: quem cooceptum diuerfis in libris alter, & aliter expreffum repetio. Ioannes Alftedius Encyclopadiæ lib.10. fect.4. cap. 5. §. 29. fic ait.

Et habet Aufonium liber hic; Ro deinde Pelafgus; Res habet Hebræum; prætereaque nihil.

Hæc litera *Canina* dicitur, & ideo tectiùs de alio libro erroribus pleoo hoc dedimus aliquando iudicium.

Hic canis Aufonius, canis hic Ludouice Pelafgus, Hic canis Hebræus voce boante canit.

D. Ioannes Baptifta de Caftilione Cafinas vt fuam erga diuam deuotionem fuueret, & D. Petrum Philippum Florentinum pietatem celebraret non pauca compofuit Anagrammata, & tamen interdum in Programmate X. & P. funt literæ latinæ (nempè *ex* & *pe*) io Aoagrammatibus verò funt Græcæ (*Chi*, & *Roo*.) ingeniosè coim Anagrammatiftes figuras retinet, & poteftatem mutat. *Vide num.473.*



MVSA II. ELOQVENS.

☞ DXCIV.



PERIVNT, & fternunt viam humanæ literæ ad diuinas; ita vt non fit poffibile eruditè has tractare, fi fuerit eruditio humanarum neglecta. Hinc eft, vt non velim mirari, quando aliquas fublimes fententias video à multis negligeotiùs, aut etiam obtufiùs exponi: non enim poteft illas acutè expendere, qui in acuminibus non eft verfatus. Modò hę S. Paginæ lineæ exornandæ & dilucidandæ fuccurrunt.

CVm complerentur dies Pentecoftes (hoc eft ipfomet quinquagefimo die) *erant omnes difcipuli pariter in eodem loco* (vt vel hinc difcamus, quantæ fint efficaciæ Communitatum orationes: nam etiam apud Deum videtur obtinere illud Lemma, *Fortior eft virtus vnita, quàm virtus ipfa diuifa.*) *Et factus eft repentè de cœlo fonus tanquam aduenientis Spiritûs vehementis; & repleuit totam domum, vbi erant fedentes.* Singulas dictiooes recognofco. *Repentè*, non enim eft voleotis, neque currentis, fed Dei miferentis hæc gratia: quæ de cœlo, non autem de tellure eft, & replet non folùm perfonas, fed & ipfammet domum, in quâ Deum oramus *fedentes*, (muy de asientn.) *Et apparuerunt illis difpertitæ linguæ tanquam ignis, feditque fupra fingulos eorum: & repleti funt omnes Spiritu Sancto; & cœperunt loqui varijs linguis* (non quidem prout didicerant, aut prout volebant: fed) *prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.* At fumus Scholaftici, & volumus omnia explicari; aut etiam probari, fi opus fit. Satisfacit huic dubio Diuinus Hiftoriographus, & ait. *Erant in Hierufalem habitantes Iudæi, viri religiofi ex omni natione, quæ fub cœlo eft. Factâ autem hac voce conuenit multitudo, & mente confufa eft, quoniam audiebat vnufquifque linguâ fuâ illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur dicentes, Nonne, ecce omnes ifti, qui loquuntur, Galilæi funt: & quomodo nos audiuimus, vnufquifque linguam noftram, in quâ nati fumus? Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Mefopotamiam, Iudæâ, & Cappadociam, Pontum & Afiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Aegyptum & partes Lybiæ, quæ eft circa Cyrrenen, & Aduenæ Romani; Iudæi quoque & Profelyti, Cretes & Arabes; audiuimus eos loquentes varijs linguis magnalia Dei. Act.2.*

Stupebant omnes illi, cùm audiebant Apoftolos: & ego ftupeo, cùm Sanctum Hiftoriographum lego. Et quia mente confufus, quo id modo fuerit factum nefcio, doctiores confulo, & iotertogo. Et quia nemo mihi, aut refpondet, aut fatisfacit, fic inquam:

Oratio multi linguis eft duplex: Succeffiua videlicet & Simultanea. Succeffiua vnam periodum ex vnâ linguâ, & alteram fumit ex alterâ. Simultanea vno & eodem verborum contextu loquitur diuerfis linguis. Opus eft hanc diuifionem dilucidare, & exemplis firmare; vt poffimus Apoftolos loquentes varijs linguis audire: nam, & ipfi fucceffiuè, & fæpiffimè fimul, linguis diuerfis loquebantur. Vt hæc exactè intelligas, lege attentè fequentia.

MV-

MVSA III. BILINGVIS SVCCESSIVA.

☞ DXCV.

ADVLTA & nata est in Hispaniâ; &, quia noua omnia placent, fuit in precio. Anno M.DC.XVI. Audiui nonnullas Orationes bilingues concinnatas ogdoasticis, quæ Hispani *Otauas Rymas* dicimus. Eodemque Rhytmi genere annis sequentibus iterum, iterumque declamaui. Perierunt omnia illa ebulientis ingenij tyrocinia: & ideò dum rem ipsam communicare nequeo, modum dilucido, & versus aliquos (alienos, proprios) in exemplum produco.

Petrarcha Italus author, Italicum Canticum claudit verbis, quibus Arnaldus Daniel incipit: videlicet *Drois & raison*.

Apud Ariostum Orlandus imitatur Silenum, & ait *Solute me*. Possem alios producere, sed hi sufficiunt.

Sanè possunt voces peregrinæ interseri, quando sunt receptæ, & nostræ factæ. Hodie in omnibus, aut ferè Europæ linguis illæ ceræ benedictæ, & agni figurâ decoratæ, quas Pontifices solenniter benedicunt, & Deus nobilitat multis miraculis, apud Hispanos vocantur *Agnus Dei* per omnes numeros & casus. Considera periodos has. *Grande es la deuocion del* Agnus Dei. *Embiadme de Roma quatro* Agnus Dei, *que pueda dar a mis amigos*. Hanc ob rem dixit Ariostus (*molto leggiadramente*: loquamur cum Hieronymo Ruscello, siquidem sentimus cum illo)

*Il Rè fece girar sù l'*Agnus Dei,

Eâdem voce vsus fuit D. Ludouicus de Gongora in Idyllio (Romance) XXIX. inter varios quos publicauit D. Gundizaluus de Hozes & Corduva: dixit enim:

No se me quejan las fuentes,
ni los claros arroyue los,
que los entur bian cabezas
señaladas de mi yerro.
Al fin mis atos se incluyen
En los que ciñen mi cuerpo,
y en vn Agnus Dei *de alchimia*
se rematan mis corderos.

Dictum illud Heroicum *Non plus vltra*, iam etiam in omnibus linguis admittitur. D. Ioan. Soto-mayor de Eximio Dom. Doctore Deza.

Y para decirlo todo
en vna palabra, Deza
Pars V.
es lo summo de las Artes,
Non plus vltra *de las Ciencias*.

In Hispaniarum tabulis *Finis terræ* est promontorium illud apud Gallecos, cui insunt S. Maria, Iunogia, & Cormes, coram insulis Graciosâ, Michaelâ, & Bizargâ: vel vt veteres voluerunt, promontorium illud quod respicit fretum Hærculeum: vbi duo montes sunt (Calpe & Abyla) qui Herculis columnæ vocantur. Huc respiciebat Ledesma, quando de Morte deuotè, & ingeniosè cecinit.

Para que ninguno yerre
El Plus vltra, *que desea,*
En mis dos colunas lea,
Como soy el Finis terræ.

Christi Crux, quâ authoritate Regiâ insigniuntur præcipui Nobiles in Lusitania, vocatur *Habito de Christus*: & idem Ledesma in alio Epigrammate.

Si la Cruz del Redentor
Adorna el pecho de Andres,
Habito de Christus *es*
El del tal Commendador.

Et quidem miscere linguas diuersas vitium est: condemnat illud Cicero dicens, se nolle affirmare frequenter vti vocibus Græcis in sermone Latino, quàm Latinis vtuntur Philosophi Athenienses in Græco. Hoc idem condemnat in Lucillio Horatius *lib.* I. *Sat.* 10. vbi ait.

At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis
Miscuit. ò seri studiorum, qui ne putetis
Difficile & mirum Rhodio, quod Pitho leonti
Contigit. at: sermo linguâ concinnus vtraque.
Suauior: vt Chio notas commista Falerno est.
Quùm versus facias, te ipsu percontor, an & quùm
Dura tibi peragenda rei sit causa Perilli
Scilicet oblitus patriæque patrisque Latini,
Quùm Pedius causas exsudet Poplicola, atque
Coruinus, patriis intermiscere petita
Verba foris malis, Canusini more bilinguis.
Atque ego quùm Græcos facerem, natus mare circa
Versiculos, vetuit me tali voce Quirinus
Post mediam noctem visus, quùm somnia vera.

Quos versus Petrus Gualterus Chabotius hac exornat Analysi. [Itaque veteres Comici laudati sunt ob facetam animaduersionem: contra Hermogenes & Demetrius Simius vituperati, quod illam contempserint, inepta modulatione contenti, & solâ imitatione L. Caluij, & Valerij Catulli poëtarum elegiacorum, Lucillianæ, Lucillianæ autem Latinæ

A 2 ora-

orationis Græca intertextæ admiratores inopia judicij ostendit laborare paribus. Perinde mihi Lucillus ridiculus videtur conjunctione vocum Græcarum cum Latinis, atque Pitholeon Rhodius, qui comica quædam & Epigrammata non dissimili vtriusque linguæ permistione asperserat: cujus concinnatam falsò creditam ironicis similibus confutat vnde tamen dissimilia videntur intelligenda, vt vinum austerum mistura dulcis fit suauius: sic oratio Latina efficitur gratior Græcæ permistione: ex quo fit, vt quidam è laudatoribus orationis Lucillianæ malit in causâ Sacrilegi Pitilij agenda oblivisci patrij sermonis adversus accusatores Pedium Poplicolam, & Messalum Coruinum huius studiosissimos, & vti peregrino: cuius maiorum comparationis protasis illustratur similibus, ita vis, inquit, bilinguis videri, vt Canusini populi, qui sciebant græcè,& latinè: vtrumque tandem comparatum testimonio Diuino confutatur, quo talis mistura sermonis vetatur, idque paribus firmatur.]

Nonnulli, vt græcizandi pruriginem, quâ laborant, tueantur, Iuvenalem adlegant: qui vt plurimum bis sine abusus, aut fortè vsus Græcis vocabulis. Iterum *libro 1.* vbi duos Amasios depingit tenerè inter se colloquentes & tunc ad Græcum idioma, quod sit mollius blandius,& effeminatius recurrit. nam cum Græcorum lingua multas habeat dictiones desinentes in N.& multarum patiatur vocalium concursum immemor synalæphæ, lasciuum & floccidum est: & ideò eodem vsus fuit *lib 3.* vt argumento loci, & temporis calamū attemperaret.

Fateor multa iocantibus interdum licere, quæ seriò agentibus concedere religio fit. Inter iocosa carmina D. Ludouicus de Gongora multa habet ex linguâ Latinâ desumpta. In tertio Eidyllio (*Romance*) sic inquit:

Seruì à Condes, seruì à Reyes,
acta que por varios casos
Tendimus in Latium, *digo,*
me miraùs tendido y lacio.

Et in quinto, quod sequitur:

Toda la tierra e corrido,
el mar e visto en Latin;
Mare - vidi *muchas vezes,*
pero no vn maravedi.

Est autem marauedinus (*Hisp. maraued*) genus monetæ vilis, quæ est minor Germanorum Cruцigeris: argenteum enim constituunt quinque Belgici Stupheri, & 34. maravedini Hispanici.

Acutiùs alius Iunior Latinum Idioma respexit, sed non tetigit, dicens:

Hizo ayer su confession
vn Marido, y dixo ensin,
que el era lo que en Latin,
es desnudo el coroçon.

Id quod Hispani *desnudo coraçon*, vocant Latini *Cor-nudum*; & maritos quos *Cornutos* Latini, illos Hispani *Cornudos* appellant.

Sic placuit nugari Poetis, qui, si loquerentur seriò, vsi fuissent idiomate sincero & puro, nec illud peregrino immiscuissent.

☞ DXCVI.



Ioannes Alstedius Encyclopædiæ *lib. 10, sect. 4. cap. 5. §. 50.* duo ponit Disticha similia: alterum propter diuersitatem linguarum jubebitur huc pertinere: & alterum propter Charitum similitudinem concomitari.

Qui REMINISCO *putat se dicere posse latinè*
Hic vbi CO *scriptum est, faceret* COR, *sic cor haberet.* Sic
Qui putat ἐθυμιῶν *se Græcè dicere posse,*
Hic pro μῶν *faceret* μυῶν, *si* θυμῶν *haberet.*

De Versibus Polyglottis.

☞ MXCVII.



MVTANTVR cum tempore affectus. Compluti sub annum MDCXX. Erant in summo pretio carmina Latino-Hispanica, seu Hispano-Latina: illa nimirùm, quæ alternatiuè procedebant, & carmina nostræ linguæ immiscebant Latinis. Audiui orationes Panegyricas hoc versuum genere: feci & declamaui etiam. Et in laureâ Eximij D. Lienier, me committens fluxui & refluxui Academico, orationem habui, in quâ diuersarum linguarum rhythmis & metris sum vsus. Perierunt cum multis alijs illæ schedæ; & quæ tunc meruerunt amicorum applausum, fortè etiamnum benignè legerentur, si extarent. Feci sub illud tempus ad Philippi IV. Regis Hispaniæ laudem, Cantionem Lyricam, quæ incipit.



Musas, que el Dios Apollo.
illustrat radijs, lumine coronat,
cantad de polo a polo
esse Philippum Quartum quem honorat

el

el Indio Dios Neptuno
in mari, in bello Mars, in cœlo Iuno. &c.
Etiam tunc excidij Troiani Deſcriptionem Hiſpano-Latinam concinnaui, quam perdidi. Vnam aut alteram ſtropham, quam teneo memoriâ, produco.

TROIA.


RRonces vndidos, marmoles deſechos,
Antiquitùs ſuperba eximio honore;
Memoria en vueſtras ruynas de los echos
Gradiui Martis; perdido decore
No quedaron los hados ſatisfechos,
Siquidem quamuis ſine antiquo honore
Eſten vueſtras murallas, ſobraos gloria,
Cùm ſit nulla perennior, quàm memoria.
Quando ſobres los cuernos de la Luna
Inſidentem contemplor Maieſtatem:
Otros Exzenta de infeliz Fortuna
Iudicent fore tantam dignitatem:
Yo por lo menos viendos por coluna
Incertæ Phœbes poni varietatem,
Temi de tantas glorias el aumento
Perſiſtere variato fundamento.
De quin ſe hizo lugar en todo el Mundo
Excelſa credens Mœnia venti pennis,
Paſando en ſus cimientos al profundo
Obiecta. Tethyos inundantis venis.
Oy ſu eſplendor que à nadie fué ſegundo
Lethei ſigillis conditur abennis,
Ignora ſu lugar todo elemento
Et viuit ſolo nomine retento, &c.

Sicut conformauimus hæc Carmina, potuimus alia condere, quæ tribus, quatuor aut pluribus linguis correſponderent: nam quodam Epigramma (Soneto) trilingue legi in Petrarcha Hiſpano, quem edidit Henricus Garcès: (illud ibi inter laudatoria ſub ipſum initium inuenies) & D. Ludouicus de Gongora publicauit hoc Epigramma quadrilingue.

SONETO.


LAS tablas del baxel deſpedaçadas
Signum naufragij; pinum & erudele
Del templo ſacro con le rotobele,
Ficaraon nas paredes penduradas
Del tiempo las iniurias perdonadas
Et Orionis vi nimboſæ ſtella
Raccoglio les merite pecorelle
Nas ribeiras de Betis eſpalhadas,
Voluere à ſer Paſtor, pues marinero
Quel dio non vuol, chel, eolſuo, ſtrale ſpenna
Do Auſtro o aſopros, e do Oceam as agoas.
Haziendo al triſte ſon aunque groſero
Di queſta canna, gias el baggia donna
Sauda de as feras, e aſpenedos magoas.

Eſt carmen tetraglotton, (Caſtellanum, Latinû, Tuſcanum, Luſitanumque) & in D. Ludouici operibus, quæ collegit D. Gundizaluus de Hozes & Corduua anno 1633. reperietur Amorum libro, num. 4.

DXCVIII.


OBIIT Ferdinandus Cæſar, Imperator Auguſtus, & Muſæ omnes vt fidem ſuâ erga Diuum (mortui eſt Cæſaris Epitheton) oſtenderent, attemperarunt fides, & dulces lachrymas ſunt modulatæ. P. Eugenius à ſancto Ioſepho Muſâ quidem politiſſimâ & eruditiſſimâ fruitur, à quâ recepit numeros ſubſequentes.

EPITAPHIVM.

Quicunque regno fidit & magnâ potens
Dominatur Aulâ. * *Videat*, * *hic paruus cinis*
Eſt Ferdinandi: huc ille decreuit Gigas.

Eſt ex tribus Senecæ verſibus compoſitum [ex Troiâ. ex Hercule Ætæo, &c.] & dilucidatur hoc Italico-Latino concentu.


RESTA in queſto loco, arreſta i paſſi.
Fernandi Tumulum ſpecta, monumenta doloris;
Tributa pure a queſti Auguſti ſaſſi
Mœrore, lacrymas, gemitus, ſuſpiria, Amoris.
Sapet brami qual ſù, prima che Paſſi?
Princeps, Rex, Cæſar. Quæ non inſignia honoris?
Giuſto, Clemente, e Pio. Se'l mondo amaſſi
Illacrymans gemeres: Ah! Cur his ceſſit ab oris?
Quattro luſtri ei ſoſtenne il grand'Impero.
Hic iacet. Arbor erat Miranda, ex arbora fructus
Per lo Ciel colſe Aprile, Autunno altiero.
Auſter præualuit. Tumuerunt vndique fluctus.
Parti, ſe'l cor ti trema, ò paſſaggiero;
Sintque viæ comites, Planctus, Suſpiria, Luctus.

Eleo-

Eleonoræ etiam Augusta suum solem in Aurora deficientem larget Italico-Latinis versibus.



OCTIS finis erat. Stillabant vndique rores,
L'Augusta Aurora lagrime sparge.
Formosa à fletu perdebant ora colores,
Che'l suo Sol, la sua Luce all'hor perdea.
Inuidiosa nimis mors infestauit Amores,
La sua falce girando ardita, e rea:
Gaudia præscidit, sparsit Libitina dolores,
Dal suo cor duellando il cor c'hauea.
Defecisse videns Phœbæum lumen amatum,
Se stessa ammanta di funebri stole:
Splendores temnit cor luctibus obtenebratum,
Maritarsi con l'ombre ella sol vuole,
Et meritò; Cælum lugens apparet atratum,
Mentre si ecclissa, o pur s'asconde il Sole.
O prodigio! O portento!
Mentre Fernando more,
Perde la Vita, il Core
E l'Alma Leonora,
E pur sospira ogn'hora.

De Cæsaris ἐνθανάτῳ [beati enim, qui in Domino moriuntur, & ille obdormiuit in Domino;] ibidem hoc sonectum Italico-Latinum inuenies.



ER le strade del Ciel drizzaua il corso,
Atque volantis Equi spumantia frana regebat
Il famoso Ruggier cui diè soccorso
Fortis Amor Deus, inuantataque parata videbat.
Egli colà d'ignudi sassi al dorso,
(Hoc quoque fecit Amor) fallacia gaudia habebat:
Ma dal sonno amoroso essendo ei scosso
Cum magico somno fugientia gaudia flebat,
L'Aquila Imperial adopra Augusto,
Huius subuectus pennis super astra meabis
Che non calcasti mai sentiero inginsto.
Tu quia vanus amans ficto subsidere stabis,
Eroe d'Amori; Ma d'alte glorie onusto
Augustæ, ad Cæli tu Regna Augustæ volabis,

Austria postquam omnes Germanicæ linguæ flauissas in lachrymas amaras verraret: vt adhuc posset diutiùs & dulciùs lachrymari, ad Latinæ & Italicæ Linguæ purissimos thesauros recurrit; & sicut binis oculis luget, sic duabus linguis gemit, thesaurumque sublatum à Parcâ deplorat.



VBARO il mio tesor le stelle auare
Flecte huc, Ister, iter, Fernandi an funera ploras?
Pro luctu ipsa trahunt flumina tarda moras.
E mutan l'acque dolci in onde amare.
Benche hor torbide sian l'acque tue chiare,
Prosequere, Ister, iter semotas Orbis ad oras
Narrans tristitiæ flumina quanta voras,
E come il pianto mio t'ha fatto vn Mare.
Naufragium Imperio si venti vndique minantur,
Non però dee temer d'esser absorto;
Neptuno ecce mea, Leopoldo, Sceptra parantur.
Da sue virtudi inanimito, e scorto
Ne metuat, Naues quod Regni in saxa feruntur:
Che sia cura del Ciel riporle in porto.

MVSA IV. BILINGVIS SIMVLTANEA.

☞ DIC.



LVRES linguas posse sibi succedere iam vidisti: at posse simul fluere & in eodem verborum contextu reperiri impossibile aut saltem difficillimum iudicas. Et ego sicut impossibilia esse eiusmodi carmina nego esse difficilia confiteor. Porrò apud Ioannem Rengifum *in Arte Poetica*, Angelum Manriquium *in funereâ Philippi III. pompa*, aliosque nonnulla Hispanico-Latina reperio. Subsequentia Epigrammata (nos *sonectos* dicimus) lege & perpende.

REPA-

SONETO.

REPARANDO tam celebres ruinas,
Filippe das honores excellentes:
Exaltando Doctores eminentes.
Doctas, illustras, aulas Salmantinas.
Tantò, domas nationes peregrinas,
Quantò resolutiones das prudentes,
Castigando malignos delinquentes
Quando arrogancias tumidas inclinas.
Afflige insultos, prouidos corona,
Manifestando pestes tam occultas,
Graues culpas declara publicando.
Presume grandes glorias de Bellona
Contra gentes indomitas incultas
Leones generosos imitando.

Sic cecinit P. Antonius Monroy Ordinis Prædicatorum.

SONETO

O TV Academia, de felices voces,
Quæ de Filippo quarto resonantes,
Cantent Heroicas hymnos elegantes
Victorias annuntiando tam veloces.
Quæ graues doment animos feroces,
Quando de Marte palmas dent triumphantes
Captiuando ceruices arrogantes,
Domando incultos, barbaros, atroces,
De prudente Monarcha institutiones
Sacras, graues obserua generosa
Rectamente suaues pia conserua.
Quæ obseruando tam iustas traditiones,
Paces conseruas tu, si das gloriosa
Inclytos familiares de Minerua.

Accinuit P. Thomas de S. Vincentio eiusdem Ordinis.

SONETO

MISERA Francia, qua sustentas gentes
Apostatas, hæreticas, vitiosas.
Que machinando fraudes cautelosas
Perturban infinitos innocentes.
Predicando doctrinas differentes,
Falsas, immundas, leves, pernitiosas
Cauta-mente allegando fabulosas
Historias peregrinas apparentes.
Quantas angustias, quantas turbationes
Causas dando tam perfidas personas,
Qua contra puras animas sinceras,
Sacrilegas inuentent opiniones!
Si Francia taleb principes coronas
Quales fines de gente tal' esperas,

I. R. F.

SONETO

HEroicos triunfos, palmas valerosas
Canta (famosa [a] Clio) [b] dignamente
De progenie tam alta, si excellente
Manifestando glorias prodigiosas.
[c] Resuscita memorias generosas
(Defunctas tanto, quanto [b] injustamente)
Describe de tam degno, si eminente
Imperio circunstancias prodigiosas.
Contempla [d] de-los triunfos glorias tantas,
Filippos de Austria Principes Marciales
[e] De oi excedant maritimas arenas.
Delos [d] Filippos generosos cantas
Lauros illustres, triunfos immortales,
Quando de Marte impetus serenas.

Hoc Epigramma iuuenis, aut veriùs puer, concinnaui compluti, vt ingenium excolerem. Notas istas subscribo.

a] Clio mihi est Musarum tertia, Virgilio prima: Heroica præsentia & præterita concinit. Virgilius de Musarum inuentis. *Clio gesta canens, transactis tempora reddit.*

b] *Dignà mente.* Apud Latinos est duplex vox, & significat *cantare mente dignà*: apud Hispanos est aduerbium, *dignè*. Sicut etiam *iustamente*, iustè: *claramente*, clarè; &c.

c] *Resuscita* in penultima aut in antepenultimà accentum habet. *Resuscita*, Latinum est: sed *Resuscita*, Hispanicum.

d] *Delos* Latinè est simplex vox, notatque celebrem Insulam Musis & Apollini sacram: Hispanicè est duplex vox *de los*, & est τῶν, *ipsorum*.

e] *De oi*, aut de *de oy*, Hispanicè *ab hodierna die*: Latinè *D'Eoi*, hoc est, *Dij Eoi*.

SONETO.

QVantas mercedes das, quantos fauores,
Diuina Prouidentia; contemplando
Inflammonte de amante incendio blãdo,
Respiro deuociones, cantò amores.
Dulces hymnos de gloria precursores
Celebro, applaudo, estimo, adoro, quando
De Angelica harmonia consolando
Propicia istas potencias inferiores.
Quando de propria carne me sustentas
O mi Pastor, de rara melodia
Communicas suaues consonancias.
Significando quanta sympatia,
Quantas vniones preparando intentas
Splendida cena, illustres abundancias.

P. Fredericus Enriquez, Ord. S. Hieronymi Religiosus, Madriti apud Palatium, qui dicitur, *El buen retiro.*

MVSA



MVSA V. ANAGRAMMATICA.

☞ DC.



OSSVNT & solent ad duas diuersas linguas pertinere literarum & characterum Protei: puta, si ad vnam Programma, & Anagramma ad aliam spectat. Rariora sunt huius Artis exempla. Aliqua dabimus. Nobilis & ingeniosus Dominus Ioannes Cottunius, Patauij Philosophiæ, Medicinæ, & S.Theol. Doctor Epigrammatum libr. 1. pag. 31. in D. Gasparis Lusitani, amici sui, absentiâ exclamat ἡ Ῥώμη θρηνεῖ *Roma luget*. Ex quo Lemmate oriuntur in linguis diuersis Anagrammata. Illa subscribo.

Programma Græcum

ἡ Ῥώμη θρηνεῖ

Anagramma I. Latinum

Homeri necem, mutatur R *in* M.

Anagramma II. Hispanicum.

Throno merece *mutatur* I *in* O.

In certamine Poetico, quod instituit Vniuersitas Salmanticensis, anno 1629. ob genethliam Principis: & typis edidit Dom. Christophorus de la Zarraga anno 1630. propositum fuit hoc Programma Latinum: quod, quia triginta literas complectitur, voluerunt illud multi non carere mysterio; & hanc ob rem, Chronicum Numerarium esse dixerunt, & exprimere annum, quo in academiâ Palestrâ de ingenio & acumine decertabatur. Programma erat:

Balthasar Carolus Dominicus Lucas.

Ex illo multa dedit Idioma Latinum Anagrammata: sed hoc quia erat Hispanicum visum fuit laude dignius.

De la lis y rubi nascì Catholica Rosa.

Interius purum non est, sed multum à legibus præscriptis errans; nam SVVM, vertit in EIYI: & omnium opinione quatuor in Anagrammate mutare literas, nimium & intolerabile est.

Ad Filij & Matris gloriam ex hoc Programmate Hispano.

Alabado sea el santissimo Sacramento.

Hoc Latinum Anagramma deduxi. [Sino.]

O sancta, ò alma Dei Mater, bea nos alios

Alios quidem: alij enim eramus, cùm peccauimus: alij cùm pœnitentiam agimus; exuimus enim veterem hominem cum actibus suis, & in nouum hominem mutati sumus.



MVSA VI. ACROSTICHA.

☞ DCI.



VC omnia carmina, quæ initialibus versuum auctionum aliquam exhibet sententiam, reducemus: possunt enim esse Græca, aut Latina, & per Acrostichin proponere aliquam assertionem Persicam vel Arabicam. Exempla nonnulla subijcio.

Natus est Anno MDCXXIX. in ipso S. Lucæ Euangelistæ peruigilio Princeps Balthassar, Philippi IV. Hispaniæ Regis Filius: & eius Genethliam Salmanticensis Vniuersitas Certamine Poetico celebrauit. Carmina, quæ laudem & præmium meruere, collecta in librum prodierunt apud Tabernier anno sequenti: & inter alia Epigramma doctis placuit:

F*ulgido Princeps* V*esti dum cœpit* O*lympo*
C*ur gemino clarus* F*ulgurat igne Deus*
R*em cape ne dubites* L*ucæ si lumine* D*iui*
I*nseritur crocei* R*egia celsa Poli*
A*ustriaci si Solis* I*nest noua flamma* I*ubarq;*
A*ustricomâsq; oritur* V*entris ab orbe nitor*
N*omina si radios* S*pirãt tria Principis* O*rbi*
T*ernas quid mirum* T*endat Apollo faces.*

Literæ maiores, quæ per initiales & medias decidunt, formant istam sententiam Hispanicam, *Francia, tu Lis fruto dio:* quod est Latinè; *Gallia: tuum Lilium* (nimirum, Isabella Borbonia, Henrici IV. filia & Ludouici XIII. Gallarum Regum soror) *fructum dedit.*

MVSA

MVSA VII. PAROMOEA.

DCII.

AB Acrostichâ non multum distat, quod enim illa primis versuum literis, hęc primis dictionum exponit.

Obijt Maclouius Poponius, Diuionensis Parlamenti Senator, vir ingenij acris subtilisque: & marmori hoc Epitaphium Collegæ insculpi & incidi curarunt.

Mens astuta, capax legum, orando valuisset
Præclarè omnigenis populis obtendere nubem.
Pulchra laus! an non esset celebrior, & dignior,
Obscuris dubijs possit si obtendere lucem?

Sic placuit illis amicum & socium celebrare. Sed quem? sume primas dictionum literas, & inuenies hoc Gallicum nomen, MACLOV POPON.

Modum hunc vocem aliquam occultè insinuandi in hoc Tetrasticho Græco-Latino inuenio.

Lais, Eros, & Ibis, Chiron, & Eros, Iris alter,
Nomina si scribas, prima elementa adime.
Vt facias verbum, quod tu facis, Eune Magister,
Dicere me Latium non decet opprobrium.

Et cur hos versus Græco-Latinos dixerim, qui purè Latini videntur? quia, si vocum primas literas sumpseris inuenies hanc vocem λείχει. Gallicè, *il lesche*: Latinè, *lambit*. quod adulatoribus conuenit, qui vt mordeant, lambunt.

Posset aliquis ad hanc Ideam Steganographicas literas obsessæ ciuitati scribere: in quibus, dum altera exteriùs linguâ nihil, quod possit nocere, proponitur; alterâ interiùs nucleus difficultatis explicatur. Considera sequentem Epistolam.

Ex literis Ludouici Villæi, nostri exercitus seditionem obseruo. Si Dux adesset res esset secura. Opto Commilitonibus commoditatem. Omnes rursus reuertemur Ophiram.

Intercipitur ab hostibus. quid inde? Permittent, vt transeat, vt obsessi desperent: non enim suppetias ab exercitu, qui regreditur, habere poterunt. Consignatur tandem in manus Ducis obsessi, qui literas initiales conjungens, inuenit sententiam Hispanicam, *El lunes os darè soccorro.* & nouos animos concipiens, hortatur singulos, vt strenuè procedant, & auxiliares copias jam jam ad futuras spectent.

Et quia de Steganographiâ loquimur, tu positæ Ciphræ diffidis: & licet duabus clauibus, & seris clausam, per viam judicas; sunt enim in Europâ nobilissima & promptissima ingenia, quæ Epistola talis non fugiat. Ergo, si prima clauis, quæ literas initiales sumit; si secunda, quæ ad linguam diuersam recurrit, non videatur sufficere; addam hanc tertiam.

Dum scribis naturæ ordinem serua. Hic Ordo postulat. vt rectus obliquo, nomen verbo, verbum termino actionis proponatur. Posteà scripta ad ordinem eloquentiæ reducas. Qui autem Epistolam receperit ex eloquentiæ ordine, ad naturæ ordinem dictiones referet, & in initialibus secretum, quod optat, inueniet.

Pono exemplum. Petrus ab hoste obsessus, dum nescit, quibus debeat confidere, a supremo militiæ Duce hanc epistolam recipit.

Exiuit Regis Patruus: nos Didacum Aluaradum exspectare debemus. Exterminat Dantiscum pestis. Obijt Rex.

Si colligat primas dictionum literas, nihil proficiet: inueniet enim istud Chaos. *Erpnda, eded por*. Ergo ex Rhetorico vocum ordine ad naturalem orationem conuertens, transcribet.

Patruus Regis exiuit: nos debemus exspectare Didacum Aluaradum: pestis exterminat Dantiscum. Rex obijt.

Et colligens initiales leget, *Prended a Pedro* hoc est, *In carcerem conjiciatis Petrum.*





MVSA VIII. GLOSSOGRAPHA.

DCIII.



NTERDVM Glossema, Glossaque ad linguas diuersas spectant: quod li cetrariùs accidat, non caret venustate & ingenio. Primo mihi loco ponendus venit Garcias Lassus de la Vega, Poëta celeber qui hunc versum,

Non esserui passato oltra la gonna.

quem Aulici extraxerant ex Primâ Cantione Petrarchæ, & frequenter dicebant, glossauit & dilucidauit hoc Soneto.



On ansia estrema de mirar, que tiene
vuestro pecho escondido alla en su centro.
y veer, si a lo de a fuera lo de adentro
en aparencia y sèr igual conuiene.
En el puse la vista, mas detiene
de vuestro hermoso sèr el duro en quentro
mis ojos, y no pasan tan a dentro,
que miren lo que el alma en si contiene.
Y assi se quedan tristes a la puerta,
hecha por mi dolor con esta mano,
que aun à su mismo pecho no perdona.
Donde vì claro mi esperansa muerta,
y el golpe què hizo en vos Amor en vano
non esserui passato oltra la gonna.

Moneo, & moneo Glossemata esse debere aut ab aliis data, aut vniuersis nota, oam aliàs nullam haberent gratiam.

Exsecrationibus inepta videtur lingua Hispanica, & ideo solemus aliis vti linguis, vt aliquid duriùs dicamus. D. Ludouicus Gongora in Angliam, & Regioam Isabellam inuectus, vt animi amaritudinem exprimeret, non voluit lingua materna vti, sed ad peregrinam recurrens, versum illum adsumpsit,

Fiama dal Ciel su le tue treccie pioua.

quem D. Garcias Salcedo Coronel to. 2. Comment. monet esse Petrarchæ in quodam Soneto. Numeros Domini Ludouici subiicio.





ya Isla Catholica potente
templo de fè, ya templo de heregia
campo de Marte, e scuela de Mineruà,
ò igna de que las sienes, que alguna dia
ornò corona real de oro luciente,
ciña guirnalda vil de esteril yerua;
madre dichosa y obediente sierua
de Arturos, de Eduardos, y de Henricos,
ricos de fortaleza, y de Fè ricos.
a hora condenada a infamia eterna
por la que te gobierna
con la mano ocupada,
del vso, en vez del cetro y de la espada:
muger de muchos, y de muchos nuera:
ò Reyna torpe; Reyna no, mas loba
libidinosa y fiera,
fiama dal Ciel su le tue treccie pioua:

Gongoram Ioanoes Valentini Cæsareæ Capellæ præfectus imitatur, & Strophas Italicas carminibus Latinis claudit. Considera sequentes oumeros.

Tria Anagrammata.

LEOPOLDVS es, & eris, quia Oles duplo, duplo sole, ludes polo.

L'opre tue, le tue parole
Danno odore
Dentro, e fuore
Più che fior, rose, e viole,
Che dan doppia gioia al suolo:
Oles duplo, duplo sole, ludes polo.
Tù che scendi d'alta prole
Duplicato
Sei beato:
Scherzerai con l'ampia mole,
E col Ciel spiegando il volo:
Oles duplo, duplo sole, ludes polo.
Tù, che sei quel che far suole
D'odor pieno
Chi vien meno;
E raddoppi à chi sì duole
Gusto eterno senza duolo,
Oles duplo, duplo sole, ludes polo.
Tù che sei quel pio, che cola,
Tutto zelo,
Chiaro il Cielo,

E che

E che splendi entro le scuole,
Doue Apollo è Mastro solo,
Oles duplo, duplo sole, ludes polo.

Eiusdem Valentini sunt etiam numeri subsequentes.

De l'Angel Augusto à canto
Porti il Cigno,
Che benigno
Fà che porti in Cielo il vanto.
E perciò dopo 'l trofeo
Tù darai con voto, e canto,
Pullos Deo.

MVSA IX. ECHETICA.

☞ DCIV.


VLCHRA sunt illa carmina. quæ vno idiomate Nimpham Echo, alio diuerso responsuram interrogaut. Sunt rara & difficilia, sed non ideo negligenda. Considera lineas sequentes.

HYACINTHO Y ECHO.


Ympha velòz, que habitas estas sierras.
Viendo quanto te cuestan mis amores,
Por ballarte corrì mill tierras: Erràs.
No ay yerros Echo. que te estimo. Et imò
Di, que se pierde en los amores? Mores.
Tarde llegué, en vano me la stimo.
Mas quiero preguntarte,
Con que podrè dexar de amarte? Marte.
Y si la paz me offresce flores? Ores.
Letras y Armas el Amor suspenden!
Armas y letras tengo.
Luego dos ojas con tan gran acierto,
Que las letras se quejan,
Que fruto y flor en ojas le conuierto.
No e menester orar, ni hallar a Marte.
Sino solo oluidarte. Id Arte
Arte quien inuentò tan fiero? Hiero.
Voy me pues gustas de mi muerte. Verte.
No voluerè, que desespero. Spero.
No ay que esperar: no e de voluer a verte;
Que eres ayre muger, y asì inconstante:
Tyo mas firme; que el mejor diamante.

Occasio huius carminis condendi hæc fuit. Inter alios amicos, & condiscipulos, quos habui Salmanticæ fuit Hyacinthus, Theologiæ auditor, & amator Soliziæ. & hoc fato tam vario, vt quærens repelleretur, & aduocaretur repellens. Miratus adolescentis vices. hæc fudi Disticha:

Dum Nympham quærit solers Hyacinthus amata,
Illum per montis compita Nympha fugit.
Tædet eum sceleris. Sed quando recedit, eumdē
Lugens per montis compita Nympha petit.

A Theologicis scholis ad Politicas transiens, tandem illam obtinuit, & in Belgio promotus militibus hodie ius dicit.

[Hyacinthi fabula nota est: Hieronis memini, de quo minor apud doctos notitia. Fuit Ἱέρων Atheniensis, Niciæ amicus condiscipulusque: dicitur Artem obliuionis inuenisse, & docuisse.]

MVSA X. PARODICA.

☞ DCV.


LTIMVM genus Parodiæ est, cùm vnum Poëma integrum alijs verbis & ad aliud fortè argumentum Philomusus elimat: quod tametsi in linguà Latinà gratiam habeat, majorem profectò præ se fert, quando ex vnà linguà in aliam transit. Et quia iste transitus est duplex, etiam Musa hæc potest ad duos Genios reduci: quoniam vel secunda Pagina est simplex prioris interpretatio, puta si prima sit Latina & secunda illam reddat Hispanicè, nihil addendo alterando aut mutando, & hæc inter Parodias, aut locum non habet, aut infimum: vel secunda, verba imitando, subiectum & argumentum mutat, & hæc est sublimior meliorque.

De primo Genere,

AN, ad primum hoc genus, an potiùs ad secundum spectent ingeniosæ Simonis Oliuæ Menillij, Senatoris Tolosani Paraphrases, quas anno M.DC.XLII. euulgauit. Quoniam si dicantur esse Gallicorum versuum Translationes, huc debebunt reduci: at sunt plenæ ingeniosis & eruditis faculis, & locum nobiliorem merentur. Hanc illæ ob rem non *Versiones* aut *Interpretationes* vocauit, sed *Paraphrases*. Illas ergo in secundo genere collocemus.

De secundo Genere.

TRausformationum libros, quos Ouidius Latinè, D. Renoijardus in Gallicum Idioma transtulit, & & in lucem emisit. Authorem Interpretemq; Dominus de Lingendes Elegia erudita honorauit: cuius aliquot versus subijcio.

OVIDE c'est à tort, que tu ve ux mettre Auguste
Au range des immortels
Ton exil nous aprend, qu'el est oit trop iniuste
Par auoir des Autels, &c.

Prædictam ergo perpolitam Elegiam D. Menillius hac Parodica Paraphrasi donauit & dilucidauit.

NASO quid Augustum non iusto carmine tentas
Inter sydereos annumerare Deos?
Quos illi Diuum sacros adscribis honores
Pœna tui exilij non meruisse docet.
Nam te dum Scythicis iniurios alligat oris,
Hoc facto verbis dissidet ipse tuis.
Scilicet vt nimiæ sontem te crimine laudis
Multarent, Superis hoc placuisse reor.
Ille equidem Musis infensus ahenea gessit
Pectora, & Hircanis asperiora feris,
Qui tantum patriæ, quo se super astra ferebat,
Ingenij potuit subripuisse decus.
Tota tuo quamuis staret sub Cæsare tellus,
Et famulis flueret subdita Tethys aquis,
Debuit ille tuæ, vates diuine, Thaliæ
Nil sibi par toto credera in orbe datum.
Sed nec cum ingentis flexit vaga gloria famæ,
Quà tua ad Auroræ littora vecta chelys:
Blanda nec emotam sedarunt carmina mentem,
Carmina Phœbæis æquiparanda modis.
Non exerato perstans adamante Tyrannus
Difficili nullas audijt aure preces.
O quantùm perculsa tuis Erycino quei elis
Indoluit, roseas imbre rigante genas!
Et quantùm nati celebrem miserata magistrum,
Sæuitiam iniusti Principis increpuit.
Aonias passis te discendente capillis,
Funereisque ferunt vestibus isse Deas.
Inque tuo elatum lugentes funere Phœbum
Questubus incomptas sollicitasse lyras.
Ipse pater glaucum abijciens Tyberinus amictum,
In luctum effuso flumine soluit aquas.
Gramineæque sedens frondosa in margine ripæ,
Plurima quà tremulum vibrat arundo caput,
Aethera per liquidum studio iactauit inani
Se nunquam tantis ingemuisse malis.
Et turbata minùs ciuili pectara clade,
Thessalicà Eumenides cùm tonuere tubà,
Cognatasque ruens acies meliore Quiritum
Mars ferus Aemathios sanguine sparsit agros,
Assuetæ, nitido dum Cynthia lumine fulget,
Naiades ad lætos se sociare choros,
Et versus recitare tuos, tua fata secutæ
Tybridis arentes deseruere lacus.
Has reor vt profugà pontus te naue recepit
Linquentem patrij rura beata soli,
Ad latus incuruæ fusas vidisse carinæ
Sulcantes patula cærula regna manu,
Sed tibi non illas soli aspexisse natantes
Contigit, indomitis sors fuit æqua Getis,
Atonitis hæsere animis, Diuasque per æquor
Tam longe comites obstupuere viæ.
Talia dum gelido spectat gens nata sub axe,
Cui speciosa hominis nil nisi forma subest,
Credidit expulsos hominèsque, Deosque Latinis
Finibùs, æquorea vertere terga fuga.
Pectora mortales miserescere nescia casus
Affectus leges tunc didicere nouas.
Et pium amicitiæ, exemplo monstrante Dearum,
Felicì egerunt sorte tyrocinium.
Effera, & in duris miserorum arentia fatis
Humana pasci lumina suete nece,
Excita in ignotos truculentis gentibus vsus
Fletibus vndanti tunc maduere sinu.
Quin etiam Scythicas tua per suspiria cautes
Mirus inaudita mollijt arte dolor.
Visaque sub rigido glacialis frigore cœli
Stricta gelu lacrymis saxa liquata tuis.
Sed mites hominum scopulos dum sumere mores
Vidit in immiti Sarmatis ora solo,
Rupis Hyperboreæ seu Saturnia tellus
Vidit in Augusto robur inesse triplex.
Nec te illud latuit, pauidasque per exsulis aures
Crebrescnes Latij se tulit ira Ducis.
Ecquid adhuc animi tam dira exempla ferocis

Lau.

Laudibus immeritum nos celebrare iubes?
Et mitem appellare Deum, votisque vocato
Non secus ac magno ponere templa Ioui?
Quin illi potius sacratas deijcis aras,
Assyriique vetas thuris honore frui.
Et Diuum nitidis prohibens accumbere mensis
Pocula nectareo plena liquore negas.
Abijce spem, quam vita tibi sine labe peracta
Et factis adhibet nobilitata pijs.
Nulla tibi in duro fiducia Cæsare subsit,
Sollicita priscos exue mente lares
Fata vetant reditum, neque enim hoc dignantur honore
Dij superi patriam, quam malè poscis, humum.
Hæc Iouis igne magis, quàm vultu digna poeta,
Cui male grata suos ausa negare sinus.
Infelix tellus! infelix ipse Cupido!
Fecit in hac causà quem quoque fama reum,
Hinc illum Geticos perhibent penetrasse recessus,
Omnis vt ex vero res tibi nota foret.
O quantùm populis patuit mutatus ab illo,
Delicias mundi quem dedit esse Venus.
Non illi facies, qualem melioribus annis
Mirata est Orbis nobile Roma caput.
Cùm puero vibrare leues in corda sagittas,
Monstraresque noua Cypridis arte iocos.
Non illi pharetræ, non tela, arcusque, nec vllæ
Purpurea solitę luce micare faces.
Felix, si niuei seruasset linea veli,
Quo madidas multo tergeret imbre genas.
Talis erat quondam Paphia dum venit ab arce,
Puluere fœdatis, squallidus ora comis,
Matris vt in luctu, extinctum quę flebat Adonim,
Tunderet infensa pectora mœsta manu.
Qui, tibi quà visus specie, potuisset Amorem
Immotus siccis cernere luminibus,
Nil ille illacrymans posset placidusque tueri
Patris in arsuro corpus inane rogo.
Sed tanti facies illi non sola doloris.
Funereis inerat picta sine arte notis:
Acris imago metus pallenti hærebat in ore,
Qui solitum vocis pręped iebat iter.
Nempe tuę dictus pœnę exitiabilis auctor,
Quà patrijs exsul iussus abesse focis,
Multa gemens vultus exhorrescebat amatos,
Irati veritus triste supercilium.
Cunctanti occurris placidus, properasque pauentis
Corde, serenata pellere fronte metum.
Attonitæ sic prisca redit fiducia menti,
Et voci in tales est via facta sonos.
Blande Magister, ait, penitis defixe medullis,
Lux mea, & ipsius dulcis Amoris amor,
Cernere dum caros longo post tempore vultus,
Ex quo raptus abes, sorte fauente datur,
Discere ab affectu, qui non incognitus extat,
Quanta meo insideant gaudia corde potes.
Nec tantę, in duris indigna obliuia rebus,
Ingratusque animus caussa fuere moræ.
Desertos Scythiæ venio quòd serus in agros
Hoc facit ingenti mistus amore metus.
Insensum existimat nullius conscia culpę
Mens mea, & hęc seuis addita pœna malis.
De mihi quippe tuos mœrentem ascribere casus
Testis ab extremo rettulit orbe polus.
Durus qui miseris non ęqua leuamina curis,
Inque tuo iniustam vulnere quęris opem,
Incusasque meas artes nil tale merentes,
Cæsaris vt valeas attenuare scelus.
Si tamen vlta tuum muniuit vindicta dolorem,
Crimina quanta velis ferra aliena iuuat.
Sed quid ab immerito pœnam impacate reposcas?
Quem non vna graui pondere pœna premit.
Cerne Dei informes deiecto lumine vultus,
Iudicioque tuo vel satis vltus eris.
Occubuit decus omne meum, nec iam mihi constat
An sim qui fueram tam bene notus Amor.
Exsilij post fata tui pretiosa decoris
Instrumenta animo displicuere meo.
Dum faciem specto, visumque per omnia duco,
Nulla mei mentem vel leuis vmbra subit.
Perdita sunt quęcumque Venus, Superique benigna
Tùque mihi dederas munera larga manu.
Seruatæ tantùm geminæ, quas, respicis, alę;
Queis Geticas possem vectus adire plagas.
Ne tamen vt lacrymis moueam tua pectoro fusis
Imare satiscentes crede madere genas.
Sponte cadūt, non quò mage cultus in astra reuertar
Quę decora amisi fletibus hisce peto.
Nec tua vt ars, quę quondā habui, metuēda ministret
Tela, frequens oculis labitur vnda meis.
Dentur vt in luctu fractę solatia menti
Huc me remigio pręepete penna tulit.
Hęc quoque, ne Latium tibi dira cupido videndi
Exagitet mentem, stat mihi caussa vię.
Thuricremas Superùm nequicquam fusus ad aras
Pro reditu supplex vota, precèsque facis.
Impia Roma suis dum te regionibus arcet
Prouocat iratos in sua damna Deos.
Inde tibi Euphratis potiùs, Gangisque fluenta
Quàm patrium Tyberim cernere fata darent.
Absiste in vanas animum discindere curas.
Affectusque tui vim ratione doma.
Cede Deùm studijs, terramque oblitus auitam
Francica, quæ monstrant Numina, regna subi.
Musarum hic florent, tenerique Cupidinis artes,
Ingenijsque viget non sine laude solum.
Omnis ad has blando positas sub sydere terras
Hesperiæ, Phœbo iudice, sordet humus.
Nullus in hoc tractu leges non callet amandi,
Molliculis docuit quas tua Musa metris.
Hic tanto mihi sacra calent altaria thure,
Tot mihi suspendunt anxia vota viri,

Impe-

Imperiúque mei deuoto pectore gaudent
Vincula sub Veneris molle subire iugum.
Vt quæ floruerant insigni Amathusia cultu
Neglectis iaceant templa inhonora tholis.
Dein forma egregia, vultuque nitente puellæ
Naturæ hic superant candidioris opus,
Quas cupido terris spatians vbi lumine vidi,
Displicet astriferi nobilis aula poli.
Has inter cœleste tuum LOTHARINGIA sydus
Eoo radians lumine suauè micat.
Virgo, quam vitrei nascentem in margine Clani
Excepit roseo Gallia læta sinu.
Vtque nouam positis aris venerata Dionen
Thura pia ad cunas festaque serta tulit.
Illam vbi, quã dicũt, dabitur spectare RENATAM,
Sospite quà virtus prisca renata viget,
Ipse parem dices formæ morumque nitore
Vrbem Dardanij non habuisse Ducis.
Talis erat Daphne dum carmine pulchrior exit,
Meque suis oculis, arte tuàque capit,
Et mundi lumen diuinum Hyperiona cogit
Virginis intentum lumina cara sequi.
Hinc mihi, cùm blandos Diuę stellantis ocellos
Contueor, cęco pectus ab igne calet.
Consumor, sed flamma placet, nec iam mihi veli
Vsus, vt hanc videam quæ mihi visa nocet.
Illa est, quam blandi diffundere virus amoris
Sequana per ripæ gramina picta videt.
Accurrunt auidi, properantque haurire venenum,
Quo ratio capta mentis ab arce cadit.
At numeris tantùm illa tuis vulgata per orbem
Laudari, vt par est, candida forma potest.
Ergo Romulidas, queis te malè plangis ademptum,
Desere, & in Francos te celer infer agros.
Herema tua famà stimulata Camœna
Cantantem ad citharę plectra videre cupit.
Clara tibi placidas ostendit Gallia sedes,
Et portum ærumnis; Eia age rumpe moras,
Ocyùs & veniens patrio sermone reiecto
Disce sacer vates Francica verba loqui.
Secessum intereà spondet Renoardus amicum,
Otiaque in blandis ingeniosa locis,
Mellifluoque tuæ, cœli quà sydera mulces,
Ore parat populis pandere sensa lyræ.
Hic ille est, cuius facundo è pectore manat
Illita Cecropijs Gallica Suada fauis.
Qui dulci teneros gremio excepturus Amores
Si te non primum Musa tulisset, erat.
Hoc duce quid timeas? quo doctus Apollo superbit,
Quo viget Aoni turba nouena chori,
Fluminaque eloquij Francis Helicone relicto
Ad vada Sequanica fundere gaudet aquæ.
Sic effatus Amor, cui te data numine dextro
Fata sequuturum blandus, ouansque refers.
Et comis socium populi, ciuemque futurum
Natalis posito ruris amore voues.
Ergo ades, & Salicæ propera succedere terrę,
Quæ tibi liligeras tendit amica manus.
Pollicitìque memor Diuæ ne gaudia differ,
Quam tot ad astra tibi laudibus egit Amor.
Acccede æthereos formæ visurus honores,
Quos Charis esse suos, & Venus ipsa velit.
Accede vt meritam laudes, meque insuper ipsum
Edoceas paribus concelebrare modis.

Edidit & alias idem Perillustris D. Simon Oliua Menillius ingenij plenas: hæc enim soneta.

I. Sur les Armes de Monseigneur le Cardinal Duc de Richelieu.

II. Sur la prise d'Arras.

III. A Monseigneur le Dauphin *sur la naissance de Monseigneur le Duc d'Anjou.*

IV. Sur la maladie de Monseigneur le Duc de Longueuille.

V. Sur le Passage du Rhin, de Monseigneur le Duc de Longueuille;.

à diuersis Poetis Gallicè edita, & ab Academia summo applausu recepta per Parodiam Latinè reddit, & in elegantissima Disticha transtulit.

MVSA XI. PEREGRINA.

Vtrùm carmina Hexametra, Pentametra, Iambica, Sapphica, &c. seruatis numeris Græcis Latinisque condi possint in alijs linguis?

☞ DCVI.



VLTI liberè affirmant, alij liberiùs negant: & dum illi nil probant, isti obtinent, & omnibus aut ferè præscribunt. D. Iosephus de Pellicer y Salas, edidit librum magnum & eruditum, qui inscribitur, *Lciones solennes, al Polipbemo de D. Luis de Gongora, Pindaro Andaluz, Principe de los Poetas Lyricos de España*. Possem de singulis vocibus tituli dubitare. possem velle nescire, cur hæ Pellicerij Lectiones debuerint *solennes* nominari possem velle doceri, cur Gõgora componatur cum Pindaro; hunc enim Græci numerant inter Lyricos, & Gongoræ Polyphemus est

Epi-

Epicus. Possem addere Gongoram, ingenij quidem summi fuisse, extraordinarij tamen, & in sphoerâ suâ vnicum, primum, & vltimum, nec posse cum alijs componi. Possem conqueri nouum idioma à Gongorâ in media Hispania inuentum, non cultum, sed occultum, in obscuritate, & vocum nouitate consistens, quod indigeat interprete, vt intelligatur, Id tam ægrè D. Franciscus de Queuedo tolerabat, vt sæpe diceret:

Es cosa impertinente,
Que quien escribió ayer, oy se comente.

Has, & alias possem controuersias mouere, si de Gongorâ, & eius versibus, qui aliàs pèrplacent disputarem: at aliò me vocat hæc Peregrina Musa. & ideò vnam aut alteram Pelliccerij opinionem expendam.

Ipse sub initium solennium Lectionum, quas citaui, duo asserit: alterum, versus illos Hispanos, quos dicimus *Coplas de arte mayor*, esse Sapphicos: alterum ab Hispanis inuentos illos fuisse, quos *Versos de Soneto* vocamus.

Primò igitur Versus artis maioris, quos dicemus, non esse Sapphicos, potest demonstrari euidenter: ratio enim carminis in mensura consistit, & diuersitas carminum in diuersa mensura: vnde carmina *Metra* vocantur. At Sapphici, & Versus artis maioris mensura differunt: ergo sunt differentes. Assumptio persuadebitur clarè: nam Sapphicus componitur vndecim syllabis, & diuiditur in partes duas quarum prior quinque, & sex syllabis constat posterior: at Versus artis maioris constat duodecim, & diuiditur in duas partes æquales. Vlterioris probationis loco contempleris, & metiaris hæc Sapphica: Horat. lib. I. Ode XXII.

Quale portentum / neque militaris
Daunia in latis / alit esculetis:
Nec Iuvæ tellus / generat leonum
Arida nutrix.

Lineola hæc (/) ita intercidit versus, vt quinque syllabis sex postponat. Contemplere etiam, & cum prioribus istos versus (Artis majoris sunt) accuratè compone:

Tale nunc portentum / neque militari
In latis Europæ / alit esculetis:
Nec tellus Indorum / quæ distincta metis.
Produxit & nutrijt / monstra, quæ miraris.

Maneat igitur Sapphicos esse hendecasyllabos; Versus Artis majoris esse doce Casyllabos; adeoque Sapphicos differre à Versibus Artis maioris.

Huius quæstionis dissolutio nouam quæstionem parit quæ interrogat, an saltem maioris Artis versus alijs Latinis, aut fortè Græcis correspondeant?

Respondeo inter Trochæos Ternarium reperiri [videlicet - ◡ - ◡ - ◡] eumdemque dici Ityphallicum dimetrom brachy catalecticum. Professores Gissani in sua Poëtica *libr. 2. cap. 3. §. 4. pag. 262.* hoc vtuntur exemplo.

Huc ades supremi
Filius Tonantis:
Virginis que partus
Vnicus puellæ.

Sunt versus Hexasyllabi: quorum singuli illis correspondent, quos *Endechas* vocamus: & bini illis, quos *Coplas de arte mayor*. Considera sequentes lineas.

Ityphallica.
- ◡ - ◡ - ◡
Endechas.



Virgo bellicosa
Hæreses triumphas,
Protegis fideles
Charitate summa.
Quando Rex Propheta
postulabat Vnam:
Diua, Te petebat
Astra dedituram.
Mater es Tonantis,
Sancta, recta, pura.
adjuua Clientes,
Filiosque cura.
Terra te celebrat
frigida ac adusta:
Teque Olympus ipse
dicit esse summam.
Naufrago inter vndas
clara Cynosura:
Sol vt ipse electa:
pulchra vt ipsa Luna.
Pauca postulamus,
cuncta profutura:
illa quæso præstes,
Virgo Mater vna.

Antiph. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso Mundo.

Psalm. Vnam petij à Domino hanc requiram: & quæ Mariam. *Ex cur. Vt inhabitem in domo Domini* &c.

Maria maris stella.

Pulchra vt Luna: electa vt Sol: terribilis, vt castrorum acies ordinata.



Se-

Senarij Trochaici è binis Ityphalicis compositi,

- ◡ - ◡ - ◡ | - ◡ - ◡ - ◡

Copia de arte mayor.

Angelo Scholarũ Maximo Magistro:
Atque literarum Soli luminoso;
Infideles contra Marti bellicoso;
Atque veritatis optimo Ministro.
Mentium supremæ Duo nempe Thomæ.
Hunc mei laboris dedico volumen.
Dantur in quo multæ, quæ præbere lumen
Doctrinæ nunc possint, vniformes Gnomæ.

Vsus sum Trochaici versus numeris, qui in locis imparibus trochæum, in paribus verò spondeum si volueris admittit. Sextæ syllabæ indulsi, vt esset longa, ratione cæsuræ: terminat enim Ityphallicum, & vltima cuiuscumque carminis indifferens est.

Venio ad secundum, & duo assero: alterum Sapphicos correspondere versibus quos *de Soneto* Hispanus dicit. alterum, hos versus inuentos non fuisse ab Hispano. Sed à quo? A Sappho, dulcissima Poetria, quæ huic versuum generi & numeros dedit & nomen.

Italia, fœcundissima ingeniorum parens, & altrix indulsit Orbi literario multos & subtiles Poëtas, inter quos senior vix reperietur Dante, qui floruit anno 1263. Hispania, licet hodie habeat Poëtas innumeros, ante Dionysium Portugalliæ Regem vix componebat carmina. Vixit Dionysius sub annum 1260.

Hinc infert D. Iosephus Pellicerius eiusmodi versus non ab Italis, sed ab Hispanis fuisse inuentos: nam, vt ait, Dionysius, qui illo versuum genere delectabatur, fuit Dante antiquior. At ego de consequenti dubito: & consequentiam nego: hanc enim non probat Emanuel de Faria, quem Iosephus allegat, nec anni expressi: nam si alter floruit sub annum 1260. alter 1263. fuerunt contemporanei.

Pronuncio igitur id genus carminum inuentum a dulcissimâ Sappho apud Græcos: addo stando Fariæ ratiocinio (an id subsistat, aut non, alibi examinabo) illud sub idem tempus ad Rhythmum & numeros faciliores reductum apud Hispanos à Dionysio; & apud Italos a Dante.

His prælibatis principali controuersiæ respondeo, asserens *etiam in alijs linguis Orientalibus, & Occidentalibus* (Hebræâ, Chaldæâ, Syriacâ, Arabicâ: &c. Hispanicâ, Italicâ, Gallicâ, Belgicâ, Germanicâ, Bohemicâ, Hũgaricâ Anglicâ, Scoticâ, Hibernica: &c.) *posse confici Metra, Hexametra, Pentametra, Iambica, Sapphica, Anacreontica*, &c. quod ipsum nonnullis exemplis confirmabo.

Hexametra.

Non sunt deficilia in idiomate Hispano aut Italico: habemus enim voces, & pronunciationem simillimam linguæ Latinæ. Considera sequentes lineas.

Canten las Musas del gran Leopoldo triumphos:
Victorias canten, que ya la Fama celebra,
Y todo el mundo. diganque Marte ministra
Rayos Fulmineos; por que Leopoldo solennes
Consegue lauros, que son de Iuppiter: armas
Que son de Palas, y de la docta Minerua.

Disticha Elegiaca.

Constant, vt vidimus, ex Hexametro & Pentametro: nec carent suauitate translata ad alias linguas. Pono exemplum.

Empiece Phebo con voz, y aliento gigante,
Y sus Castalias Virgenes oy le sigan.
Suspenda y pare su mouimento celeste;
El Sol, Mercurio, Marte, Saturno Venus.
Y a ygan mis vozes, que con aliento sonoro
Dizen, guerrero Principe, lo que deben. &c.

Sapphica.

Conduntur duobus modis: aut enim sola sunt, aut Adonijs immixta. Prioris generis sunt hæc.

Phœbus auratis cytharis canorus
Acta declamat jacra Ferdinandi:
Astra quas celsi celebrant Olympi,
Personat lauros, resonat triumphos,
Consonat palmas, reboat coronas.
Laureas cantat, numerat trophæa.
Accinunt Phœbo resonæ sorores.
Gesta, virtutes, clypeos, & arma,
Bella conflictus cydares, coronas,
Et Viri laudes meritas recensent. &c.

& posterioris hæc.

Dulce Bernardus Cytharista carmen.
Virgini-Matri cecinit Mariæ.
Pensitat Virgo placida erudito
Carmina lacte.

In alijs etiam linguis possumus alterutram melodiam imitari. Legẽ has lineas.

Honra de España, generoso Duque:
Fuerte soldado, Capitan illustre:
Oy tus impresas teme el vniuerso,
Principe Carlos.

Eos-

Eosdem numeros reperies in hoc Syrio Tetrastico.

כגברא תובתנא גברא שמיניא
מלכא תובתנא מליא תיבותא
מלכא דהיספנין בריא דכלנשא
גברא פיליפוס

Gabro tubthono, gabro schmaionio:
Malco tubthouo, malio taibutho:
Malco dhispanin, Morio deculnoscho:
Gabro Philippus.

Placuit in bis Metris Syriácis Hebraicis characteribus vti, typo enim proprio carebamus & propter diphtongorum, & literarum consonantium concursum, placuit vti hac ideâ [- ᴗ - - -] ᴗ ᴗ - 8 - 8.] & Latinè transcribere.

Heros inclyte; Heros celestis:
Rex inclyte; plenè gratia & pulchritudine.
Rex Hispanorum: Domine omnium gentium:
Princeps Philippe.

MVSA XII. BELGICA.

Ponit ob oculos singularissimam Plempij Prosodiam, Latinarum syllabarum quantitates ex Idiomate Belgico determinantem.

☞ DCVII.

PRODIIT Amsterodami ex Henrici Laurentij Officinà, anno salutis CIↃ.IↃC.XXXVII. Libellus pulcher & quicquid Erycius Puteanus cōtradixerit, Heinsij, Scriuerij, Barlæi, & Vossij iudicio (vt ex sui Authoris Epigrammate lxxxij. constat) eruditus & doctus, sub hac Epigraphà, *Cornelij Giselberti Plempij Ortographia Belgica; in quà etiam obiter de Latinà, & Græcà.* in quo aliter, quàm vulgo fit, de literis syllabisque disceptatur. Ibi multa Carmina Belgica ad Græcos Latinosque numeros conformantur: nouæ Prosodiæ leges ponuntur: &c. iuuat adnotasse subsequentia.

I. *Literæ consonæ, quæ vocalem præcedunt, nec augent, nec minuunt quantitatem.* Sic *Do* & *Sto* non differre videntur,

II. *Litera, quæ vocalem sequitur, illam claudit & terminat.* Sic vocalis ante vocalem, vel vnicam consonantem, est breuis; ante duas consonantes longa: vt prima syllaba in *Eò, Et, Ecce.* Ergo vocalis, quæ non clauditur, producitur; idem igitur est dicere *Le-gib-us*, ac *Leegib-us*. [Sane hæc doctrina in finalibus suas parietur difficultates; peto enim cur *Mu-sa* in nominatiuo habeat vltimam breuem, in ablatiuo longam? ita vt ibi sit *Muusa*, hic verò *Muusaa*? differentia à consonis peti non potest: nec aliud caput vnde longitudo sumatur, in toto illo libello reperitur.]

III. *Quando I, præcedentem vocalem producit duplex est.* Sic olim scribebatur. Vt constat ex *pag.*47. Ciceroni teste Quintiliano placuit *aijo* non *ajo*. Ergo *Maija*, non *Maja* &c. In quibus *a* est longum, quia in diphtongum *ai* transit. Sed cur *rejectus* primam retinet longam? quia vel scribendum est *reijectus*, per duplex I, vel *rei-ectus*, per simplex, ita vt *rei* sit diphtongus: & hunc secundum modum placuisse ait Virgilio, cum dixit,

à flumine rei-ce capellas, pro *reijce*.

primum verò Lucretio, vt colligi porest ex hoc versu.

Et manibus nitidū teneris opus effluit eii, pro *ei*.

Hinc pater, cur in *bijuges*, *trijuges*, & *quadrijuges*, antepenultima sit breuis, nam ibi non placuit Veteribus literam I duplicare, ne tres III. simul concurrerent, puta, si *biijuges*, *triijuges*, & *quadriijuges* scriberent.

Hinc constat aliter syllabas inter se dispesci, quàm Grammatici existimant. Hos versus *Leg.*32. in exemplum proponit.

Arm-av-i-|umqu-ec-an|o Troj|a-qui|pri-mus-ab|o-ris
I-tal-i-|amf-a|to-prof-ug|us L-a|vi-naq-ue-v|e-nit. &c.

Ex hac ille doctrina *pag.* 31. resoluit difficilem quæstionem, quam olim Latinis proposuit Quintilianus, & non benè Iuniores decidunt: videlicet, ad vtrum pertineat consona inter duas vocales reperta? vt cùm dicimus *Legamus* & *Legimus*.

Sanè, si syllaba prior sit breuis, ad illam illa consona spectat: nam illam terminando, corripit: si longa, ad sequentem, nam vocalis, quæ consona non terminatur, geminatur, hoc est producitur. Sic *Legamus*, si est à *lego.gis* habet priorem breuem, & effertur à Cornelio

Leg-a-mus: si à *lego gas*, longam; & *Le-ga mus* effertur. Huc pertinet illud Tityri Epitaphium, quod *pag.* 7. producit.

Tityrus hic patulæ recubat; sub tegmine py-ri,
Syllaba prima vetat dicere; dico pyr-i.

Huc & illa tria Epigrammata, quæ ex libro I. III. & V. suorum carminum adsumit, & *pag.* 26. reponit.

EPIGRAMMA XL. ex libr. III.

VTI litterulis non debet semper iisdem,
Proxima de verbis qui dare verba cupit:
E socio in socium species amat ire colorem:
Qui ruber albescit flosculus, ipsa rosa est.
Ex ago *vult* actum *fieri, male feceris* agtum.
Litteraq; in charta est, quod color in tabulà.

EPIGRAMMA LXXIV. ex libro I.

SI potes hoc aliquis mihi dicere Grammaticorum:
Syllaba cur longa est pulicis; *haud* culicis?
Nil rationis habens argumentaris, ab vsu.
Lingua mihi dicat puulicis, & cul icis.
Quæ dicit fijd-um, *dicat quoque longua* fid-e-lem:
Sool-em *vox* sool-um *dicito*; *terra* sol-um *est*.
Talpa mol *est Batavis; Floræ malè talpa* mo lestus;
Discat Flora loqui, talpa mol-estus *erit.*
Talpa mol-is *fiet quoquè, si bene Roma loquatur:*
Syllabam enim faciet littera demta brevem.
Quàm malè qui primus posuit, non sensit acuto
Quid sit in accentu; censuit esse moram.
Syllaba sæpe brevis punctim, & profertur acutim:
Semper at esse breuis vult; positura vetat.
Omnibus hæc adeò vitium addidit inscia linguis:
Vt iam sit mannus, *qui* man-us *antè fuit.*
Hel *nostrum ut Graijs* Hellas, *Romæ* helluo *fiat*,
Qualis hiat patulo Cerberus ore trifaux.

EPIGRAMMA LXXII. ex libro V.

QVOS mit-o, Marce, bonos es-e versus fortè negabis:
Sunt mali il-i, fateor, si positura bona est.
*Si positura * sal-it Græcos simul, atq; Latinos,*
Crede mihi, nul-us è versibus his ma lus est.
Terra *fuit* ter-a *tunc, cùm Romæ scriberet augur;*
Aque can-à, *haud* cannà, *dicta canalis erat.*
Bassis *erat* bas-is, & tollo tol-o: *nempe tolutim*
Mula it, sublatos cùm rapit acta pedes.

* Sequor (ait Plempius) in hoc verbo (**sal-it*) hodiernam Latinorum pronunciationem; nam Celticum *saalt* syllabam *sal* jubet esse longam: ex *saal* enim natum est *saalo*, posteà *salo*; quia in *salt*, seu *vals* illa *a* breuis est.

Vt Plempij doctrinam impugnes, quodcumque posses, sed nomen *Pelagus* in exemplum producis. Effert ille *pal-ag-us*; & cur non *pe-la-gus*?

Respondet ille *pag.* 33. longas syllabas corripi, breves produci pronunciando posse; sed nulla aurium voluptate; immò manifesto tædio: naturâ nempe verborum refragante: Ob quod olim à populo Romano ridebantur fabularum actores, si quando longam syllabam celeriter, vel brevem tardatim protulissent: didiceratque vulgus longas syllabas (nō addo litteras) à brevibus, breves à longis internescere; cuius rei Cicero inde Oratore meminit: neque, me iudice, id fuit difficile; cùm omnes vocales longæ sint diphthongi.

HAC doctrinâ præmissâ & fusè expositâ quænam in Linguâ Belgicâ breves, & quænam longæ syllabæ sint ingeniosus edisserit, & numeros Græcos imitatus carmina conformat subsequentia.

Pater noster. 't Vader ons. *Heroici*,

ONseral-er Vader tot in Heemelen hoochste verheeren,
Vdijn heilige naem moet vverden, en eere gegeven;
Dijn rijk toekoom; dijn vvil soo geschiede beneden
Opd'aerd, als booven door dienste der Engelen: heden
Ons ons dachlik brood geefs end'uit groote genaden
Onse schulden al ons vergeefd, als andre beladen
Met schulden iegens ons vvy quijtschelden en eeven
Vroed in liefde met haer, als gans onschuldige, leven:
End' en leid ons niet in vvankelbare bekooring,
Maer ons bevrijt van des quaeds archlistige stooring.

Credo.

Credo. 't Geloof. *Iambici.*

'k GEloov' in een God: Vader hy almachtich is,
IESVM, te recht die Christus hiet, en Soone Goods
Aleenich is; den Heer van ons: ontfangen af
Den Heilgen Geest: uut Maria maecht gebaert.
Geleden heeft hy onder een, die Pontius
Pilatus hiete: is gekruist gesturven, en
Begraven ook: ter Hel dan hy is neergedaeld,
En van de dooden opgestaen de derde dach:
Opgeklom-en ten Heemel, en ter rechter hant
Van God sit hy den Vader, een die vermach al,
Leevenden hy sal koomen, en doon oordeelen:
Van daer. 'k geloov' ook in de Geest, die heilich is:
Een heilig, algemeine Kerk: der heiligen
Gemeinschap, en der sonden ook vergeevenis.
Verrijsenis des vleis; en een onendelik
Leeven; dat ons God geeve nae de naetedoot.

Charitas fraterna. Broederlijke Liefde. *Hexametri.*

MEnschen al uit eenen Vaer sijnde van aerde gheblooren
En te betoonen an andre gelijk Broers lief de behooren.

Idem Latinè.

Mortales omnes vno luteo Patre nati
Officijs fratres decet alternemus amorem.

Matrimonium. 'Thouelik. *Elegiaci.*

Door man-en en vrouen blijfd ons geslachte dehouen:
VVaakte man, en brouniet, vvaerdor, en ons stam-eriet.

Idem Latinè.

Femellam nisi sæpe mari bona copula iungat,
Gens hominum rara, & sicca, vt arundo foret.

Quatuor Nouissima. De vier uiterstẽ. *Hexametri.*

Senkt om dood, en om oordel, en Hel vvel, en eeuige vreuchden,
Ofdijn siele beroid komt noit tot salige deucheden.

Idem Latinè.

Mortem, Iudicium, Infernum, meditareque Cælum,
Ne virtute carens tibi mens labatur inanis.

Tvierde kusien van I. Secundus, toegevoecht den ontsteeken siele tot haer beminde Christus. *Phaleuci.*

MET sijn mondeken als de Liefste kust my,
Maekt my suiker, en al te soete lust bly:
'Ksuip dan seer lek-er'ypokras met hoopen:
Door mijn keele dan ik bevind te loopen
Drop van roosen, en angenaeme blomen,
VVaer met rechte van ik mach hooge roemen.
Heemeldoue dan ons bevocht de lippen,
Na dien soude vvel ook de bije stipen,
Die vlied ooveral in de groene tuinen,
Daer elk bloemeken heeft sap in de kruinen.
Sal soodanige vreuchde my gebeuren?
'Kna geen andere vvel de denk te speuren;
'Tvvaer my d'hoochste genuchte sondere ende:
Maer ik dee se genuchte noit bekende,
Noit en smaekte, Beminde, sonder u; gy
Moet my blijven, en andere geene, dicht by.
Mocht ik soo't Paradijs met u betreden,
Eeuich vvaere vvel ik met u te vreden,
Geev' al rijke God ondere arme leden.

Idem Latinè.

NON dat oscula Christe; nectar, ò, dat
Dat rores anima suaveolentes,
Dat nardumque, thymumque, cynnamumq;
Et mel, quale iugis legunt Hymetti,
Aut in Cecropijs apes rosetis:
Atque hinc virgineis, & inde ceris
Septum vimineo tegunt quasillo:
Quæ si multa mihi voranda dentur,
Immortalis in ijs repente fiam,
Mensarumque epulis fruar tuarum:
Per te munera tanta nota nobis:

Tusis, Christe, meusque semper;
Non addi, ô, sine te volo beatis:
Tutelum, paradisus esque amanti;
Felix tecum ego, ter, quaterque felix,
O mortalis inops, Deusque dives!

Scomma. Klad op de CH-vvrakers.
Iambici.

HEt kleine hert, dan 't groote, veel is moediger,
De lichte voet, dan svvaere, veel is spoediger:
Dan bodsig'ook sijn spitse vingers vlijtiger,
Het enkle vel, dan 't duble, voelt profitiger:
Het snugre kop, dan 't groove, me gesvvinder is;
De fijne naeld van dichte steeken vinder is:
Dan 't lange oor, is't korte gauer luisteraer:
VVie niet en hoord hoe veel ch en geen van aer
Veersscheelen, heeft al ooren, acht ik, lange vvat:
'K seg niet daer ook sijn Vader eesels ooren had.

Da pacem Domine. Sapphici.

EEuich, almachtich schep-er, en behoeder
Van Son, en Maen, en 't hel-e stergevvelfsel,
Ook vvat omlaech rold der-evvers, of hervvers,
Ende verandert:
VVie sal het moorden stut-en, ende branden?
VVie sal ons oorlochs sel-e vonken uiten?
VVie sal in vriendschaps fril-e koelte vinden
Onse gemoeden?
VVilder als beeren, dul-er als verhongerd
VVolfs gebroet sijn vvy sin-eloose menschen:
'Traeft al om geld, om prat-e pracht, en om'sherts
Geile genuchten.
VVaer is hy? Ionas, seg ik, in de VValvis:
Daer mach hy vasten, bid-en, ende geeven
God, dat hy vind: vvy sit-en in de schoot van
'Taerds-paradijs'sacht:
Hooven, en heerschen, glim-en als iu-eelen:
Dender, en blixem vvel op onse hoofd valt;
Maer te vergeefs; vvant vv' heb-en hulp, en heul an
Droch, soch, en afgrond,
Leider, hoe vverd nu Ninive bedurven!
Ionas en komd niet: 't is al over hoop van
Korte verbetring: 't is, och armen, och, 't is
Diep te be suchten.
O God, ô laet dijn stem-e louter hooren:
Selve vermaend ons: set al onse seeden
Eens op een ander kam; en houd de paerden;
Voor hol en hoed ons.
Vreede, vvaer legt gy ver evvech begraven,
Vreede, gy sijt schoon, vvel om an te merken;
Schuilen en past u', noch hol en betaemd u
Niet te bevvoonen.
Vreede, komd boven van het onder: heft dijn
Hoofd op; en sijd ons vvel-ekoome met God,
Met luk, en met veel rek-elik geselschap
Van min, en eendracht.
Heil, en haer mee brengd; en al'onbehoorlik.
Heiden houd achter: vvet-en, en gevvoonten
Sticht, en hervoordert; set op hulde Vaders
Durige kransen.

Idem Latinè.

SEmpiterne, atque omnipotens creator,
Solis astrorum, dubiæque Lunæ
Rector, & rerum variante quas hic
Sors vice versat:
Quis modum cædi, statuensque flammæ
Sopiet belli furias flagrantis?
Quis data nesciens animos domabit
Pace feroces?
Vincimus tigres rabie, lupofque
Dira mortales sine mente turba.
Aurum, honor quem non rapit, aut voluptas
Cassa pudore?
Porrò vbi est Ionas? latet haustus alvo
Piscis ingentis: famet, orat, est res
Si qua, fert aræ: terimus beatam
Nos paradisum.
Aula, & extollit nitidos potestas
Ardua: i, fulmen, tonitruque: non est
Grande discrimen: superamus astu, &
Viribus Orci.
Heu, Ninos quàm nunc perit omnis, heu, heu!
Non

Non venit Ionas: iacet, & iacebit
Spes diu frugis, gemituque, & alto
Digna dolore.
Tu Deus, tandem loquere; edevocem,
Quæ cor affligat monitisque, cultumque
Efferis addat, vetet in ruinam
Ire caballos.
Pax, ubi dormis procul, & sepulta es?
Pulchra pax fixis oculis videnda,
Perperam lucem fugis: umbra non est
Apta decori.
Surge, age, ac imo caput effer antro:
Gratulabuntur populi tibi, almo &
Numini, quod mox aderit, sequentique
Illud amori.
Sanctaque ubertas veniat; fatiscant
Pone lis, & vis; redeantque ritus,
Ordo, laus, leges: maneantque Patrum
Gloriæ fasces.

Rectius viues. *Horat.*

LEesd vvel, en dringd, als schip-er, hooge baren
Niet te feer;niet al te bedeest in onvveer
Sijnde, seild ontrent ris-en,ofgevaer van Sandige banken.
Maetichcit goud schoon is, en is behertens
VVaerdich; ook veilich; scbim-eling, stof, en stank
Vzy van, en nijt-vry; stil-e sit beheimt met Sobere vvanten.
Buijen, en stormen schud-en hooge boomen,
Tooren en nedervellen, ende breeken;
Bergen,en spits van top-en in de lucht slaet Brandige donder.
VVijs man in noot koen, schrik-ich in te groote
Spoed is; en vvel van bin-en is gespits op
VVeelden, en rampen: vin-ich is de koud; maer
Soomer, en Ougst komt
VVeder: is't nu quaet, 't sal al haest verandreu:
Altemet treurt her stil-e nachtegaeltien,
VVederom queelt: vvel Apol verhout sijn Giftige flitsen.
Als benauthett dijn sin-e perst, in hoop staet
Vast,'noch en duikt niet: set op uue schoot vvel
Ook dan, als't voorvvind is,en harde koelt maekt
Svvangere seilen.

MVSA XIII. GERMANICA.

DCVIII.



ETRVM quomodo a Rhythmo differat, vidimus superius in Rhythmicis: nunc iterū quero, *An sicut in lingua Græca & Latina, vel etiam in cæteris possint confici Metra?*

Ioannes Henricus Alstedius *Encyclopadiæ lib. 10. sect. 4. cap. 6. §. 2.* assertivè respondet: atque.

